Central BAPTIST
THEOLOGICAL SEMINARY
presented by

ALUMNI OF
CENTRAL BAPTIST SEMINARY

KANSAS CITY, KANSAS

Central BAPTIST
THEOLOGICAL SEMINARY

presented by

ALUMNI OF

CENTRAL BAPTIST SEMINARY

KANSAS CITY, KANSAS

CORPUS

INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

REYNOLDS BINDERY — 1703 Lister — Kansas City, Mo.

PARISIIS

PROSTAT APUD C. KLINCKSIECK, BIBLIOPOLAM

VIA DICTA DE LILLE, N° 11

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

AB

ACADEMIA INSCRIPTIONUM ET LITTERARUM HUMANIORUM

CONDITUM ATQUE DIGESTUM

PARS SECUNDA

INSCRIPTIONES ARAMAICAS CONTINENS

TOMUS I

PARISIIS

E REIPUBLICÆ TYPOGRAPHEO

M DCCC LXXXIX

R
492.317
fC822

PROOEMIUM.

In volumine quod legentium benevolentiæ commendamus, de Inscriptionibus agetur aramaicis litteris et aramaico sermone conscriptis.

Sicut in prima Corporis hujus parte, hic quoque tituli secundum geographicum ordinem distributi sunt, id est per regiones et loca in quibus reperti sunt, aut, si non reperti, at certe conscripti sunt. Eos quorum origo incerta a ceteris separavimus. Aramaicos vero titulos non licebat, ut phœnicios, in unam seriem congerere : palæographicæ enim et historicæ rationes, ut præses noster E. Renan in præfatione totius operis (p. XIII) jam demonstravit, obstabant ne omnes simul commixti et quasi confusi tractarentur. Litteræ enim aramaicæ, diversis gentibus usitatæ, diversa fata habuerunt. Ultimo ante J. C. sæculo, duos præcipue ramos e prisca stirpe oriundos videmus, alterum in septentrionali Syriæ parte, alterum in australi. Palmyreni scilicet et Nabatæi, dum distincta sibi imperia comparant, scripturam quoque sibi propriam constituunt; quam scripturam homines in his civitatibus nati etiam extra suos fines servabant, ita ut monumenta vel a Palmyrenis vel a Nabatæis in Italia, in Africa, in ultima Britannia erecta eosdem characteres præbeant ac si in terra patria ab iis exarata essent. Post Nabatæorum Palmyrenorumque ruinam mox syriacæ apparent litteræ et quæ ex syriacis ortæ sunt, a prioribus omnino discrepantes et eo magis separandæ quod non solum scriptura sed rebus differunt, utpote a christianis confectæ.

Eo igitur adducti sumus ut totam aramaicam molem in plures partes divideremus, quarum prima aramaicos titulos proprie dictos comprehendit, cæteræ titulos litteris palmyrenis, nabatæis, syriacis, aliis hoc genus exaratos. In prima sectione omnes inscriptiones exhibemus ad populos hominesque pertinentes, qui ante ætatem christianam, quamvis genere locisque diversi, lingua aramaica et scriptura, quam proprie aramaicam dicimus, utebantur.

391

Vides rationes palæographicas in ordinanda voluminis hujus materia maxime valuisse. Expedit ergo de omni re palæographica, quid statuamus quasque secuti simus regulas, quam brevissime exponere.

In principio, ut satis notum, eadem scriptura utebantur omnes populi linguis, quas semiticas dicimus, loquentes. Quam scripturam nostras E. de Rougé ex ægyptiacis hieroglyphis deductam esse demonstravit, mira quadam semiticorum mercatorum sollertia, qui, ex incunabulis *idæographismi* et vinculis *syllabismi* meram consonantium notionem exsolventes, naturalem litterarum ordinem, quem *alphabeticum* dicimus, constituerunt. Hujus inventionis, qua nescio an ulla insignior fuerit, ceteris gentibus auctores fuisse Phœnices satis constat. Certum est enim Phœnices, primos maria navibus adire ausos, litteras in Græciam advexisse et per totum maris Mediterranei circuitum propagasse. An ipsi repererint, dubitari potest. Nam, sicut sagaciter Lenormant noster vidit, nomina, quibus primi litterarum inventores eas designaverunt, cuncta ad pastoralem rusticamve vitam referuntur; rerum maritimarum nullum vestigium. Atqui verisimile est primos ex Asia in Ægyptum commeatus non mari sed terra venisse; pedestria autem itinera Phœnices minus adamasse putamus quam Ismaelitas, Midianitas, Hebræos ipsos, gentes inter Euphratem et Nilum vagantes, quas aramaica plerasque lingua usas esse nunc pro certo habemus. Aramæis igitur Syrisve, ut vult Diodorus Siculus[1], æque ac Phœnicibus, egregiam illam litterarum inventionem adscribere licet. Quidquid de hac re statuendum, satis constat viginti duo litteras, quas consentiunt omnes pro communi cunctarum scripturarum origine tenendas esse, a Semitis ex fonte ægyptio deductas esse. Quo tempore hoc evenerit, incertum est; sed suspicari licet eam ætatem, qua reges alienigenæ, qui *Hycsos* seu *Pastores* nuncupantur, imperium Ægypti obtinebant. E monumentis patet hanc scripturam decimo ante J. C. sæculo per longum jam ævum exstitisse : titulus enim Daibonensis (circa 890 ante J. C.) non est rudimentum, neque qui eum exsculpserunt tirones. Idem demonstrat patera templi ad Libanum (*Corp. inscr. semit.*, t. I, n° 5) quæ fere ejusdem est ætatis; idem phœniciæ gemmæ vetustissimæ. Ad linguam aramaicam quod attinet, antiquissima monumenta, exagia scilicet Ninives reperta (infra, n^is^ 1-15), octavo sæculo adscribenda sunt.

In his monumentis ante septimum sæculum exaratis, scriptura exstat quam *archaicam* nuncupamus, quæ has potissimum notas sibi proprias habet : litteræ *mim* et *sin*

[1] V. 74. — Clemens Alexandr. (*Stromat.*, I, 16, 75) Syros et Phœnices simul designat, dum Plinius, Lucanus, Pomponius Mela in locis satis notis «gloriam litterarum inventionis» solis Phœnicibus tribuunt.

angulatis seu undulatis lineis constant, in hunc modum : 𐤎, 𐤔; littera *thau* in crucis similitudinem efficta est 𐤕; littera *samech* est 𐤎, quam formam Græci ulterius ad reddendum duplicem sonum ΚΣ usurparunt et in Ξ verterunt : littera *qoph* est 𐤒, fere ut vetus Græcorum κόππα.

Septimi sæculi scriptura archaicam speciem adhuc retinet : nonnullæ tamen litteræ leviter mutantur. Undulatam formam *mim* amittit (𐤌), dum *sin* eam servat (𐤔); et *samech* lineolas transverso nexu ligat (𐤎). Eodem tempore, propria signa jam apparent quibus aramaica scriptura a ceteris differet. Litterarum *beth, daleth, res* in capitibus priscum videmus annulum parvo hiatu superne disjunctum; littera *he* tres quæ prominebant a sinistra parte lineolas in unam lineam deorsum deductam commutat (𐤄 pro 𐤄).

Sexto sæculo aramaica scriptura a phœnicia omnino differt : litteræ *beth, daleth, res,* amisso prisco quem apud Phœnices retinent annulo, jam capite fisso hiant (𐤁 et 𐤓 pro 𐤁 et 𐤃); simile quid etiam in littera *ain* evenit (𐤏 pro ○). Littera *heth,* minuto transversarum linearum numero, speciem accipit latino H haud dissimilem (𐤇); littera *samech,* litteræ *mim* exemplum secuta, undulatas lineas exuit et hanc formam, 𐤎, aramaicæ scripturæ peculiarem, induit. Etiam *sin,* rejecta undulata specie, formam 𐤔 accipit, quam usque ad recentiora tempora servabit. Attamen litteræ *zain* et *jod* archaicam formam servant (𐤆, 𐤆). Quamobrem hanc scripturam, quæ novas priscasque formas commixtas exhibet, *aramaicam mediam* (gall. *araméen de transition*) appellavimus.

Exeunte quinto sæculo, ultima archaicorum signorum vestigia evanescunt, ut prorsus absolutam et perfectam dicere possis scripturam aramaicam. Littera *zain* enim in unam lineam contracta apparet (𐤉); *jod,* ad hanc formam 𐤉 redacta, minima evadit omnium litterarum, quam exiguitatem per multa sæcula servabit (cf. Matth., v, 18). Has duas litteras, exeunte quinto sæculo, in Syria saltem et Assyria sic immutatas esse, ex pluribus exemplis patet. Laterculus, Babylone anno 437 ante J. C., regnante Artaxerce, exaratus, antiquam formam adhuc retinet : laterculi vero, annis 418-407, regnante Dario II, inscripti, novam præbent (cf. infra, nos 67-71). Ita et vox מדי in argenteo Darico quinti sæculi 𐤆𐤓𐤆𐤌, in nummis a Persarum satrapis exeunte quinto sæculo et ineunte quarto cusis, 𐤉𐤓𐤉𐤌 scripta invenitur. In aliis Persarum imperii regionibus eadem mutatio paulo citius vel tardius invaluit. Eodem tempore illa apparet propensio ad litterarum hastas ita componendas ut sensim inter se exæquentur, exceptis tamen *iod,* quæ, ut supra diximus, cæteris minor remansit, et *lamed,* quæ super versum semper eminuit.

A quarto ante J. C. sæculo usque ad primum, scriptura paullatim et gradatim in

formam transit a rabbinicis auctoribus *quadratam* מְרֻבַּע appellatam, qua, sub tempore Christi nativitatis, omnes Syriæ populi plus minus utebantur. Hanc Hebræi, post excidium Hierosolymorum et gentis dispersionem, quasi rite consecratam, usque ad hodiernum diem, ad scribenda Biblia fere immutatam servaverunt. Apud cæteros vero Syriæ populos, qui novam et prosperam a pace romana vitam acceperant, litteræ cursum suum persecutæ sunt, neque scriptura, ut cetera omnia, mutari desiit, ita ut suam quisque populus scripturam secundum indolem aut fata sua variaret.

Palmyrenorum scriptura nihil aliud est quam *quadrata* elegantiæ quodam studio immutata. Quædam litteræ ornatus causa decurvantur; aliis apices adduntur; aliæ aliis ligantur; omnium mensuræ ita temperantur ut totius versus æquabilis aspectus fiat. Plus tria sæcula hæc scriptura ad exarandas publicas inscriptiones adhibita fuit fere incorrupta; eadem autem ætate, cursiva quædam scriptura in usu privato invenitur, quæ, citius quam publica, mutata et deformata est. Hæc est vulgaris scriptura, quæ paullatim in syriacam transiit, id est in recentissimam et ultimam aramaicæ scripturæ formam.

Nabatæam scripturam et ipsam ex *quadrata* deductam esse, non ornatus, sed utilitatis causa, satis constat. Nullum elegantiæ studium; aspectus asper, et eo rudior quod, in majore nabatæi regni parte, lapides insigni duritie aciem ferri quasi respuunt. Lapicida, quo minus arduus sit labor, scriba, quo brevius fiat pensum, litteras paullatim deformant: aliarum caput evanescit, aliarum appendices in unam curvatam lineam condensantur, aliæ aliis continuo nexu alligantur, quo facilius plures litteras uno calami ductu scriba possit pingere. Exempli gratia, litteræ *aleph* transmutationes hic subjicimus:

Adde quod finalem quoque formam hæc littera habet *unciali* haud dissimilem. Ultimas nabatæarum litterarum metamorphoses e sinaiticis inscriptionibus cognovimus, quarum recentiores christianis temporibus adscribendæ videntur. Quas si sedulo inspicies, plane tibi apparebit priscam Arabum scripturam originem a deformatis Nabatæorum litteris ducere.

Ceteri Syriæ Palæstinæque populi romanæ ditioni subjecti, etsi sermone utebantur aramaico, nullum tamen nobis scripturæ suæ vestigium reliquerunt. Nulla enim aramaica inscriptio, vigente imperio romano exarata, hactenus inventa est in immensa ea regione quæ inter Jordanem Orontemque flumina et maris littus protenditur. Suspicamur populorum istorum scripturam haud procul abfuisse vel a Palmyrenorum vel a Naba-

tæorum scriptura, prout alterius utrius gentis vicini essent. Inscriptio reginæ Zaddan Hierosolymis reperta, etsi de ejus origine et ætate disputatum est, cum sententia nostra omnino congruit, quod suo loco demonstrare conabimur.

Omnem aramaicæ scripturæ cyclum lustravimus, breviter expositis temporum et locorum notis quibus in sequenti volumine usi sumus ad definiendam monumentorum originem et ætatem. Vix est quod moneamus nunquam nobis in animo fuisse his indiciis plus justo tribuere. Quantacunque fuit satrapum industria ad augendam inter immensi Persarum imperii partes commeatuum copiam, viæ longæ erant, itinera lenta. Minime igitur putabis eamdem litteram eadem die in toto imperio eodem modo mutatam esse; hic citius, illic tardius nova forma accipiebatur; in quibusdam locis peculiares figuræ diu prævalebant. Quæ igitur de initio et fine palæographicæ cujusque ætatis scripsimus, non stricto sensu intelligenda sunt; credimus tamen in universum scripturæ historiam suis fundamentis firmiter nos constituisse et litterarum mutationes suo ordine disposuisse. Exempla et argumenta quibus sententia nostra nititur, in tabulis hujus voluminis commentariisque suo quæque loco invenies.

Rerum aramaicarum cognitio studiis epigraphicis haud parum augetur. Inscriptiones enim novis exemplis demonstrant quibus in locis aramaica lingua viguerit, qui ea locuti sint populi, quantum apud eos valuerit.

Ex Bibliis sacris jam notum erat Aramæos ab ultima antiquitate Palæstinæ partem quæ ad septentrionem vergit, et regionem Damascenam, necnon Euphratis ripas et Mesopotamiæ partem coluisse[1]. Inscriptionibus docemur sermonem aramaicum etiam terrarum tractum, inter Arabiam et Palæstinam, obtinuisse eum qui hodie pars provinciæ est quæ *Hedjaz* dicitur. Cujus caput erat urbs Teima, antiquissimum emporium, quam quum transirent mercatorum comitatus inter Arabiam australem, Asiam, Ægyptumque iter facientes, aramaicam linguam discebant. Midianitas, qui cum Ismaelitis his commerciis, ut jam diximus, imprimis studebant, aramaica quadam dialecto locutos esse credendum est; ab illis aliisque qui Teimensi emporio uti solebant, dum Palæstinam, Syriam, omnem regionem quam alluit Euphrates negotiandi causa perlustrabant, aramaica lingua, propagata, diffusa, quasi communis sermo fiebat, cujus auxilio tot populi, tam genere quam linguis diversi, et merces mutare et inter se colloqui possent. Sic illa in inferiorem

[1] Gen., XXIV, 10; XXV, 20; XXVIII, 2, 5, et Reg., *passim*, ארם, ארם־נהרים, פדן־ארם, ארם־דמשק, ארם־צובה, etc. Domum Abrahæ et Abraham ipsum aramaice locutos esse, quum in terram Chanaan emigrarent, pro certo habemus. (Gen., XXXI, 18, 20, 21, 24, 47; Deut., XXVI, 5.)

Chaldæam Babyloniamque, atque per Aramæos Mesopotamiam colentes, in ipsam Assyriam penetravisse videtur.

Jam ex Bibliis notum erat assyrios optimates non ignorasse « aramaicam » linguam, ארמית, diversam illam a « Chaldæorum lingua », לשון כשדים (IV Reg., XVIII, 26; Is., XXXVI, 2; Dan., II, 4). Hanc demonstrant Scripturæ sacræ patrium fuisse sermonem omnibus notum, quo magistratus ad conscribenda acta publica utebantur; eamdem nostra ætas ex titulis *cuneiformibus* feliciter eruit. Illa vero, secundum biblicum textum, peregrina erat lingua, quam discebant viri docti, qua principes utebantur ad colloquendum cum subactis Syriæ populis.

Ex inscriptionibus plura discimus; aramaicam linguam docemur altius in vitam populi assyrii penetrasse et arctius cum rebus privatis publicisque conjunctam fuisse; apparet in pactionibus tractandis, in administrandis prædiis, in conducendis vectigalibus. Erat enim scriptura aramaica et cognitu et intellectu multo facilior quam impedita et obscura Assyriorum litteratura. Itaque optimates usurpabant illam in annulorum signis, tabelliones in brevibus instrumentorum indicibus, magistratus in publicorum ponderum notis. Vigebat igitur apud Assyrios et suo quasi munere fungebatur sermo aramaicus.

Quod munus, postquam Persarum imperium in imperii assyrii locum successit, valde auctum est; aula enim persica et persici provinciarum præfecti per linguam aramaicam cum subactis gentibus communicabant. In Palæstina rem ita se habuisse Bibliis docemur, quæ nonnulla regni instrumenta nobis tradiderunt; quales sunt litteræ a regiis scribis regis nomine scriptæ, et litteræ a ducibus populorum ad regem missæ (Esdr., IV, 8; V, 7; VI, 6; VII, 12). Ex inscriptionibus vero papyrisque et nummis apparet eamdem consuetudinem non solum in Palæstina, sed in Ægypto, in Syria, in Cilicia, in Cappadocia, in ipsius Hellesponti littore prævaluisse. Sic, adjuvantibus satrapis, properatum est eo quo inclinabant semiticæ gentes ipsæ, ut omnes, præter Arabes, eodem sermone uterentur aramaico. Cui inclinationi moderari, neque victricia Alexandri Magni arma, neque diffusæ per omnem Orientem Græcorum litteræ valuerunt: Christi circa tempora, ut satis notum, quamvis altiorem lingua græca locum obtineret, populi qui Arabiam inter et Persidis fines habitabant aramaice loquebantur omnes, exiguis tantum dialectorum varietatibus inter se differentes.

Hæc ætas maximam nobis aramaicarum inscriptionum copiam tradidit. Plerique enim tituli hactenus reperti a Palmyrenis Nabatæisque post Christum natum exarati sunt; quibus titulis et civitatis palmyrenæ institutiones, mores, cultus illustrantur, et Nabatæorum res

gestæ nunc demum quasi revelantur, et linguæ aramaicæ incrementa et mutationes dispiciuntur usque ad illud fere tempus quo, a syriacæ ecclesiæ patribus culta, maximo splendore claruit. Tum litteræ syriacæ auctorum doctrina, librorum copia et auctoritate lætissime floruerunt, mox perituræ. Namque Aram islamiticæ pesti succubuit, et Arabum sermo, armorum vi impositus, exstincta antiqua lingua, cunctas semiticas gentes solus occupavit.

In præfatione primo hujus Corporis volumini præmissa, commemorata sunt doctorum juvenum nomina qui Academiæ nostræ, quamquam non conjuncti sodalicio, studia sedulo adjuverunt; his addendus eruditissimus Rubens Duval, qui quam sit aramaicarum litterarum peritus, scripta demonstrant, quanto nobis auxilio fuerit, grato animo lubenter agnoscimus.

M. DE VOGÜÉ.

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM.

PARS SECUNDA.
INSCRIPTIONES ARAMAICÆ.

SECTIO PRIMA.
INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ.

CAPUT PRIMUM.
INSCRIPTIONES ARAMAICÆ IN ASSYRIA BABYLONIAQUE REPERTÆ.

ARTICULUS I.
NINIVE.

Anno 1853, clarissimus vir Layard, quum Ninives ruinas effoderet, in loco dicto Nimrud seriem sexdecim æneorum exagiorum in lucem eruit, quæ in fundamentis assyriaci palatii, sub colossica statua monstri alati, corpore taurino et capite humano, subjecta erant (Layard, *Nineveh and its remains*, I, 128). Locus ubi reperta sunt nos docet exagia ista sacro quodam ritu in terram deposita esse, unde induci potest ea, legitima auctoritate exacta, in eodem usu apud Assyrios fuisse quo apud nos pondera dicta *étalons*. In speciem leonis ficta sunt, in quadrata basi recubantis et annulum tergo infixum ferentis. Unius exagii (cf. n^um^ 2) imaginem, sole expressam, in tabula I reperies, et ab ea omnium leonum formam discere poteris. Figurarum sive lateribus sive basi incisi sunt tituli, assyriis vel aramaicis litteris conscripti, quibus uniuscujusque leonis pondus, sæpe etiam regnantis principis nomen docemur. Nomina assyriorum regum Salmanasar, Sargon et Sanherib ita leguntur, qui imperium ab anno ante J. C. circiter 727 usque ad annum 681 obtinuerunt. Quamvis æris pondus, per tantum temporis spatium terra obruti, diversis modis mutatum sit, tamen a viris rei ponderalis peritis, qui titulos ponderaque contulerunt, demonstratum est leones duabus seriebus adscribendos

(Impressum mense martio 1888.)

esse, quarum una ab altera duplici pondere distinguitur. Sic constat assyrium *talentum* in sexaginta *minas* leves seu simplices, aut in triginta *minas* graves seu duplices divisum esse : mina ipsa in sexaginta *drachmas* dividebatur. Aramaici tituli de quibus agemus minam מנה et drachmam שקל *siclum* vocant. Pondera, auctore Oppert, qui novissime de his docte scripsit (*Journ. asiat.*, VIIe série, t. IV, p. 465-486), gallicis grammatibus plus minus, ut sequitur, exprimi possunt :

	Talentum.....	30,300^gr^	
Mina gravis.....	1,010^gr^ 00	Mina levis.....	505^gr^ 00
Siclus gravis.....	16 80	Siclus levis.....	8 40

Leones in museo Britannico asservantur. Numeris eos distinguemus quos eis Layard assignavit. Titulorum ectypa gypsea nobis fecit Ready, quæ omnia sole expressa in tabula I reperies.

De leonibus istis egerunt sequentes :

Edidit primus sine versione : H. Layard, *Nineveh and Babylon*, p. 600 et sqq., London, 1853. — Partim traduxit Dux de Luynes, *Mémoire sur le sarcophage et l'inscription funéraire d'Esmunazar, roi de Sidon*, p. 59 et sqq., Paris, 1856. — Dedit primam in extenso versionem E. Norris, *On the Assyrian and Babylonian Weights*, in *Journal of the Roy. Asiatic Society*, t. XVI, p. 215 et sqq., London, 1856. — Reginald Stuart Poole, *Weights and measures*, in Smith, *Dictionary of the Bible*, p. 1729 et sqq., London, 1863. — Levy, *Geschichte der jüdischen Münzen*, p. 148 et sqq. — Fr. Madden, *History of Jewish coinage*, p. 259 et sqq., London, 1864. — Rawlinson, *Journ. of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 226, nota, London, 1865. — J. Brandis, *Das Münz-, Mass- und Gewichtswesen in Vorderasien bis auf Alexander den Grossen*, p. 44 et sqq., Berlin, 1866. — M. de Vogüé, *Mélanges d'archéologie orientale*, p. 187, 193-195, Paris, 1868. — Fr. Lenormant, *Essai sur un document mathématique chaldéen*, p. 92 et sqq. — Vasquez Queipo, *Essai sur les systèmes métriques monétaires des anciens peuples*, t. I, p. 335. — G. Smith, *On Assyrian Weights and Measures*, in *Zeitschrift für ägyptische Sprache*, p. 108-114, Berlin, 1872. — Eb. Schrader, *Die assyrisch-babylonischen Keilinschriften*, liber e *Zeitschr. der D. morg. Gesellschaft*, 1872, extractus, p. 175, 176, Leipzig, 1872. — Idem repetiit : *Ueber Theilgewichte der babylonischen Mine*, in *Zeitschrift für ägyptische Sprache*, 1878, p. 109 et sqq. — J. Oppert, *L'étalon des mesures assyriennes*, Paris, 1875, et *Revue numismatique*, 1876. — E. Ledrain, *Note métrologique sur les lions de bronze assyriens*, in *Revue égyptologique*, deuxième année, n°s II et III, p. 173 et sqq., Paris, 1881. — Aurès, *Lettre de M. Aurès à M. Ledrain sur la distinction à établir entre la mine du roi et la mine du pays*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, n° 1, p. 11 et sqq., Paris, 1884. — Repetiit Ledrain, *Réponse de M. Ledrain*, in eodem fasciculo.

1

Layard, leo 1.

(Tab. I.)

In sinistro leonis latere tituli pars *a* inscripta, in dextro latere pars *b*, in basi vero *c* legitur :

a.  מנן 15 ב זי ארקא

b. 

c. חמשת עשר מנין [ב ז]י מלך

a. מנן, plur. vocis מנה, Μνᾶ. — Numeralia signa, eadem quæ in Phœniciis titulis : leo 1 quindecim minis valebat; hodie, ut minutus est, 14,934 gallica grammata tantum adæquat; incolumis quondam, 15,150 gr. adæquabat; ideo gravi seriei adscribendus est. — Litteram ב quæ signa numeralia sequitur Vogüé siglum esse

censuit, gravem seu «duplicem» seriem indicans. Quamvis hæc littera cunctis leonibus gravis seriei non incisa sit, deficit enim in leone 5 et in leone 8, notandum est eam in leonibus levis seriei nunquam reperiri, ita ut eam «duplicem minam», si non semper, sæpius tamen designavisse certum nobis videatur. Hanc opinionem secutus Fr. Lenormant (*Essai sur un doc. math. chaldéen*, p. 93). — זי, nota genitivi. Chald. et syr. די. Eadem particula in papyris et titulis aramaicis quinti et quarti sæculi reperitur. — ארקא. Hoc vocabulum semel in Bibliis (Jerem., x, 11) cum sensu «terra», «regio», legitur : in Mandæa dialecto etiam reperitur (Nœldeke, *Mandæische Gramm.*, § 66, p. 73); ex aramaico vocabulo ארעא derivatum, antiqua quadam litteræ ע in ק permutatione (cf. Nœldeke, *loc. cit.*, et R. Duval, *Traité de gramm. syr.*, p. 27). Nostris in leonibus respondet assyriæ voci 𒆳, cui eumdem sensum attribuunt Norris et Oppert. In quodam bilingui contractu, de quo acturi sumus (cf. infra sub n° 28), assyria voce 𒆳𒆠 redditur, quæ non «urbem» modo, sed etiam quamdam alicujus regionis partem designat : מנה זי ארקא «mina urbis seu regionis»; leones infra describemus qui, simul ac «urbis minæ» notam, «regis minæ» etiam notam inscriptam gerunt : מנה זי מלך; «minam regiam» eamdem esse ac «urbanam minam» ex titulis ponderibusque patebit.

b. Quindecim monades numerum minarum indicantes.

c. מנין. Littera י, quamvis imperita manu incisa, tamen certa; idem vocabulum sic scriptum in leone 4 etiam legitur (cf. infra, n^{um} 4). — Duas litteras deficere ex spatio patet, quas בז esse titulus *a* docet. — Ultima littera sine dubio ך, unde vocabulum מלך «rex» efficitur. A sequentibus titulis docemur vocabulum מלך st. absol. et non מלכא st. emph. legendum esse, quod hebraici sermonis potius quam aramaici sermonis legibus congruit : hebraismi ejusdem generis in titulis in Assyria repertis et assyriacam inscriptionem præbentibus frequenter occurrunt : quas locutiones ex hebraico sermone sumptas esse vix credimus : eas potius *assyriasmos* dicemus; eo quidem magis quod ex pluribus exemplis compertum habemus aramæos scribas, quum assyrii textus sensum brevibus verbis notandum haberent, nonnulla assyriaca vocabula aramaicis litteris sæpius transcripsisse. Cf. n°s 3, 6, 7, 10, 13, 15, 17, etc.

Ergo verte :

a. Minæ XV (duplices) regionis.
b. XV.
c. Quindecim minæ (duplices) regis.

Hic leo nullum assyrium titulum inscriptum habet : ideo regis nomen nescimus, quo regnante effictus est : a sequentibus vero monumentis clare apparet leonem nostrum ultimis octavi ante J. C. sæculi annis adscribendum esse.

2

Layard, leo 2.

(Tab. I.)

In dextro leonis latere tituli pars *a* inscripta legitur, in sinistro latere pars *b*, in basi vero pars *c* :



Assyrius titulus tergo leonis inscriptus sic legendus[1] et latinis litteris transcribendus est :



Quod vertitur :

Palatium Salmanasari, regis Assyriæ.
Quinque minæ regis.

a. Idem ac leonis primi textus, numeralibus signis solum mutatis. Quinque duplicibus minis hic leo valebat, scilicet 5,050 gr., quo cum pondere hodiernum pondus 5,043 fere congruit.

c. Quæ littera deficiat ex monumento minime apparet. Si ז supplendum est, ut vocabulum זי efficiatur, littera מ pro מנן habenda est. Si vero נ supplere mavis, מני st. constr. plur. erit.

Verte ergo :

a. *Minæ V (duplices) regionis.*
b. *V.*
c. *Quinque minæ regis.*

Monumentum circa annum ante J.-C. 725 sculptum esse nomen regis Salmanasari docet.

3

Layard, leo 3.

(Tab. I.)

In dextro leonis latere tituli pars *a* inscripta, in sinistro latere pars *b*, in basi vero linea *c* :



[1] Titulos assyrios leonibus inscriptos vir doctus Pinches, e Britannici musei custodibus, cum exemplaribus archetypis collatos descripsit, descriptosque nobis benevole transmisit.

Titulus assyrius leonis tergo inscriptus, penitus vero fere interlitus : vestigia textus sic legenda esse Pinches affirmat :

Quod vertitur :

Palatium Salman[asari, regis Assyriæ].
Tres minæ regis.

Linea *c*, basi inscripta, lectu difficillima, certa tamen nobis videtur. Vocabula punctis separata sunt. — שלשא assyriaco more, pro תלתא aramaico more, notandum est; de assyriasmis vide supra, n^um^ 1. — Voc. מלך, restituto מ, certum. In intervallo præcedenti, [מנ]ין restituendum videretur; sed spatium brevius est quam ut tres litteras et punctum separativum contineat : ין solum ergo restituimus, stat. constr. ut supra n° 2. Quod vide.

Leonem tribus minis regionis, seu regis, valuisse haud dubium; hodie 2,865 gr. tantum pendit, et non 3,030; notandum vero annulum a tergo abreptum fuisse, et corpus ipsum leonis maxime mutilatum.

Verte igitur :

a. *Minæ III (duplices) regionis.*
b. *III.*
c. *Tres minæ regis.*

Eodem tempore quo leo secundus, scilicet circa annum ante J. C. 725, fictus est.

4

Layard, leo 4.

(Tab. I.)

In dextro leonis latere tituli pars *a* inscripta, in sinistro latere pars *b*, in basi vero linea *c* legitur :



Assyrius titulus sic legendus latinisque litteris transcribendus est : circulus locum indicat ubi æneus annulus leonis dorso jungitur :



Quod vertitur :

Palatium Salmanasari, regis Assyriæ.
Duæ minæ regis.

a. מנין. Tertia littera, formæ quanquam recentioris, nihil aliud nisi ' esse potest. Cf. supra, n^am^ 1. Leo gravi seriei adnumerandus est, ut docent littera ב et pondus : 1,992 enim gram. pendit, quod a pondere duarum minarum duplicum sc. 2,020 gr. parum differt.

c. Versus summa cum negligentia incisus. Litteræ punctis separatæ. Quæ dedimus nobis certa videntur : an vocabulum תרין, quod initio restituimus, sicut numeralia nomina in cæteris titulis reperta, assyrii coloris aliquid habere potius debeat, incertum.

Verte :

a. *Minæ II (duplices) regionis.*
b. *II.*
c. [*Duæ*] *minæ regis.*

Monumentum circa annum ante J. C. 725 fictum esse e nomine regis Salmanasari apparet.

5

Layard, leo 5.

(Tab. I.)

Leonis in latere :



Assyrius titulus leonis tergo inscriptus sic transcribendus est :

Quod vertitur :

Palatium Salmanasari, regis Assyriæ.
Duæ minæ regis.

Annulo abrepto, hic leo 1,931 gr. pondere valet. Littera ב, quæ in ceteris leonibus minam duplicem indicat, in hoc non legitur. Duas tamen minas duplices, annulo suo munitus, leo quintus certe adæquavit. Notandum est hunc leonem, teste Pinches, a ceteris leonibus fabricationis specie et arte differre.

Verte :

Minæ II
regis.

Monumentum, sicut præcedentia, anno circiter 725 ante J. C. adscribendum.

6

Layard, leo 8.

(Tab. I.)

Leonem sextum septimumque titulo aramæo carere adnimadvertendum est. Leonem sextum duabus regis Teglathpileser minis valere titulus assyrius docet. Leo autem septimus omnino anepigraphus.

In leonis octavi basi tituli pars *a*, in dextro latere pars *b*, in sinistro siglum *c* leguntur :

a.  מנה מלך

b. מנה

c.

Titulus assyrius sic legendus et transcribendus est :

e - kal Sul - man - asarid, sar mat as.

I ma - na sa sarri.

Quod vertitur :

Palatium Salmanasari, regis Assyriæ.
I mina regis.

Annulo abrepto, hic leo 955 gr. pondus habet. Ad quam gravem seu duplicem minam nuncupamus adnumerari debet, etiamsi littera ב, sicut in leone 5, deficit. מנה. Hoc vocabulum in statu absoluto *b* et in statu constructo *a* apparet. Terminatio ה — ad hebraicum potius quam aramaicum sermonem pertinet.

Verte :

a. *Mina regis.*
b. *Mina.*
c. *I.*

Monumentum circa annum 725 ante J. C. effictum nomen regis monet.

7

Layard, leo 9.

(Tab. I.)

In leonis basi titulus *a*, in sinistro autem latere siglum *b* leguntur :

a.  סנב ׳ ארקא

b.

In dextro leonis latere titulus assyrius inscriptus est, qui sic legitur :

Quod vertitur :

Palatium Salmanasari, regis Assyriæ.
Bes minæ regis.

a. סנב vocabulum aramaici sermonis non est. In assyrio titulo scriptum est , quod Oppert phonetice sic  *sinibu* legendum et bessis appellationem esse, ex antiqua Sumeriorum lingua depromptam, primus docuit. Vocabulum peregrinum aramæus scriba mere aramaicis litteris transcripsit. Quamobrem titulus iste, etiamsi brevis, maximi momenti et locupletissimi est pretii. Leonis nostri pondus 666 grammatum cum pondere bessis minæ gravis, scilicet 673 gr., optime congruit.

b. Siglum numerale signum $\frac{2}{3}$ certissime exprimit.

Verte igitur :

a. *Bes minæ regionis.*
b. 2/3.

8

Layard, leo 10.

(Tab. I.)

Leonis in basi titulus *a*, in sinistro latere siglum *b* leguntur :

a.  מנה מלך

b. I

Titulus assyrius in dextro leonis latere inscriptus sic legendus et latinis litteris transcribendus est :



Mat (*sive* kisitti) Sarkin, sar-mat as, Estin ma[-na] sa sarri.

Quod vertitur :

Regio [seu *possessio*] *Sargonis, regis Assyriæ.*
I mina regis.

Leonis pondus 481 grammata æquiparantis in levis sive simplicis minæ seriem adscribi debet.

Verte :

a. Mina regis.
b. I.

Monumentum intra annos ante J. C. 722-705 effictum esse nomen regis Sargonis indicat.

9

Layard, leo 11.

(Tab. I.)

Leonis in basi titulus *a* inscriptus est : siglum *c* in sinistro latere legitur :

a.  מנה מלך

b. I

Titulus assyrius dextro leonis lateri incisus fere totus deletus est : e vestigiis tamen Pinches existimavit leonem regi Salmanasaro adscribendum esse.

Hic leo, annulo suo orbatus, 468 gr. valet; minoris sive simplicis minæ seriei adnumerandus est.

(Impressum mense martio 1888.)

Verte :

a. *Mina regis.*
b. *I.*

Præcedenti hic leo et specie et tituli palæographia valde similis; coætanei videntur, etsi alter alteri regi adscribendus est. Unde existimare nos licet priorem extremæ parti Salmanasari regni, alterum principio successoris ejus imperii attribuendum esse, id est annis fere 725-720 ante J. C.

10

Layard, leo 12.

(Tab. I.)

Dextro leonis lateri hoc solum vocabulum inscriptum legitur :


פרש

Titulus assyrius sic legendus latinisque litteris transcribendus est :


Mat (*sive* kisitti) Sin - ahê - irib, sar mat as.

½ ma - na.

Quod sic vertitur :

Regio (seu *possessio*) *Sennacheribi, regis Assyriæ.*
1/2 mina.

Titulus imperita manu incisus est : primæ litteræ caput omnino rotundum est et integri circuli formam præbet; sed inferiorem circuli partem lapicidæ insolertia et quasi invito instrumento productam esse clare apparet; nonnulli interpretes hanc litteram legendam esse putaverunt, non recte : nam hasta in rectam lineam protenditur, dum litteræ ב hasta semper incurvari solet. Alii litteram hanc ק vel ד esse existimantes, vocem aramaicam קדש « sanctum », vel דרש « exacte », ut Schrader, interpretati sunt. Oppert primus ex Assyria lingua vocabulum deductum esse et « dimidiam partem » significare justa explanatione docuit (*Étalon des mesures assyr.*, in *Journ. as.*, 1874, II, p. 431). In titulo assyrio leonis nostri basi inciso, « dimidia pars » signo redditur quod in inscriptionibus sæpissime reperies. Hoc signum Oppert e glossa assyriaca (R., II, 28, 65)  *Pa-ra-śu* legendum esse docuit; quæ glossa ad explicandum vocabulum aramaicum in aciem educta : nempe, ob litteram ס ab Assyriis perinde ac hebraicum ש pronuntiatam, aramæus scriba prototypum *Paraśu* vocabulo פרש reddere debebat; vocem assyriam sicut auribus usurpabat transcripsit. Cf. verb. פרש, chald. et hebr. « fidit, separavit », et פרס, in *Mischna*, *Pea*, VIII, 5, quod per dimidiam minam (חצי מנה) interpretantur. Cf. etiam Clermont-Ganneau, *Rec. d'archéol. or.*, fasc. II, p. 142.

Hic leo, cui annulus e tergo avulsus est, 240 gr. pondus nunc tantum habet; ideo, quum incolumis, dimidiam partem levioris minæ æquiparabat.

Verte ergo :

Dimidia (mina).

Monumentum circa annum ante J. C. 700 fictum est.

11

Layard, leo 13.

(Tab. I.)

Dextro leonis lateri titulus *a* inscriptus; sinistro autem numeralia signa *b* incisa :

a.  רבע ארק[א]

b. IIII

Titulum assyrium tergo leonis incisum sic legendum esse putamus :

Ekal Sul[-ma-nu-asarid sar mat as] ribatav sa sarri.

Quod vertitur :

Palatium Sal[manasari, regis Assyriæ].
Quarta pars (minæ) regis.

רבע « quartam partem » minæ designavisse haud dubium; etenim leo noster, annulo suo orbatus, 237 gr. pondus habet. Quum integer, 252 gr. certe valebat, id est quarta duplicis seu gravioris minæ parte.

Verte igitur :

a. Quarta (pars minæ) regionis.
b. IV (id est 1/4).

12

Layard, leo 14.

(Tab. I.)

Dextro leonis lateri vocabulum *a*, basi vero vocabulum *b*, sinistro lateri signa numeralia *c* inscripta :

a. חמש

b. חמש

c. IIIII

Assyrium titulum, dorso incisum, etsi fere deletum, sic legendum et transcribendum esse putamus :

Ekal [Sul-man]asarid [sar] mat Assur V.....sarri.

Quod vertitur :

Palatium [Salman]asari, regis Assyriæ.
Quinta [pars minæ] regis.

חמש pro חוּמְשָׁא «quintam partem» minæ designasse minime dubium. Pondus leonis, annulo suo muniti, 198 gr. æquiparat; quod a 202 gr., scilicet gravioris minæ quinta parte, minime differt. Notandum est litteram מ in uno vocabulo cum antiqua forma 𐤌, in altero cum recentiori 𐤌 inscriptam esse; unde concludi potest antiquæ formæ transmutationem in novam circa septimi ante J. C. sæculi initium effectam esse.

Verte igitur :

a.-b. Quinta (pars minæ).
c. V (id est *1/5*).

13

Layard, leo 15.

(Tab. I.)

Leonis in basi titulus *a* legitur; dextro vero lateri numeralia signa *b* incisa :

a. III 𐤌𐤋𐤒𐤔 3 שקלן

b. III

Assyrius titulus, leonis dorso incisus, sic legitur et latinis litteris transcribitur :

Ekal Sarkin sar mat as.

Quod vertitur :

Palatium Sargonis, regis Assyriæ.

Aramaicum titulum III שקלן transcribendum et «sicli tres» interpretandum esse, haud dubium, etsi aramaice תקל haud שקל dicitur. Vocabulum שקל assyriacum aramaicis litteris transcriptum; sicut supra פרש, סנב, etc. (vide etiam infra sub n^is 15, 38, etc.). Si vero leonis pondus, scilicet 52 grammata, in tres partes divides, pro siclo uno 17^gr,3 habebis, id est sexagesimam partem minæ duplicis. Unde patet assyriacum siclum idem esse ac quam drachmam, Oppert secuti, appellavimus (vide supra, p. 2). Graviori seriei adnumerandus est leo noster.

Verte igitur :

Sicli III.

Leonem nostrum intra annos 722-705 factum esse nomen regis Sargonis docet.

14

Layard, leo 16.

(Tab. I.)

Dextro leonis lateri aramaicus titulus incisus est; assyrius vero nullus.



Leo noster 35 grammata pendit; ergo duos siclos gravis seriei adæquat.

Verte igitur :

Sicli II.

15

Rawlinson, *Bilingual Tablets*, 7; Musei Britannici, K 320.

(Tab. II.)

Assyrii tabelliones, ut notum, quum papyro vel pergamena fere omnino carerent, fictilibus tabellis ad inscribenda acta publica seu urbana utebantur. Postquam pactionis alicujus textus in molli argilla stylo exaratus fuerat, sigillisque vel ungulis paciscentium seu testium impressis roboratus, tabula in figulini forno coquebatur et quasi laterculus fiebat, in longissimum ævum permansurus. Laterculis vero istis aliis super alios in tabulario depositis, facies assyriis litteris conscripta minime apparebat, ita ut requisita acta quælibet reperire tabellio non potuisset, nisi notula quædam, in latere laterculi subscripta, argumentum breve indicasset. Laterculis, quos vir clarissimus Layard in loco dicto *Koyundjik* invenit, notulæ istæ sæpius aramaicis litteris inscriptæ sunt : unde conjicere licet, sicut jam exagia monuerunt, octavo sæculo aramaicas litteras facilius quam assyriacas a vulgo intellectas esse. Sæpius etiam in molli argilla, antequam tabella coqueretur, delineatæ sunt, assyriaco textui igitur coævæ : una solum laterculo jam cocto incisa est, recentior tamen non videtur. Breves istæ inscriptiones pactionis summarium indicant, vel venditoris aut venditi nomen, nonnunquam etiam tabellionis ipsius aut testium, aut cujuscumque hominis nomen qui rei actæ fuerit particeps.

Laterculus de quo primum agemus, Koyundjik repertus, nunc in museo Britannico asservatur.

Imaginem damus ex ipso monumento factam.

Egerunt de hoc titulo : M.-A. Levy, *Phönizische Studien*, fasc. II, 24; Rawlinson, *Bilingual readings*, in *Journal of the Roy. Asiat. Society*, nov. ser., t. I, p. 187 et seq. — Rawlinson et Norris, *The cuneiform inscriptions of Western Asia*, London, 1866, t. III,

tab. XLVI, n° 2. — Oppert, *Lecture à la Société asiatique de Paris*, a Menant edita in *Le syllabaire assyrien*, 1re partie, t. I, p. 174 et 175. — Eb. Schrader, *Die assyrisch-babylonischen Keilinschriften*, in *Zeitschrift der D. morg. Ges.*, 1872, t. XXVI, p. 171 et 172. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propagation de l'alphabet phénicien*, Paris, 1873, t. I, p. 203. — Oppert et Menant, *Documents juridiques de l'Assyrie et de la Chaldée*, Paris, 1877. — St. Guyard, *Notes de lexicographie assyrienne*, in *Journ. asiat.*, mai-juin 1879, p. 435-455. — Nöldeke, E. Schrader, *Keilinschriften und Geschichtsforschung*, in *Zeitschrift der D. morg. Ges.*, 1879, t. XXXIII, p. 320-333. — Ledrain, *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, I, p. 117 et 163.

Assyrium titulum sic habes :



Quod sic vertit Oppert :

Sigillum Mutakkil-Marduk; sigillum Assur-Musallim; in totum : duo viri.....; sigillum Assur-iddin-ah; sigillum Isid-Assur; duo viri....; in totum : quatuor viri...., filii Siltiba-Nanæ, viri fabri, servæque domini.

Mulier Gularimat istorum quatuor virorum serva est.

Pro decem argenti minis dimidiaque mina Kakkullanu eam acquisivit.

.....rescissionem contractus....., non emit. Testes : Samas-sabit, judex; Bin-abu-usur, filii regis satelles; Assur-qat-irib, Nasir-sarruti filius, custos; Ahulamma; Zitai, filius Assur-mukin; Kun-Nabu; Hirisai, custos; Abliya, artifex; Assur-mukin, gur-zak (?); *Burqai.*

Mense Nisan, decimo nono die, Nabu-sar-usur, regioni præposito, annuo magistratu fungente.

Testis : Arad-Nabu.

Titulum aramaicum sic legimus :

אשת, vocabulum assyriacum *assat* « mulier », aramaicis litteris transcriptum. Servam Gularimat indicat de qua in textu agitur. Rawlinson שחת legebat, quem omnes secuti : Vogüé, inspecto ipso monumento, veram lectionem agnovit.

ערדנבו, nomen proprium quod in assyriaco textu, ultimo versu, sic scriptum *Arad-Nabu* reperitur : notarii seu præcipui contractus testis nomen. Secundam litteram Rawlinson, scissura deceptus, ב legebat.

Verte igitur :

Mulier. Aradnebo.

De ætate monumenti pauca dicenda. Hoc Rawlinson anno ante J. C. 682 adscribebat, quo fasti eponymum magistratum nomine Nabusarusur indicant. Monuit autem doctus vir Amiaud magistratum illum *salaṭ al Markaśe* dici, id est « gubernator urbis Markase », dum Nabusarusur noster *milu mati* dicitur, id est, secundum Oppert, « præpositus regioni ». De altero igitur magistratu agitur, cujus nomen in ea fastorum parte inscriptum erat, quæ periit : munere suo post annum ante J.-C. 667 fungebatur, sed ante excidium Ninives : titulus ergo secundæ septimi sæculi parti adscribendus est.

16

Rawlinson, 8; Musei Britannici, K 405.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus in museo Britannico asservatus. Duas in tabula II imagines habes, alteram n° 16 ex ipso monumento, alteram vero n° 16 *a* ex Vogüeana delineatione effictam.

Ediderunt Rawlinson et Norris, *Cuneiform Inscript. of Western Asia*, III, tab. XLVI, n° 10. Egerunt de eo iidem qui sunt supra (p. 13, 14) nominati.

Titulum assyrium sic habes :



Quod sic vertit Oppert :

(*Dàyan-kurbanus*) *venditarum domuum dominus. Tres domus in Ninua urbe sitæ, ad Naharaum, ad Nabyam, ad Kumaïmem.*

Acquisivitque D..... a Dayan-kurbano illas triginta argenti drachmis.

Pretium irremisse determinatum. Domus acquisita emptaque fuit. Contractum rescindere minime licet.

Quicumque (*contractum nullum esse*) *coram me poscet, decem solvet argenti minas.*

Testes : Zikar.....; Hi.....; Lusamur; Samas.....; Nabu-ahe-usur; Kun-ili.

Die decimo mensis Iyar, Sennacheribo annuum magistratum gerente.

Titulus aramaicus terra molli inscriptus sic legitur :

[ן]דינכרב, nomen venditoris : ultima littera ab assyrio restituta. Rawlinson *Dainu-kurban* « donum sacrum retribuens » interpretatur : דין, *Dainu*, etenim verbi assyriaci דין participium; כרבן ad hebraicam vocem קרבן « sacrum donum » referendum putat. Non aliter ac ille vertit Eb. Schrader.

Sic ergo verte :

Dayan-kur ban.

Ad mensem maium anni 687, sicut docet titulus assyrius, hæc tabula referenda est.

17

Rawlinson, 2; Musei Britannici, K 76.

(Tab. II.)

Laterculus bilinguis a Layard Koyundjik repertus, nunc vero in museo Britannico asservatus. Imaginem n^is^ 17 et 17 *a* ex gypseo ectypo sole effictam damus.

Ediderunt Rawlinson et Norris, *Cuneif. Inscript. of West. Asia*, III, tab. XLVI, n° 6. De eo egerunt iidem qui de prioribus. (Cf. p. 13, 14.)

Titulum assyrium sic habes :



Quod sic vertit Oppert :

Sigillum Arad-Istar, servorum venditorum domini : qui sunt Usi; duæ ejus uxores Mehsa et Badia; Sigaba; Bel-takkil; duæ ab ipso natæ filiæ. In totum septem capita servorum Arad-Istar. Simadi tribus argenti minis eos acquisivit. Pretium irremisse statutum. Contractus rescissio non deinceps admittenda. Testes : Bel-nuri, opifex; Amyatehu; Sangi; Suisa; Qaran-dur. Mense Tisri anni Danani magistratus.

Titulus aramaicus in duas divisus est partes, altera altero lateri laterculi inscripta : negli-

(Impressum mense martio 1888.)

gentius vero exaratus, ita ut lectu sit difficilis. Vocabula punctis separata. Sic legendum esse putamus :



דנת · הושע ·

סג · אנש 7 · זי ארד

Lin. 1. דנת, assyriacum vocabulum, litteris aramaicis transcriptum : e verbo דנא quod assyriaco sermone eumdem sensum habet quem hebr. et aram. נתן. Argumentum contractus indicat, venditionem scilicet seu traditionem servorum venditorum.

הושע, nomen proprium servi venditi, quod in assyriaco textu  , *Usi*, scriptum legitur. Cf. biblicum nomen הושע, Ὡσηέ, quod interpretantur « liberavit (eum deus) ».

Lin. 2. Prima littera ס esse videtur cursive delineata, secunda certe ג : nomen abbreviatum, quod integrum in assyriaco textu , *Sigaba*, reperitur, ubi servum venditum designat. — אנש voc. collectivum pro plurali habendum et « homines » significans; duæ primæ litteræ certæ; tertia dubia, aliter vero legi non potest : assyrio vocabulo *Nisi* respondet, a quo summa septem servorum aut servarum venditorum designatur. Quæ sequuntur signa Rawlinson pro numero « septem » habenda censuit; nos assentimur : numerum e duobus monadibus compositum et signo quod posterius apud Palmyrenos ad designandum numerum quinque usitatum videbimus. — זי nota genitivi, certa. — ארד. Hæ tres litteræ certæ sunt et initium videntur nominis proprii *Arad-Istar* quod, in assyrio textu, septem servorum dominum designat : sequuntur vestigia litteræ quæ esse videtur, ארדא abbreviatum pro ארד אשתר. Cf. infra סראש pro סראשתר, sub n° 21.

Restituendum igitur esse putamus :

דנת הושע

סג(בא) אנש 7 זי ארדא(שתר)

Et vertendum :

Venditio Husiæ

Sig(abæ), capitum septem τοῦ Arad-I(star).

Octobri mensi anni 680 ante J. C., regnante Assar-Haddon, tabula adscribenda est.

18

Rawlinson, 3; Musei Britannici, K. 331.

(Tab. II.)

Laterculi fragmentum Koyundjik repertum, nunc vero in museo Britannico asservatum. In tabula II imaginem ex monumento sole expressam reperies.

Ediderunt Rawlinson et Norris, *Cuneif. Inscript. of West. Asia*, III, tab. XLVI, n° 7. De eo egerunt iidem qui de prioribus. (Cf. p. 13, 14.)

Titulum assyrium sic lege :

Kunuk Hu – da – aï abil · Mu – ṣur – aï bel nisi · ta – da – a – ni



Quod sic vertit Oppert :

Sigillum Hudaæ, Musuraæ filii, venditorum servorum domini.
[Ilu-luh]azzi, Ahatisu-tabat, illius mater... (servi) Hudaæ Ninivitæ, regionis ducis.
Et ..... eos ab Hudaa acquisivit pro ..... argenti.
Testis : Pattasu.....
Mense Ab, die decimo octavo, annuo magistratu Musallim-Assur fungente.
Coram Marduk-zir-bani, præside.

Titulum aramaicum sic lege :

Nomen venditi servi, in aramaico titulo, ultima littera caret : in assyriaco vero, idem nomen initio caret, finis solum superstes, quem Rawlinson et Oppert *azzi* legunt. Unde docemur ultimam aramaici nominis litteram ר vel ץ esse : inspecto monumento, litteram ץ esse Berger e vestigiis arbitratur. Aliunde aramaica inscriptio quæ in nomine assyriaco desunt optime indicat. Hoc lege []. *Ilu-lu-hazzi* quod « El (sit) videns » interpretatur Oppert.

Lege ergo :

[ד]נת אללח[ץ]

Et verte :

Venditio Iluluhazzi.

Nomen eponymi Musallim-Assur ad istam etiam fastorum partem pertinet quæ periit. Titulus ergo septimo ante J. C. sæculo, post annum 667, adscribendus est.

19

Rawlinson, 6; Musei Britannici, K. 281.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc vero in museo Britannico asservatus. In tabula II imaginem 19 *a* ex monumento et ex Bergeriana delineatione factam et imaginem 19 *b* ex Bergeriana delineatione expressam damus.

Ediderunt Rawlinson et Norris, *Cuneif. Inscript. of West. Asia*, III, tab. XLVI, n° 5. — De eo egerunt iidem qui supra. (Cf. p. 13, 14.)

Titulum assyrium sic habes :




bel – su yutirra ina la di – ni – su ka – ka – ma la i – laq – qi pan


Ya – man – nu – u pan A – śu – u pan Ma – lik – yumu dam – qar pan

Ya – man – nu – u nisu rab L pan Am – mas – ki – ri pan Assur – sum – uṣur nisu

milu arḫu airu lim – mu Si – lim – Assur

Quod sic vertit Oppert :

Sigillum . . . . .; sigillum . . . . . filii Hazi, venditæ servæ domini.

Serva Hambusu, serva. . . . . Acquisivitque eam Luqu, præpositus filii regis prædio, una mina octoque drachmis.

Pretium irremisse statutum. Mulier acquisita emptaque fuit ita ut contractus rescissio non amplius admittenda.

Quicumque, in dierum serie et in quolibet tempore, hunc contractum coram me in controversiam adducet, de illo contraque illum dicet, sive sit ex iis qui pactum stipulaverint, sive istorum e filiis vel fratribus, sive Luqu, ejus filii aut fratres, et contractum nullum esse postulaverit, decem argenti minas unamque negotii auream minam in sacro Istar thesauro, Niniven habitantis, deponet.

Pretium cum decima parte ad dominum deveniet; propter contractus rescissionem liberabitur; nullo modo vendiderit.

Coram Yamannu; Asu; Malik-yum, eunucho; Yamannu, quinquagintorum duce; Ammaskiri; Assur-sum-usur, præside.

Mense Iyar, eponymo Silim-Assur.

Titulus aramaicus in duas divisus est partes, inferiori et superiori laterculi lateribus inscriptas; lectu difficillimus :


a.

b.

a. [ר]נת אמתא חבש . . . . . לקח . . .

. . . בסח

b. חד . . . . . וחזיו .

a. Initio littera ר certe restituenda. — אמתא status emphaticus voc. אמא « serva ». — Quod sequitur חבשו legendum esse putamus, quod assyriaco vocabulo , *Ha-am-bu-śu*, venditæ servæ nomini aramaico more contracto, respondere videtur. Nomen ab חבש « ligare » derivatum Rawlinson arbitratur. — Ultimum lineæ vocabulum לקחו, in assyriaco titulo , *Luqu*, satis certum; nomen domini venditorisque servæ.

Secundæ lineæ et partis *b* sensum dignoscere non valemus; forte ad finem nomen חזיו legendum, assyriaco , *Hazi*, respondens; sed dubium valde.

Verte igitur si lubet :

Venditio servæ Hambusu . . . . Luqu . . . . .

Eponymus Silim-Assur dubitanter anno ante J. C. 659 adscriptus. Hoc unum certum tabulam post annum 667 exaratam fuisse.

20

Rawlinson, 12; Musei Britannici, K 318.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc vero in museo Britannico asservatus. Ad illorum seriem laterculorum pertinet quos duplices Rawlinson vocat. Illi etenim duabus constare tabulis videntur, quarum una alteri implicatur. In tabula II imaginem n° 20 ex ipso monumento et imaginem n° 20 *a* ex Vogüeana delineatione exprimendas curavimus.

Ediderunt Rawlinson et Norris, *Cuneif. Inscript. of West. Asia,* III, tab. XLVI, n° 8. — De eo egerunt iidem qui supra. (Cf. p. 13, 14.)

Titulum assyrium sic habes :



Quod sic vertitur :

Decem drachmæ argenti quæ sunt caput principale præsidum (?) Istar ex Niniva, quas Bel-lubalat a Mannuki-Arbaïlo pro mutuo abstulit. Argentum fœnus quartæ partis producet. Die tertio mensis Sebat reddet. Mense Sebat, die tertio, Bin-takkil-ani magistratu fannuo ungente. Coram Hatpimunu; Ra'u; Zir-yukin; Nirgal-sar-usur; Arad-Nabu, serippaïta viro; Musezib-assur; Nabu-musalim-sunu; Hanni; Bel-sad-ilu.

Titulum aramaicum sic legimus :



למנגארבל

זם בית

דלא

Lin. 1. מנג ארבל, nomen creditoris, in assyriaco titulo sic scriptum,  , *Mannuki-Arbaïlu*, id est « quis sicut Arbela? » Arbela vero non alia ac Istar, Arbelæ urbis dea. Cf. biblica nomina מִיכָיְהוּ, מִיכָאֵל, etc. per litteram ג in aramæo titulo transcriptum. Cf.  , *Sarkin*, Sargonis regis nomen, apud Hebræos : סרגון. Nota etiam  , *Tuklat-pal-asar*, apud Heb. תגלת פלאסר.

Linea 2ª lectu maxime difficilis : de argento credito actum censebat Rawlinson et vocabulum ultimum בית legebat *beiat*, vertebatque *debitum*, ab arabo بيعة. Cui interpretationi assentiri nequimus : vocabulum בית cum naturali sensu accipiendum putamus, id est « domus ». — Primum lineæ vocabulum certe relat. זי restituto י. — Secundum obscurum et quæ sit littera restituenda incertum : fortasse ק unde קרם fieret. Cf. infra n^um^ 65.

Lin. 3. Nomen proprium forsan, domus dominum indicans.

Vertendum igitur putamus :

τῷ *Mannuki-Arbaïl*
qui . . . . . *domum*
τοῦ *D*. . . . . *la*.

Eponymus magistratus Bin-takkil-ani, secundum Oppert, in fastis usque adhuc repertis non invenitur. Titulus ergo post annum ante J. C. 667 scriptus est.

21

Rawlinson, 14; Musei Britannici, K 305.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc vero in museo Britannico asservatus. Imaginem ex ipso monumento expressam habes.

Ediderunt Rawlinson et Norris, *Cuneif. Inscript. of West. Asia*, III, tab. XLVI, n° 9. — De eo egerunt iidem qui supra nominati (p. 13, 14).

Titulum assyriacum sic habes :



bit iz sa ik il it - pa - ik ina lib - bi śuḥ bit

Ṣil - Nabu śuḥ bit Ṭab - sar - Istar śuḥ bit Samas - lih



Quod sic vertit Oppert :

Sigillum Paqa-ana-Arbaïli, sigillum Sar-Istaris, domus venditæ dominorum. Domus ex ligno facta, cum duabus januis . . . Sil-Nabu domu terminata, Tab-sar-Istar domu terminata, Samas-lih domu terminata, prope forum, et ad urbis Ninivitarum introitum sita. Ex Paqa-ana-Arbaïlo et Sar-Istare, pretio dimidiæ minæ argenti Kukulaus eam comparavit. Pretium omnino statutum fuit; domus acquisita emptaque fuit, ita ut contractum rescindere minime liceat. Quicumque deinceps, et quocumque tempore, sive Paqa-ana-Arbaïlus, sive ejus filii vel filii filiorum, rem in controversiam adducet, et (aliquid) sibi vindicabit, contractumque adversus Kukullaum, ejusque filios et filiorum filios nullum esse poscet, quinque argenti minas solvere cogetur.

Coram : Isid-Nabu, publicano; Unzirhi-Assur; Zir-Istar; Hirisaï; Sunu . . . . . Mense Iyar, decimo die, eponymo Assur-takkil-ani. Testis : Nabu-iddin-ah, præses.

Titulum aramaicum sic lege :



פקנארבאל, nomen proprium, cujus interpretationem titulus assyriacus docet. In assyriaco titulo, inter  , *Paqa*, et  , *Arbaïlu*, præpositio  , *ana* «ad, apud» legitur:  idem valet, secundum Oppert ac «Fidem habet in Arbelá». In aramaico titulo,  , per ל redditur. Sed certe legendum : *Paqa-ana-Arbaïl.*

Quid de סראש sentiendum assyriacus titulus optime monet, in quo , *Sar-Istar*, legitur. אש ergo abbreviatio, Istar deam designans. Hujus nominis sensus patet : «ventus deæ Istar.»

Transcribendum ergo et vertendum :

פקנארבאל	*Paqanarbaïl*
סראש(תר)	*Saristar.*

Titulus Assur-takkil-ano magistratum annuum gerente scriptus; id est, ut superiores, septimo ante J. C. sæculo, et post annum 667.

22

Rawlinson, 1; Musei Britannici, K 309.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc vero in museo Britannico asservatus. Imaginem ex ipso monumento damus.

Ediderunt Rawlinson et Norris, *Cuneif. Inscript. of West. Asia*, III, tab. XLVI, n° 1. — De eo egerunt iidem qui supra (p. 13, 14).

Titulus assyrius sic legitur :



(Impressum mense martio 1888.)



Quod sic vertit Oppert :

Sigillum Bel-ahe-sui, Samas-abuyæ filii, curruum agitatoris, mulieris venditæ domini.

Arbail-asirat, Bel-ahe-su serva, est tradita serva; Kisir-Assur vero, portorio præpositus urbis Kabilu, quæ filii regis est, mina dimidiaque mina argenti, quas Bel-ahe-suo dedit, eam acquisivit.

Mulier tradita, pretiumque solutum fuit. Pretium irremisse statutum, et contractum in litem adducere deinceps minime licet.

Si enim, quocumque tempore, Bel-ahe-su, vel ejus filii, aut nepotes, hunc contractum adversus Kisir-Assurum, aut ejus filios, in controversiam adducant, argenti decuplam summam solvent domino; actionem suam tulerit, sed rem non acquiret.

Testes : Atasuri, præpositus; Samas-riuya, satrapa; Sukaï, satrapa; Ammaï, præpositus. . .; Nabu-abla-iddin, palatii mulieribus custodiendis præpositus; Gurdi-Bin, curruum agitator; Dimunu, idem; Salmuahe, idem; Kisaï, idem; Bel-sar-usur, idem; Assur-sum-yukin, idem; Isid-Ekur, idem; Sum-yukin, in curru stans adjunctus; Bel-kas-sar-usur; Arbaïlaï; Hambaqu; Mannuki-Arbaïl.

Mense Sebat, tertio die, eponymo Sin-sar-usuri, gubernatoris urbis Hindan. Coram Kisir-Nabu, præside.

Titulum aramaicum sic lege :

דנת, vide supra sub n° 17, p. 18. — ארבלסר, *Arbaïl-asir(at)*, nomen servæ traditæ, in assyriaco titulo  scriptum. *Arbaïl* vero non aliud est ac Istar, Arbelorum urbis dea; *asirat* autem ad radicem אשר «rectus, felix fuit» refert Oppert.

Verte :

Venditio Arbaïl-asir(at).

De ætate eponymi Sin-sar-usur nil certum, nisi quod magistratu suo post annum 667 fungebatur. Titulus ergo septimo sæculo adscribendus.

23

Rawlinson, 4; Musei Britannici, K 329.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc vero in museo Britannico asservatus. Imaginem ex delineatione Bergeriana in tabula II habes.

Ediderunt Rawlinson et Norris, *Cuneif. Inscript. of West. Asia*, III, tab. XLVI, n° 3. — De eo egerunt qui supra nominati (p. 13, 14).

Assyrium titulum sic habes :



4.



Quod sic vertit Oppert (*D. jur.*, p. 210-213) :

Sigillum Nabu-ah-usuri; sigillum Ahuni; id est duo viri, Lulgi filii. Sigillum Ahi-nuri, Sili filii; in totum tres viri, servæ pro muliere (alia) commutatæ domini.

Istar-dur-qali servus istorum virorum est. Kakkullanus autem, dominio præpositus, hanc acquisivit. Pecuniam dedit (servumque) eduxit, Tuliham servam suam tradens.

Contractum rescindere atque inficere minime licet.

Quicumque deinceps, quocumque tempore, sive Nabu-ah-usurus, sive Ahuni, sive Ahinur, aut eorum filii aut filiorum filii, aut fratres aut fratrum filii, aut eorum uxores, contractum coram me in litem adducet, et nullum esse adversus Kakkullanum aut ejus filios, aut filiorum filios, petet, Assur, Samas, Bel, Nabu, vel juris sui alium testem invocans, duas solvet argenti minas.

Testis : Assur-killani, peræquator; Liqibu, peræquator; Balasi, peræquator; Zizi, regionis præfecti legatus; Idi, eunuchus (?); Hirisaï, custos templi Kitmuri; Nimute. . .; Samas-iksur. . .; Muaï, præfectus; Ilu-gabri. . .; Sin-sar-usur. . .

Mense Iyar, vigesimo die, Sin-sar-usur, regioni præposito, annuo magistratu fungente.

Titulum aramaicum sic habes :



דנת. Tertia littera partim deleta, vocabulum tamen certum est et indicat vocabulum, quod sequitur, nomen proprium esse servi venditi. Quod nomen in assyrio textu *Istar-dur-qali* legitur. In aramaica nominis transcriptione

finis certa, initium vero abbreviatum est, nam vacuum spatium duabus solum litteris aptum est : vestigia litteræ ש apparent, ut jam Rawlinson vidit; prima littera certe א, unde fit אש pro אשתר, sicut supra (cf., sub n° 21, סראש = סראשתר). Nomen proprium, sermone assyriaco « Istar collige civitatem », auctore Oppert, interpretandum.

Restituendum ergo putamus et vertendum :

דנת [אש]דרקל *Venditio Is(tar)durqali.*

Non idem est eponymus Sin-sar-usur ac magistratus cujus nomen in tabula supra allata legitur; unus enim « gubernator urbis Hindan », alter vero « regioni præpositus » dicitur. Unum constat titulum septimo sæculo, post annum ante J. C. 667, exaratum fuisse.

24

Rawlinson, 9; Musei Britannici, K 421.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc vero in museo Britannico asservatus. In tabula II imaginem ex ipso monumento sole effictam invenies.

Ediderunt Rawlinson et Norris, *Cuneif. Inscript. of West. Asia*, III, tab. XLVI, n° 4. — De iis qui egerunt confer p. 13, 14.

Titulum assyrium sic habes :





Quod sic vertit Oppert :

Sigillum Samas-ballitanni; sigillum Arad-Istar; summa tota duo filii Abuirib ex urbe Qurubi, domini agri aromatum, horti ferentis florem per annos venditi.

Ager duorum homerorum, agri vicinus Urdi, vicinus Luballit; ager unius hemicori, agri vicinus Risai, vicinus Nabu-balatsu-ikbi; ager sesqui... (vicinus) Luballit..... dominus..... (ager) unius homeri, agri vicinus Luballit, quem emit vicinus Lam[musur]. Ager??? vicinus Bel-malik-Bin;..... .... vicinus Samas-irib; tres homeri.....

Summa tota viginti homeri agri aromatum, horti ferentis flores in urbe Qurubi. Acquisivitque Kakkullanu, vir præfectus portioni (regiæ), una mina argenti; per annos (erit) usus fructus tres menses vernos, tres proventus auctumnales, sex annos

agri proventus ejus, argentum insuper frumento deficiente solvet; ex agro producet decimam partem grani nusahi, quartam partem grani præsepis. Mense Tebet, die sexto, anni Sinsarusuri, viri magistri regionis.

Testes : Balasi, vir portionis regiæ; Assur-killani, vir . . . . .; Zizi, vir famulus judicis; Samasirib; Bel-Malik-Bin; Urdu; Luballit; Nirgal-sum-iddin; summa tota octo filii urbis . . . .; Idî, vir artifex; Hirisai; Sumai, vir magister.

Titulus aramaicus sic legitur :

 **דנת חקלא**

חקלא, stat. emphat. voc. חקל «ager». Apud Assyrios , *eqil*, eumdem sensum præbet.

Verte :

Venditio agri.

Tabula, ut illa quæ supra est, inscripta eponymo Sin-sar-usur, id est post annum 667.

25

Rawlinson, 13; Musei Britannici, K 3788.

(Tab. II.)

Laterculi fragmentum Koyundjik repertum et nunc in museo Britannico asservatum. In tabula II imaginem ex ipso monumento sumptam habes.

De iis qui egerunt vide supra, p. 13, 14.

Assyrius textus fere deletus, nec facile de qua re agatur dignoscere potuerunt viri periti. Contractus esse videtur regnante Assarhaddon scriptus.

Titulus aramaicus sic legitur :

 **נבושלם א▒▒▒**

נבושלם, nomen proprium viri satis notum, «Nebo (eum) salvum fecit» : in assyriis documentis ita scriptum , *Nabu-sallim*, invenitur. Cf. biblica nomina cum radice שלם composita. Voc. נבו cum ו scriptum animadvertes, sicut supra in voc. ערדנבו (vide n^um 15, p. 15). — Littera א sequentis vocabuli initium : reliqua perierunt.

Verte :

Nebošalem . . .

Monumentum ad regnum Assarhaddon (681-667) adscribendum esse videtur.

26

Rawlinson, 15; Musei Britannici, K 5424.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc in museo Britannico asservatus.

Rawlinson, *Journal of R. As. Soc.*, nov ser., I, p. 222. — Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alphabet phén.*, I, p. 204.

Textus assyrius fere deletus.

Titulus aramaicus cursive et quam negligentissime, argilla jam cocta, aculeo quodam leviter incisus. Initium solum certum; lectu difficillimus; eum typis exprimere non audemus; in tabula II, juxta imaginem sole effictam, apographum invenies a Bergero accuratissime delineatum.

Lineæ primæ initium solum certum; assyriacum vocabulum שחת præbet, quod Rawlinson idem ac hebr. שהד, aram. סהד, arab. شهد, duriore Ninivitarum more pronuntiatum censuit et «attestationem» interpretatus est; sequentia vocabula, testis aut testium nomina sane indicant. Initio secundæ lineæ voc. שערן forte legendum, de quo infra (sub n[is] 38-42) disputabimus et «hordei» sensum habet. Quæ sequuntur numeralia signa esse videntur.

27

Rawlinson, 5; Musei Britannici, Θ 5.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc in museo Britannico asservatus. In tabula II imaginem ex gypseo ectypo effictam damus.

De iis qui egerunt vide supra, p. 13, 14.

Titulus assyrius sic legendus :





Quod vertendum est :

Acquisivitque Bin-naid . . . dimidia mina et quatuor siclis argenti, accepit. Totum pretium datum. Ager ille nummis pensatus emptusque est. Contractus rescissio non amplius admittenda. Quicumque, quolibet tempore, surget et contradicet, sive Titi, sive filius ejus aut nepos, et judicium contra Bin-naid filium ejus aut nepotem postulaverit, quinque minas puri argenti unamque negotii auream minam in sacri Istar thesauro, Niniven habitantis, deponet. Pretium decies [*domino restituet, etc.*].

Tituli aramaici hoc solum certum :



. . . .

Prima linea eadem quæ sub n° 24; secunda valde dubia; Berger et Clermont-Ganneau voc. זבן suspicantur. Vogüé, post sedulam monumenti ipsius inspectionem, conjicit nomen Bin-naid aramaicis litteris sic transcriptum בנעיד et punctis separatum legendum esse, quod cum assyriaco textu congrueret secundum Oppert, qui emptoris nomen *Binnaid* legit; Pinches vero *Addunaid*.

Verte igitur si lubet :

Venditio agri. . .
Binnaid . . . . . .

28

Musei Britannici, S. 921.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc in museo Britannico asservatus. Imaginem ex ipso monumento sole expressam damus.

Primus edidit Smith, *Assyrian discoveries*, p. 424. — Ledrain melius *Gazette archéologique*, 1883, t. I, p. 39. Repetiit in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, 1884, p. 39 et sq.

Titulum assyriacum sic habes :



II. 5

(Impressum mense martio 1888.)



Loco [*sigilli*] *ungulus Ilu-*[*malaki*] *domini agri venditi. Triginta homeri agri ..... in urbe Hame prope fluvium, prope ....., prope .....; acquisivitque Mannu.... ab Ilu-malako, undecim argenti siclis datis .....* (Septem testes adfuisse apparet, sed nomina eorum deleta.)

Tituli aramaici vocabula puncto sejuncta; sic certe legendum :



דנת · אלמלך · זי ארק · חמע

אלמלך, nomen proprium viri agrum vendentis «El regit». Cf. biblicum nomen אלימלך (Ruth, I, 2). — ארק, st. constr. vocabuli quod jam in st. emph. ארקא sub n^is 1 et seq. (vide supra, p. 3) habuimus. «Regionem» quæ urbem circumdat indicat : vocabulo assyrii textus respondet, quod generaliter «urbs» vertitur. Assyrium vocabulum sensum latiorem habuisse ex aramæo docemur. — חמע, urbs Mesopotamiæ ex assyriis inscriptionibus jam nota : ubi vero sita fuerit incertum.

Verte igitur :

Venditio Elimalaki ex regione Hamæ.

Temporis notatio deleta est : antiqua vero litterarum forma nos monet monumentum septimo vel octavo sæculo adscribendum esse.

29

Musei Britannici, 83-1-18, 329.

(Tab. V.)

Laterculus Koyundjik ab H. Rassam repertus, nunc in museo Britannico asservatus, ubi eum Pinches detexit nobisque benevole transcripsit. Textus assyrius valde mutilus; hoc solum constat tabulam a Sapiku quodam sigillatam esse, et die duodecimo mensis Tisri conscriptam esse, eponymo Assurduruṣur.

Aramaicus titulus in duas partes divisus est, unam mutilam, alteram vero integram, quas ambas a plumbeo ectypo sole expressas damus :



. . . דנת

לנבוסרדן

נבוסרדן, nomen proprium ab assyrio transcriptum et quod assyrio sermone « Nebo dominus dedit » significat.

Quod vertitur :

Venditio
Τῷ Nebosariddin.

De ætate eponymi Assur-dur-uṣur nil certum, nisi quod munere suo post annum 667 fungebatur; G. Smith annum ante J. C. 650 conjicit, dubitanter vero; titulus ergo septimo sæculo adscribendus.

30

Musei Britannici, 82-5-22, 176.

(Tab. V.)

Laterculus duplex, Koyundjik ab H. Rassam repertus et in museo Britannico asservatus, ubi eum Pinches detexit et benevole nobis transcripsit. Tabula interior assyriacum solum titulum præbet; in theca vero, quæ tabulam continet, præter assyrium titulum aramaicus etiam titulus inscriptus est, cujus imaginem ex ectypo plumbeo damus.

Textus assyriacus exterior ab interiore vix differt; eum solum transcribendum existimamus :



Kunuk Za – bi – nu avil narkabti rab – mu – gi I ma – na kaśpi ina sa

al Gar – ga – mis sa Im – sa – i ina pan Za – bi – nu kaśpu a – na

ribâ – tu – su irab – bi araḫ Dûzu yum IX kam lim – mu Nabu – sar – aḫê – su

pan Nuśku – malik avil ris . . . . . istu al Ku – mu

pan Bab – li – i pan Na – as – pak – aï – li

sa ni – ri – bi pan Ḥarran – aï pan Nabu – ri – iḫ – ta – uṣur – a – ba

Quod sic vertitur :

Sigillum Zabinu, aurigæ, magni Mugi.

Una mina argenti secundum rationem Karkemisi Imsaï a Zabinu (debetur). Argentum quadrupliciter auctitabitur. Mense Tammuz, die nono, eponymo Nabusaraḥesu.

Testes : Nusku-malik, centurio; . . . ex urbe Kumuh; Babli; Naspakaïli; Ḥarranaï; Naburihtausur, præses.

Titulum aramaicum sic legimus :



אגרת כספא

זי על זבן

אִגַּרְת, st. constr. vocabuli quod aramaico et hebraico sermone «epistolæ, litterarum» sensus habet. Tabellam ipsam scriptam designat, instrumentum scilicet seu «libellum» mutuationis. Putabunt fortasse nonnulli vocabulum de radice אגר «locare, conducere» derivatum esse; אגר vero de mercenaria opera potius quam de mutua pecunia dicitur. — זבן, nomen proprium quod in assyrio textu etiam legitur et vel «emptor» vel «emptus» significat. — Reliqua liquent.

Verte igitur :

Libellus argenti
quod a Zabino (debetur).

De ætate monumenti pauca dicenda; nomen eponymi Nabusaraḥesu ut superius in ea fastorum parte continebatur quæ evanuit; Smith annum ante J. C. 645 suspicatur, dubitanter vero. Hoc tantum constat monumentum septimo sæculo adscribendum, posterius vero anno 667 esse.

31

Musei Britannici, 83-1-18, 350.

(Tab. V.)

Laterculus Koyundjik ab H. Rassam repertus, nunc in museo Britannico asservatus, ubi eum Pinches detexit et benevole nobis transcripsit. Aramaicus titulus dextra parte deletus; imaginem ex ectypo plumbeo damus.

De assyriaco textu hæc supersunt :





Textus mutilus; versuum initium et finis desunt; integram ergo versionem restituere non possumus; in summa tamen quid significet nobis Oppert elicuit. De venditione agri agitur et servorum; agri fines indicantur; agris seu domibus terminatus est quorum possessores sunt : *Kusani*, *Samas-*

takkilani, Aradahesu, Binedilel et ceteri quorum nomina evanuerunt; servorum familia octo capita numerabat; superstitia nomina : *Beluhalusu, Nabuahusur, Pappada, Abduni*. Mulctæ in eos secundum consuetudinem edicuntur, qui contractum rescindere vellent; nomina vero paciscentium evanuerunt.

Aramaici tituli hæc certa sunt :



. . . וח.לי חפנד זי. . . . .

. . . ד.במת בבשקן

Lin. 1. Tertia littera ϕ esse videtur, unde fit חקלי plur. constr., quod etiam in assyrio textu legitur. — חפנד, voc. obscuræ significationis; nomen proprium sane seu viri, seu regionis.

Lin. 2. מת, assyriacum vocabulum quod « regio, vicus » significat; ab aramaico sermone haud alienum. — בבשקן nomen propr. regionis quod « Porta pincernarum » vel potius « Porta macellorum » verti potest. Littera ש errore scribæ inversa est.

Vertimus igitur :

. . . *et agri τοῦ Hafned qui*
. . . *in vico Bâbsuqin.*

Septimo sæculo ante J. C. videtur adscribendum.

32

Musei Britannici, 83-1-18, 334.

(Tab. V.)

Laterculus Koyundjik repertus ab H. Rassam, nunc in museo Britannico asservatus, ubi eum Pinches detexit et benevole nobis transcripsit. Aramaici tituli initium tantum superest, cujus imaginem ex ectypo plumbeo damus.

Assyrius textus etiam mutilus; quæ supersunt nobis Oppert vertit ut sequitur :



Kunuk Bel – abu (?) – uṣu. . . . . Ba – ra – a – hu a – di nisê (?). . . . . .

Ṭa – bu – ni a – di nisê (?). . . . . Si (?) – ti – ir – ka – a – nu a – [di]. . .

gab – bu a – na gi – mir yu – pis va Marduk – . . . . . sa

Sin – aḫê – . . . . . i – na lib – bi . . . . . [istu] pan Bel

abu (?) – [uṣur] ga

Sigillum Bel-abu (?) *-uṣur* [*venditorum servorum domini*]. *Barahu et familia* (?), *Tabuni et familia* (?), *Sitirkanu et familia* (?), *in summa*..... *Emit Marduk*....., *filius Sinahe*..... *pretio*..... *et a Bel*..... *accepit.*

Nomina sedecim testium sequuntur, quæ transcribere inutile putamus; deinde temporis notatio, eponymi vero magistratus nomen evanuit.

Aramaicum titulum sic legimus :

שרכן ט.....

שרכן, nomen proprium, quod unum e paciscentibus designat; in ea assyrii textus parte quæ evanuit sane legebatur; assyriacam ergo transcriptionem non habemus; verisimile est eam fuisse  , *Sarkin*, notissimum regis nomen qui imperium intra annos 721-704 obtinuit, et in Bibliis (Is., xx, 1) סַרְגוֹן dicitur; hic vero duriore Ninivitarum pronuntiatione scriptum.

Littera ט, sequentis vocabuli initium, certa; nunc primum in aramaico titulo ætatis istius apparet; eam formam præbet quæ in vetustissimis Phœniciæ inscriptionibus invenitur, circuli scilicet interiorem crucem circumdantis.

Verte igitur :

Sarkon T.....

Coævum regis Sargonis videtur monumentum, octavo scilicet sæculo ante J. C. adscribendum.

33

Musei Britannici, 81-2-4, 152.

(Tab. II.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc in museo Britannico asservatus. Imaginem ex ipso monumento expressam damus. Ineditus videtur.

Assyrium textum nobis transcripsit et vertit Pinches, versionem vero solam hic dandam existimamus; vix enim textus a præcedentibus differt :

Sigillum Menahemi domini venditarum servarum. Yakar-ahe, filia ejus et Abia-ahia, in totum tria capita, a Menahemo oblatæ, ab Adrahi sorore Samurte duabus minis argenti, una mina Karkemisi, emptæ sunt. Pretium exacte solutum : servæ integro habitu emptæ, acceptæ. Nulla rescissio admittenda. Qui contradicet decem minas argenti vel auream minam in sacro thesauro Istar Niniven habitantis deponet, decies pretium domino restituet. (Testium nomina et temporis notatio partim deleta sunt.)

Aramaicus titulus sic legendus :

למנחם

מנחם, nomen proprium viri, quod inter biblica nomina satis notum est et «consolator» vertitur : in Assyrio textu  nomen Judæi esse videtur.

Verte igitur :

Τῷ *Menahem.*

Septimo vel octavo sæculo adscribendum esse videtur.

34

Rawlinson, *Bilingual Tablets*, 17; Musei Britannici, K. 3783.

(Tab. II.)

Laterculus bilinguis Koyundjik[1] repertus, nunc vero in museo Britannico asservatus; imaginem damus ex ipso monumento, n° 34 A, et ex ectypo gypseo, n^is^ 34 *a-d*, sole expressam.

Edidit Rawlinson, *Journal of R. As. Soc., nov. ser.*, I, p. 228; sed nullam interpretationem dedit.

Titulum assyrium sic lege :



Quem miserrime mutilatum titulum assyriologi valde obscurum declarant et forsitan hoc modo explanari posse putant :

Die duodecimo, II cabos frumenti ....; die septimo decimo, II cabos frumenti ..... destructa (?) *sunt ..... unum.. .....coram te..... præpositus domui frumenti..... frumentum..... sicut frumentum..... quod coram me.....*

[1] Etsi laterculum Koyundjik repertum esse musei Britannici catalogus affirmat, dubitat valde Pinches et monumentum potius e Babylonia translatum putat.

Titulus aramaicus lectu etiam difficillimus et sensu incerto :



Laterculus partim fractus et multæ litteræ erasæ; quod superest difficile est lectu, titulo negligenter scripto.

Lin. 1. In voc. חדות prima et ultima littera certa, mediarum litterarum supersunt tantum vestigia.

Lin. 2. Voc. וכל « et omnis » solum certum.

Lin. 4. Primum voc. ארקיא « agri » seu « regiones » videtur esse, elapsa priore littera. Quod sequitur valde incertum; sunt fortasse nomina agrorum aut regionum ubi frumenta percipienda erant, vel nomina dominorum a quibus exigenda.

Lin. 5. Parva littera א supra lineam legitur, quæ, scribendo omissa, posterius addita est; eam primo vocabulo jungendam putamus.

Lin. 7. Voc. עבדה haud dubium; utrum significet « servus ejus » an « opus ejus » an etiam « id fecit » non constat, deficiente superioris textus intelligentia.

Lin. 8-9. Initium deest; quæ primum apparent litteræ הן vel suffixum vocabuli deficientis, vel pronomen demonstrativum. — לן « nobis ». — ברא « foris » adverbium Aramæis usitatissimum. — דעת « sententia ».

Quamvis tam pauca eruenda sint, attamen titulus noster tabula taxationis de frumentis e regione quadam pro ærario regio percipiendis videtur esse. Cf. nos 38 et seq.

35

Musei Britannici, 188.

(Tab. III.)

Laterculi fragmenta Koyundjik reperta, nunc in museo Britannico asservata. Titulus aramaicus inscriptus. Imaginem damus ex ipso monumento sole expressam.

(Impressum mense martio 1888.)

Tantum supersunt sequentia :



Vix aliquid certum dignoscendum : lin. 1, voc. ארק fortasse ארקא «regio» aut ארקיא «regiones» restituendum. — Lin. 3, שהד = סהד «testimonium perhibuit», quod nomen proprium sane sequitur. — An ejusdem generis titulus ille sit ac tituli, quos sub nis 38 et seq. edimus, dubium est sed verisimile.

36

Musei Britannici, 81-2-4, 395.

(Tab. III.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc in museo Britannico asservatus. Imaginem ex ipso monumento effictam habes. Titulus assyrius deletus; titulus aramaicus superstes, qui sic legendus :



Titulum ejusdem generis in nº 33 habes; cf. et num 20. אשרתב vertendum «ad quem se vertit Assur».

Τῷ *Assurtâb.*

37

Rawlinson, *Phœnician legends*, III; Musei Britannici, Θ 18.

(Tab. III.)

Laterculi fragmentum Koyundjik repertum et nunc in museo Britannico asservatum, cujus imaginem ex ectypo plumbeo sole exprimendam curavimus.

Rawlinson, *Journal of R. As. Soc.*, nov. ser., t. I, p. 229.

Assyrius textus deletus; aramaici vocabulum unum superest, quod sic legendum putamus :

אגרת

Vocabulum idem nobis esse videtur quod sub n° 30 jam agnovimus; quod vide. Rawlinson מלקרת, Melqartis dei nomen, legebat; nos aliter.

Verte igitur :

. . . Libellus . . .

38

Musei Britannici, 81-2-4, 147.

(Tab. III.)

Laterculus in coni formam effictus, Koyundjik repertus et in museo Britannico asservatus. Titulus bilinguis. Ipsius monumenti imaginem sole expressam damus.

Edidit Philippe Berger, *Comptes rendus de l'Acad. des inscr. et belles-lettres*, 1886, p. 201.

Assyrium textum sic nobis transcripsit Pinches :

V imeri serani sa abil sarri ina qatâ Ta - qu - u - ni nisu sanu-u

ina pan Ḥa - ma - ṭu - ṭu sa al Ḥa - an - du - a - te serani a - na

I imeri XXX qa.... tar - rab - bi. Araḥ Tesriti lim - mu Nabû - sar-uṣur. V

eṣidani.

Quod vertendum est :

Quinque homeri (trecenti cabi) hordeorum, qui filio regis, mandatario Taquni, debentur ab Hamatuto ex urbe Handuate. Hordea uno homero et triginta cabis (nonaginta cabis) ex mulcta auctitabuntur. Mense Tisri, annuo magistratu fungente Nabu-sar-usur. Quinque messores.

Textus aramaici vocabula puncto disjuncta. Hæc certa sunt :


שערן · זי

בר · מלכא · על

חמטט · מן · חדוה



5 ב 7 ו

5 חצרן

לאם · רבסרס

נבסרצר

Lin. 1. שערן. De significatione hujus vocabuli disputatur. Primi sequentis tituli interpretes, ubi etiam invenitur, id pro plur. abs. vocabuli habent quod aram. סערה, hebr. שעורה scribitur et «hordeum» significat. Quos sequitur Berger. Rubens Duval vero sensum latiorem proposuit, id est «taxationem», collato שער quod in Talmudo et Targumis eumdem sensum præbet, collato etiam arabo سَعَّرَ «taxavit». Assyriacus textus nullo nobis est auxilio; fatentur enim assyriologi se vocabulum non intelligere et sensum «hordeum» ab aramæo textu deduxisse. E contextu tamen clare apparet taxatam rem speciem quamdam frumenti esse, quippe quæ messoribus colligatur. Nos sensum «hordea», assentiente Oppert, accepimus.

Secundum vocabulum Berger יפה legit, et «pulchra» vertit; quod haud probabile, etenim forma singularis adjectivi cum nomine plurali non congruit, et voc. יפה in sermone aramaico inusitatum. R. Duval legit זנה «hoc», quod multo probabilius, et vertit «hoc est mensura»; nos potius «hoc est hordea» : conus sane sacco alligabatur quod hordea continebat.

Lin. 2. בר־מלכא, princeps regiæ stirpis, aut fortasse, ut Berger suspicatur, collato biblico בן־המלך (II Reg., xxii, 16; Jerem., xxxvi, 26; xxxvii, 6), magistratus juridico quodam munere fungens. In assyriis etiam inscriptionibus apparet (vide supra, p. 15 sub n° 15). Vectigalibus colligendis curator fuisse videtur, quæ a prædiorum dominis seu conductoribus præstabantur. Assyriaco textu docemur frumenta, de quibus agitur, a quodam Takuni soluta esse mandatario cujusdam Hamatuti qui sane aut dominus aut conductor prædii erat; prioris nomen in aramaico textu omissum; alterius vero nomen sequenti linea legitur. — Præp. על coactionis sensu accipitur, et indicat vectigal *ab* aliquo exactum esse.

Lin. 3. Ultimæ primi vocabuli litteræ non clare exaratæ sunt. Collatis tamen reliquis textus litteris, præsertim littera א lin. 6, id unum restat ut eas pro ט habeamus, cursive scriptas; quod Berger optime vidit : legimus ergo חמטט; nomen proprium, quod assyriaco textu *Hamatut* scribitur. — חדוה. Ex assyriaco textu monemur hoc vocabulum esse urbis cujusdam ignotæ nomen, *Handuah*, littera נ in aramaico textu assimilata.

Lin. 4. Signa numeralia «quinque» ad hordei mensionem referenda; mensuræ nomen omissum in assyriaco textu invenitur, scilicet *homer* ad metienda frumenta usitatum. Quæ sequuntur obscura; littera ב abbreviatio quæ aut ad metiendi rationem aut ad ignotum aliquid spectat. — Ultimum lineæ vocabulum Berger זי restituit; nos autem, inspecto monumento, unam litteram ו legimus, quod cum sequenti titulo optime congruit.

Lin. 5. חצרן. Laterculo quem sub n° 39 invenies et qui, a Rawlinson jam editus, nostro simillimus est, hoc vocabulum reperitur quod Rawlinson, quem omnes interpretes secuti, pro syro חזרן, noni mensis nomine, habebat. Falso quidem, nam laterculus noster, secundum assyrium textum, ad mensem Tisri referendus est. Præterea, tertiam vocabuli litteram ד non ר legendam esse ex hastæ brevitate apparet. חצרן, plur. abs., seu «messes» seu «messores» significat. Quod ab assyrio textu confirmatur : ultimum enim ejusdem textus vocabulum, secundum Oppert, *seqitar* legitur, quod *esidani* pronuntiandum esse ipsa syllabaria docent, emollita quidem littera gutturali, sicut sæpissime in vocibus assyriis. Berger conjicit de messorum opere agi, id est de mensura frumenti a messoribus uno die collecta.

Lin. 6-7. לאם = *limmu*, assyriacum vocabulum quod «annum» designat quoties de eponymo magistratu agitur. — נבסרצר, nomen proprium *Nabu-sar-usur* «Nebo, regem adjuva», magistratus annuo officio fungentis. «Eunuchorum dux» רבסרס dicitur; munere scilicet ornatus erat in aula regia præstantissimo; eunuchorum enim principem non solum gynecæo regio præpositum, sed militaris ducis et legati officia gerentem videmus. (Cf. II Reg., xviii, 17; Dan., i, 3, etc.)

Restituendum igitur et vertendum :

Hordea hæc sunt quæ
filii regis, de
Hamatuto ex (urbe) Hâdduah.
(Homeri) V, B VII et
messores V.
Anno eunuchorum principis
Nebosarusur.

Septimo sæculo adscribendum esse monumentum titulus sequens docet. Litterarum formam animadvertes quæ, etiam si ad *archaicam* speciem pertineant, aramaicæ tandem scripturæ rudimenta jam præbent. Littera *mim* sub utraque forma 𐤌 et 𐤌 apparet, et rotundarum litterarum annuli paululum jam dehiscunt : littera *he* cursivam figuram præbet, ab ea peculiari forma haud dissimilem, quam ulterius in recentioribus Numidiæ epigraphis inveniemus.

39

Rawlinson, 16; Musei Britannici, K 3785.

(Tab. III.)

Laterculus in formam coni effictus, quem Layard Koyundjik reperit et qui nunc in museo Britannico asservatur. Foramine munitus ad introducendum funiculum; superiori valde similis, excepto quod textus bilinguis non est. Titulus aramaicus in utraque facie, antequam terra coqueretur, inscriptus est. Imaginem ex ipso monumento damus.

Edidit Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 223. — De eo egerunt Fr. Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alph. phénicien*, p. 205. — Nöldeke, *Zeitschr. der D. morg. Gesellsch.*, 1879, XXXIII, p. 321. — Ph. Berger, *Comptes rendus de l'Acad. des inscr. et belles-lettres*, 1886, p. 202.

In facie recta :



שערן · זי בר
מלכא · על · נבירבן
5 מן · עירן
7 ב

In facie aversa :



5 וחצדן
לם · סרנרי

Collato superiore titulo, textum facile interpretamur, et quæ prioribus interpretibus obscura visa sunt nobis nunc liquent; vocabula omnia, salvis propriis nominibus, in utroque textu eadem.

נבירבן, nomen stipendiarii vel villici qui hordea præstat, contractum ex assyriaco nomine נבו־ירבני «Nebo auxit me». — עירן sive עידן, nomen loci ignoti. — סרנרי, nomen proprium eponymi magistratus, quod in fastis assyriacis *Sarrunuri* legitur sub anno 674 ante J. C.

Numeralia signa eadem quæ in præcedenti titulo; de statuto quodam vectigali sane agitur quod in plures annos immotum remansisse videtur; vocabulo חצרן signum antepositum, quod Rawlinson notam numeri «quinque» esse conjicit, littera ו sine dubio est; quod Euting et Nöldeke optime viderunt.

Verte igitur :

Hordea quæ filii
regis, de Neboiriban
ex (loco) Airan. V (homeri)
B VII
et messores V.
Anno Sarnuri.

Monumentum anno ante J. C. 674 adscribendum.

40

Rawlinson, 11; Musei Britannici, K 3784.

(Tab. III.)

Fragmentum coni superiori similis, cui vero bilinguis textus inscriptus est. Ex monumento imaginem n^um^ 40 et ex ectypo plumbeo n^um^ 40 *a* damus.

Rawlinson, *loc. cit.*, p. 223. — Lenormant, *loc. cit.*

Textum assyrium sic nobis transcripsit Pinches :



Quod vertendum est :

Tres homeri ab ..... duo homeri et 48 cabi ab .... summa tota quinque homeri et 48 cabi [*hordeorum*] *quæ filio regis debentur, mandatario Taquni procuratore. Coram Yasi, coram Gabbu-ile . . ., in urbe Handuata. Hordea unius homeri fœnore* [*auctitabuntur. Quinque*] *messores.*

Titulus aramaicus sic legendus et, collato superiore, necnon assyrii textus auxilio restituendus est :



[זי] .... שערן	*Hordea .... quæ*
[... על]כא מ[לכ] בר	*filii r[egis ab ...]*
[מן .... ל]ע[ו	*et ab [.... ex]*
[דוה]ח[	*H[adduah : ...]*

Sicut superior, laterculus hic septimo sæculo adscribendus esse videtur.

41

Musei Britannici, R^m 909.

(Tab. III.)

Laterculi fragmentum in olivæ formam facti, Koyundjik repertum, nunc vero in museo Britannico asservatum. Imaginem damus ex monumento.

Titulus sic legendus :



ערן זי בר	
אע ארבלר	
פ	

Collatis superioribus, facile restituitur.

Prima linea certe legenda : שערן זי בר « Hordea filii ». Initio secundæ lineæ א[מלכ] certe restituendum; quæ sequitur litteram Berger ב legit : nos autem ע credimus et, restituto ל, præpositionem על sicut in cæteris titulis legimus. — ארבלר, nominis proprii initium cum nomine ארבל deæ Istaris Arbelæ compositi (vide supra, p. 26); בן in fine forte restituendum (cf. supra, sub n° 39 nomen נבירבן) unde fit ארבלרבן, *Arbaïliribani*, id est : « Istar auxit me. » Tertia linea deleta, Berger tamen vocabulum כסף legendum esse suspicatur.

Sic ergo restituendum et vertendum est :

[ש]ערן זי בר	*Hordea quæ filii*
[מלכ]א ע[ל] ארבלר[בן]	*regis, ex Arbaïliribani.*
.....ף[כס].....	.... *argenti* (?) .....

42

Musei Britannici, S. 957.

(Tab. III.)

Laterculus Koyundjik repertus, nunc in museo Britannico asservatus; in speciem coni effictus. Utraque in facie titulus assyrius inscriptus; titulus vero aramaicus in tres partes divisus : vocabula *a* et *b* coni basi inscripta sunt : linea *c* faciei. Imagines damus ex ipso monumento expressas.

Edidit Ph. Berger, *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1886, p. 214.

Titulum assyrium nobis benevolentissime transcripsit Pinches :



Quod sic interpretandum esse censet Oppert :

Triginta homeri hordeorum, palmi cubo continente decem cabos, a Nabuduri, ad Tebitaï aurigam, filium Abiulla, ex urbe Maganisi, per manus Unzarhi-Istar taxatoris. Hordea mense Marsesvan in Maganisi restituet. Si non restituerit, addito fœnore in urbe Ninive solvet. Die XVII° *mensis arsesvan, annuo Mmagistratu fungente Mannu-k-isarru, capite regis.*

Coram Balasi, Aradbelti satellite, Nabunadinahe, Sa-Nabusu, Nabuahiddin, Ahiduri, Agbar.

Titulum aramaicum sic habes :



Lin. *a*. שעריא « hordea », voc. jam e superioribus titulis n^is^ 38 et seq. notum.

Lin. *b*. Prima littera incerta ; מ vel ס videtur esse, מ potius ; quid sibi velit מקשרן dubium : ad hebr. rad. קשר « colligare » forsan referendum, quum de frumentis agatur.

Lin. *c*. Nomen proprium negligenter exaratum, quod Berger כנובי, dubitanter quidem, legebat : Pinches vero, monumento sedulo inspecto, נבדרי legendum putat, quod cum assyrio textu congrueret.

Vertendum :

Hordea
colligata
quæ a Nabuduri.

Nomen eponymi magistratus Mannu-ki-sarru in fastis superstitibus non invenitur ; titulus ergo post annum 667 exaratus.

43

Musei Britannici, 81, 2-4 ; 148.

(Tab. III.)

Laterculus in speciem coni effictus. Titulus aramaicus in utraque facie inscriptus ; spatio autem deficiente, ultima textus vocabula in recto laterculi latere in obliquum exarata sunt.

Edidit primus Ph. Berger, *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1886, p. 212. — Partim vero vertit.

Facies prior, cujus imaginem ex ipso monumento expressam damus :



(Impressum mense martio 1888.)

Facies altera, quam etiam e monumento damus :



זיפט · אי תקלא

ו[illegible] עז[illegible]י

ונסעשמי

ונשכלי

ואעסקי

ומודד

Latus rectum, cujus imago ex ectypo gypseo sole expressa est :



ועזרנ

אל

FACIES PRIOR.

Lin. 1. Hæc linea duo nomina propria continet, quorum prius מנני, *Manni*, legimus (cf. מנן infra sub n° 95), et alterum אמעזר, *Emʿazar* « cui Mater succurrit ».

Lin. 2. רהנו « pignori dederunt », a radice רהן, ar. رهن, quæ apud Aramæos usitata fuit, ut e titulis Hegrensibus liquet; cf. Euting, *Nabatäische Inschriften*, n°s II, 6; III, 5; XI, 4; XVI, 5; XX, 5. — Alterum lineæ voc. nomen est proprium cum ל, signo dativi, præfixo, quod *Assurraham* legimus et contractum putamus e *Assur-raham* « cujus Assur misertus est ».

Lin. 3. Primum voc. rem pignori datam designat, quod si שנדלך legere vis, conf. voc. סנדלכין in Targ. et in Talm., quod « gemmas pretiosas » designat; quomodo legendum et interpretandum sit non liquet. — בכסף quod sequitur, clarum « pro argento ».

Lin. 4. שקלן « siclis ».

Lin. 5. Voc. ביום vertendum est « in diem ». Voc. insequens יעל causativam formam habere necesse est; lege ergo וַעַל « afferet, producet ». Agitur de fœnore quod in diem computatum afferre solebat pecunia mutua.

Lin. 6. כספא vel argenteum nummum, vel argenti pondus designat.

FACIES ALTERA.

Duæ priores lineæ maximam partem deletæ; initio fortasse ponderis mentio legebatur; vocabulum tamen quod תקלא hæsitantes legimus, Pinches עלא esse putat : sensum vero dubium reliquit. Quæ sequuntur vocabula nomina propria esse videntur : testium sane qui negotio interfuerunt : quis sit nominum sensus, non liquet : ultimum solum interpretamur, עזרנאל « protexit me El ».

Verte ergo :

Manni et Emazar
pignori dederunt τῷ *Assurraham*

gemmam (?) *pro argenti*
siclis septem.
In diem producet
argenti (*pondus*)
. . . . . .
(*testes fuerunt*)
. . . . . .
et Nasaśami (?)
et Naskali (?)
et Aazqi (?)
et Modad
et Azraniel.

Hunc titulum illis qui supra sunt ætate æqualem esse verisimile est.

44

Rawlinson, *Phœnician legends*, XX.

(Tab. III.)

Titulus calamo scriptus in fragmento cujusdam vasis a Layard Nimrud reperti et nunc in museo Britannico asservati. Photographiam monumenti damus et apographum a Berger delineatum.

De eo egerunt iidem qui sub n° 15 nominati (supra p. 13).

Sic legendus est :

Nomen proprium omnes suspicati sunt, interpretari vero non potuerunt. Nos autem proponimus משח «oleum» legere : vas fictile, in cujus ventre epigraphe inscripta, fortasse ad servandum oleum usitatum est, quo Assyrii ad sacros ritus perficiendos utebantur. Sequens vocabulum forsan קנה restituendum, «calamus aromaticus». Conf. Is., xliii, 24.

Verte igitur, si lubet :

Oleum calami aromatici.

45

Rawlinson, *Phœnician legends*, XIX.

(Tab. III.)

Fragmentum vasis a Layard Nimrud repertum, nunc vero in museo Britannico asservatum; titulus nigro colore pictus. Photographiam et Bergeri apographum damus.

Layard, *The monuments of Nineveh*, London, J. Murray, in-fol., pl. LXXXV. *Pottery of the tombs above the central edifice, Nimroud.* — Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., t. I, p. 243. — Fr. Lenormant, *Sur les inscriptions du British Museum* in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions*, 22 nov. 1867.



ברת לבנמ

Rawlinson vertit «in Libanon»; ברת eamdem vocem esse putat ac Assyriorum præpositionem «in». Sed quem habeat sensum «in Libano» minime patet. Forte legendum putabis : ברת לבנם «filia Libnami», nisi conjicere malueris hoc vas ad servandum thus לבנה, sicut prius ad servandum oleum, usitatum fuisse; quo sensu confer syr. ܒܪܬ ܒܣܡܐ «thuribulum» in *Bar Bahlulis lexicon*, col. 407, 10; col. 408 penult. Conjicere etiam licet fragmentum nostrum *ostrakon* fuisse, sicut *ostraka* in Ægypto reperta.

46

(Tab. VIII.)

Titulus in exteriore ora æneæ pateræ incisus, partim deletæ, quæ Nimrud reperta, nunc in museo Britannico asservatur. Figuris variis interior patera ornatur; in extremo margine hieroglyphicæ tabulæ, gallice *cartouches* dictæ, in orbem dispositæ sunt; sequuntur circuli plures ægyptiacis litteris aut ornamentis concinnati; umbilicum occupat stella major, cui radii septem et quam stellæ septem minores circumdant; stella quæque orbe circumscripta. Quamvis opus totum ægyptiacam artem redoleat, ægyptiis artificibus non est adscribendum; ægyptiacæ litteræ nullum sensum præbent et ornationis causa a fabris ægyptiacam linguam ignorantibus exsculptæ sunt. Patera a Phœnicibus fabricata est, et a mercatoribus Niniven allata, ubi Assyrius aliquis eam emit, et nomine suo signari jussit. Tabula VIII imaginem ex ectypo gypseo expressam præbet.

De illo egit Ph. Berger in *Proceedings of the Society of biblical Archæology*, 1884, p. 119-123.

Legendum :



לבעלעזר · ספרא

ל præfixum, genitivi signum, quod nominibus propriis in gemmis et sigillis commune proponitur, et monumenti possessorem indicat. — בעלעזר, scilicet «Baal adjuvit», nomen proprium apud Phœnices notum, cf. Schrœder, *Die phönizische Sprache*, p. 198, et עזרבעל, *Corpus inscriptionum semiticarum*, I, n°s 51, 97, 133, etc.

Aramaicum tamen titulum nostrum dicimus, nam epitheton ספרא «scriba», cum emphatica terminatione haud dubio aramæum est (cf. infra, n^um 84).

Vertendum igitur :

Τοῦ *Baalezer scribæ.*

Præter hunc titulum, aliarum litterarum vestigia, in pateræ ora inscriptarum, apparent; quænam autem fuerint discernere non potuimus.

Monumentum circa septimum ante J. C. sæculum effictum videtur.

47

(Tab. VIII.)

Patera ænea maximam partem erosa, Nimrud reperta, nunc in museo Britannico asservata; eadem arte et ætate eadem ac præcedens; in interiore parte plures circuli, inter quos eximia ornamenta; lanceolatæ cuspides et lotici flores intermixti centrum tenent et rotam (gallice *rosace*) efficiunt. In ora exteriore nomen aramaicum post opus fusum gracili stylo a possessore incisus est. Imaginem ex ipso monumento et ectypo gypseo factam habes.

De illo egit Ph. Berger in *Proceedings of the Society of biblical Archæology*, 1884, p. 119-123; vide sub n° 42.

Sic legendum :



ליבחראל

יבחראל, nomen proprium, cum voc. יבחר « experitur » et אל « deus El » compositum, hoc est « quem El experitur ». Haud multa sunt nomina cum imperfecto verbi composita; cf. *Corp. inscr. semit.*, part. I, n^am^ 2, p. 5.

Vertendum :

Τοῦ *Ibḥarel.*

Litteræ vetustiores ad sæculum septimum ante J. C. vel fortasse anterius adscribendæ.

48

(Tab. VIII.)

Patera ænea Nimrud reperta, nunc in museo Britannico asservata. Centrum occupat figura in rosæ formam efficta. Exteriore in margine titulus aramaicus cuspide styli incisus est. Imaginem ex ipso monumento et ectypo gypseo effictam damus.

De eo egit Ph. Berger, *loc. cit.*; vide sub n° 46.

Legendum :



לאלהלי

Nomen proprium legit Ph. Berger אלהלח et interpretatur « El incessit » a rad. הלח = הלך vel a forma hiphil ejusdem verbi « quem El direxit ». Vogüé, inspecto monumento, credit ultimam litteram non H sed ז legendam esse; lineam, quæ litteræ H speciem dat, fortuito incisam esse putat : quis vero nominis אלהלי sit sensus, incertum. Quidquid id est, nomen, sicut præcedentia nomina, assyrium pateræ possessorem designat.

Verte :

Τοῦ *Elhali.*

Titulum illum ejusdem ætatis esse cujus superiores sunt tituli, monstrat litterarum forma.

49

(Tab. VIII.)

Patera ænea Nimrud reperta, nunc in museo Britannico asservata; intus decorata, in exteriore ora quinque aramæas litteras præbet. Imaginem sole expressam ex gypseo ectypo habes.

De ea egerunt : Layard, *Mon. hist.*, 2ª ser., tab. LXII. — Clermont-Ganneau, *Sceaux et cachets* in *Journ. asiat.*, févr.-mars 1883, p. 151, nº 35. — Ph. Berger, *Proc. of the Soc. of bibl. Arch.*, 1884, p. 119-123. — Euting, *Zeitschr. der D. morg. Ges.*, 1883, p. 543.

Lege :



לאבנט

אבנט, quod nomen possessoris pateræ designat, cum voc. אב « pater » et voc. נט compositum, quod in talmudico sermone sæpius cum sensu « contractus » occurrit : ideo « pater contractus ». Euting אבנע legebat; ultimam vero litteram pro *ṭeṭ* habendam Clermont-Ganneau optime agnovit; nomen autem אבפט legit, פט pro ægyptiaco vocabulo sumens : quod non probandum credimus, quum פט initio non fine nominum hactenus inveniatur. Conf. Teimense nomen פטסרי et titulos in Ægypto repertos (infra sub nis 113, 125, 138 et seq.) et biblica nomina פּוֹטִיפַרְא, פּוֹטִיאֵל.

Verte :

Τοῦ *Abgeṭ.*

Eidem sæculo adscribendus est titulus ille atque superiores numeri.

50

(Tab. VIII.)

Circulus æneus a Botta Khorsabad repertus, nunc vero in museo Luparensi asservatus, cujus imaginem ex monumento sole pictam præbet tabula VIII.

Place, *Ninive et l'Assyrie*, III, pl. LXXIV. — Ledrain, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, 1884-1885, t. I, p. 66. — Oppert, *Études assyriennes*, p. 18, in *Journal asiatique*, 1857.



לאסרסרצר

Hoc proprium nomen cum plurimis assyriis nominibus confer, ut  , *Nabu-kudur-uṣur;*  , *Bel-sar-uṣur*, etc.

Litteris assyriacis sic scriberetur , *Assur-sar-uṣur*, id est « Assur, regem protege »; cf. nomen *Nabû-sar-uṣur* sub nº 38.

Verte ergo :

Τῷ *Assur-sar-usur.*

51

Vogüé, *Intailles sémitiques*, n° 26; Levy, *Aram. Siegel*, n° 11.

(Tab. VIII.)

Sigillum e sarda convexa in speciem scarabei effictum, a Vict. Place, in fundamentis Sargonis palatii in loco hodie Khorsabad dicto repertum, nunc vero in museo Luparensi asservatum.

Titulus sub imagine leonis gradientis exsculptus est. Scarabeus volans leoni superpositus est. Imaginem ex monumento ipso damus.

Vogüé, *Revue archéologique*, XVII, p. 441, et *Mélanges d'archéologie orientale*, p. 123, tab. VI, 26. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 80, tab. I, 4.

Titulus sic legendus :



רפתי

רפתי, nomen proprium, quod Vogüé ad radicem רפא hebraicam «sanare» referendum esse putavit, et interpretatus est «sanatio mea». Levy autem, dum sigillum aramæum esse voluit, radicem רפא aramaicam esse negavit, nomenque a radice רפי «destituere» ortum putavit. Cf. nnm 77.

Quidquid id est, titulus certe vertendus :

Raphti.

Sigillum, ut diximus, in fundamentis palatii Khorsabad a Vict. Place repertum, sub uno ex tauris alatis quorum colossica moles regiæ introitus adornat : ex inscriptionibus apparet hunc taurum regnante rege Sargon, id est intra annos 722-705 ante J. C., erectum fuisse. In eodem loco ingens gemmarum numerus inventus est, omni genere et forma, quæ sacro quodam ritu in excavatam terram depositæ fuerant, antequam colossi basis exstrueretur : ab operariis forsan in fossam jactæ et devotæ : anepigraphæ enim sunt et vulgares, præter duo sigilla, nostrum vero et scarabeum quemdam, cui phœnicium nomen *Abdbaal* inscriptum est (Longpérier, *Journ. asiat.*, 1855, II, p. 422; Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 6, n° 3). Unde conjicere licet inter operarios istos captivos nonnullos adnumerandos esse quos a littore Mediterraneo victor Sargon transtulit. Tyrius sane *Abdbaal;* nostrum *Raphti* Vogüé pro hebræo viro habendum proposuit, captivo post captam Samariam a Salmanassaro rege Niniven abducto; Levy eum aramæum fuisse putat; nos assentimur. Unum vero hoc constat sigillum ejus octavo sæculo exsculptum fuisse; unde patet, octavo sæculo, Aramæos, quum scriberent, iisdem litteris uti solitos atque Phœnices, Hebræos, cæterosque populos ab ea quam semiticam dicimus stirpe oriundos.

52

Levy, *Aram. Siegel*, n° 13.

(Tab. VIII.)

Sigillum quod laterculo seu vasi fictili, antequam coqueretur, impressum est : Layard plura fragmenta eodem sigillo signata Koyundjik reperit et museo Britannico donavit, gemmam vero non invenit. Imaginem ex duobus antiquis ectypis depictam habes.

Sub titulo scarabeus, alis expansis, figuratus est : supra titulum solaris asteriscus medius inter duos annulos qui Ægyptorum « crucem ansatam » simulant.

Layard, *Nineveh and Babylon*, p. 155. — Levy, *Phönizische Studien*, II, p. 38, tab. I, 12; *Siegel und Gemmen*, p. 9, n° 13.



לעתרעזה

Titulus, ut et imagines, barbare incisus : prima littera informis, penultima inversa, ultima incerta. Prima littera certe ל; fere in omnibus sigillis, de quibus in sequenti articulo agemus, hæc littera ante nomen proprium legitur, unde patet eam quasi genitivi notam esse; indicat enim sigillum istius viri esse cujus nomini præfigitur. Ultimam litteram pæne omnes ו legerunt, nobis autem ה esse videtur.

עתרעזה, nomen proprium ex nomine divino עתר et radice עז compositum. Cf. phœnicium nomen עשתרתעז (Clermont-Ganneau, *Sceaux et cachets*, n° 16). Cf. etiam biblica nomina עזיאל, עזיה, עזי quorum significatio « Roboravit El, Jahve ». Ultimum abbreviatum, subaudito nomine divino; quod sæpius in gemmis semiticis reperitur, mutato solum suffixo, עזי, עזה, עזא, עזם (vide infra, n^um^ 83; cf. Vogüé, *Mél. d'arch. orient.*, *intailles* n°s 2, 3, 16, 39; Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 8, 23, 25, 40, 41); subauditur Bel, aut El, aut Jahve, aut quodcumque aliud numen, prout possessor sigilli Phœnicius, Aramæus, Hebræus aut cujuscumque gentis est. Nomini proprio de quo nunc agimus inest nomen divinum, scilicet עתר. Interpretandum igitur nobis videtur nomen : « Athar roboravit eum. » *Athar* vero dea, Magnæ Deæ Syriæ haud dissimilis; singularis quædam ejusdem deæ species, ut *Baalat*, *Aštoret*, et cæteræ; numen lunare, telluricum; eam Strabo (XVI, 27) Ἄθαρα vocat et eamdem esse dicit quæ Ἀταργάτις et Δερκέτω. Atergatis autem nomen, quod in palmyreno titulo legitur sic scriptum עתרעתה, compositum est e duobus nominibus in unum coalescentibus, עתר scilicet et עתי. (De numine עתי, Ἄθη seu Ἄθας, quod etiam in palmyrenis titulis reperitur, cf. Vogüé, *Syrie centrale*, *Inscriptions sémitiques*, p. 8, 11, 63; vide etiam infra, cap. de inscr. Palmyræ repertis.) Cf. nomina composita *Eśmun-Melqart*, *Malak-Aštoret*, etc. (*Corpus inscr. sem.*, I, p. 33). Deæ syriæ *Athar* et ægyptiæ deæ *Hathor* nomina in unum confusa fuisse existimandum est, eo tempore quo ægyptiaca vis in Asia anteriore prævaluit; ambarum mysteria sacraque quasi intermixta fuisse verisimile est, sicut Isidis atque Astartæ, *Hathor* ipsius et *Baalat Gebal* mysteria (cf. *Corpus inscr. sem.*, I, p. 2).

Titulus vertendus est :

[*Sigillum*] *'Atharozei.*

ARTICULUS II.

BABYLON.

53

(Tab. IV.)

Titulus in lapide ovi modo globoso (gallice *galet*) incisus, o^m^,26 longo, quem Rassam loco dicto *Birs-Nimrud* invenit et qui nunc in museo Britannico asservatur. Imaginem ex ectypo gypseo sole expressam damus.

Euting, *Zeitschr. der D. morg. Ges.*, 1883, p. 542.



מכ חקלה

שלמה

Quis fuerit lapidis usus non clare apparet. Viri docti qui lapidem primi inspexerunt eum pro pondere habendum censuerunt et primum vocabulum מתקלה «pondus» legendum esse arbitrati sunt. Sed non ita se res habet. Tertia primæ lineæ littera certe ח, quam sequenti modo excisam fuisse suspicamur : lapicida, postquam siglum כ exsculpserat, parvam litteram quamdam incidit, deinde litteram ч : tum, errore quodam sane agnito, parvam litteram erasit et litteram ч in н additis lineamentis mutavit : littera eo modo efficta haud litteræ ח dissimilis sicut posterius in aramaicis titulis, in Arabia repertis, apparet, apice quodam munita, sic ⊢⊣ (vide infra sub n° 114). Lapis ergo pondus non esse potest et ad agrestem quemdam usum referendus est. Euting eum agri «metam», *Grenzmarke*, arbitratur : non tantus vero est ut in campis erectus fuerit; certum tamen nobis videtur lapidem seu ad agri limitem indicandum, seu ad agrestem quemdam sacrum ritum perficiendum, solo commissum fuisse.

Lin. 1. מ, abbreviatio quædam, cujus significatio nos fugit. — כ siglum, non littera, seu numeralem seu ritualem quamdam indicationem præbens. — חקלה «ager», statu emphatico (cf. supra, n°s 24, 27, 31).

Lin. 2. שלמה, nomen proprium satis notum, «Salomo» secundum Euting, qui vero hanc interpretationem dubitanter proposuit; doctum enim virum non effugit statum emphaticum vocabuli præcedentis vetare ne «ager Salomonis» interpretemur. Nobis potius pro adjectivo fem. שַׁלְמָה habendum videtur, quod cum feminino genere voc. חקלה congruit, aut pro substantivo שְׁלָמָא «pax», precationis causa expresso.

Vertendum igitur :

M. כ. Ager integer (sit?)

Sexto vel septimo sæculo adscribendus titulus videtur.

54

(Tab. IV.)

Later Babylone a Ker Porter repertus, nunc in rerum antiquarum armario Bibliothecæ Maximæ Parisiensis asservatus. Nomina regis Nabuchodonosor gerit, assyriacis litteris impressa, prætereaque aramaicum titulum, terræ molli inscriptum, antequam coqueretur. Imaginem ex ipso monumento in tabula IV invenies.

Gesenius, *Monum. ling. phœn.*, I, p. 462. — Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 215, n° 10.

Titulum assyrium sic habes :

Nabium - kudurri - uṣur sar Babili za - nin

(Impressum mense martio 1888.)



Quod sic vertitur :

Nabuchodonosor, rex Babylonis, exornator Esaggil et Ezida, filius major Nabopolassaris, regis Babylonis.

Titulus aramaicus sic legendus :



Voc. בית «domus» haud dubium; אלדלני, *El-edil-ani*, nomen mere assyriacum, ut *Assur-edil-ilan;* cujus fuerit nomen, incertum : an figuli qui lateres regios fabricabat? an principis alicujus qui, ad exstruendam propriam domum, regiis lateribus usus sit? Nonne *Bit-Eledilani* palatium sicut *Esaggil* et *Ezida?* Forsitan *Bit-alid-ilani* «Templum patris deorum». Quidquid id est, tituli sensus perspicuus et ætas certa (604-561 ante J. C.).

Vertendum sine dubio :

Domus Eledilani.

55

Rawlinson, *Phœnician legends*, I.

(Tab. IV.)

Titulus lateri impressus, nomen regis Nabuchodonosor gerenti assyriis litteris scriptum, quem Rawlinson, inter rudera Babylonis repertum, in museo Britannico deposuit, ubi nunc exstat. Assyrium titulum transcribere inutile nobis videtur, quum a superiore vix differat. Aramaici vero tituli imaginem ex ectypo damus.

Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 228, tab. n° I.



Plurimis in lateribus Babylone repertis hunc eumdem titulum se vidisse affirmat Rawlinson, et a similitudine omnium exemplorum concludit cuncta eodem sigillo a figulis in terram mollem impressa fuisse.

Interpretatio maxime difficilis. Rawlinson legit זבנך, vertitque «Venditio tua», quod sensum nullum præbet. Nobis potius proprium figuli nomen, זבנא, esse videtur, ultima littera *aleph* errore inversa.

Verte igitur :

Zebina (?).

56

(Tab. IV.)

Later Babylone repertus et nunc in museo anglicæ urbis asservatus quæ Dover nuncupatur. Nomen regis Nabuchodonosor impressum gerit, eisdem litteris ac sub n° 54, quod rursus edere inutile existimavimus; duas etiam aramaicas litteras præbet quorum imaginem ex ectypo expressam damus et quæ sic leguntur :

שם

Siglum sane, vel abbreviatum nomen figuli, aut ministri alicujus ignoti.

57

(Tab. IV.)

Later Babylone repertus et in collectione militaris ducis Pitt Rivers asservatus, qui nobis ectypum gypseum benevole misit; inscriptionem regis Nabuchodonosor præbet, quæ a præcedentibus vix differt; duas litteras etiam aramaicas gerit, quæ ordine inverso terra molli impressæ sunt; quarum imaginem ex ectypo damus.



נב

Siglum, sicut superiora, a proprio nomine sane abbreviatum, cum divino nomine נבו, *Nebo*, *Nabu*, composito. Assyria nomina, quibus initium *Nabu*, permulta sunt. Putabunt nonnulli hic de rege Nabuchodonosor agi; dubium vero, dum lateres alii, ejusdem regis nomine signati, sigla diversa præbeant.

58

Rawlinson, *Phœnician legends*, II.

(Tab. IV.)

Later in Babylonis ruderibus inventus et a Rawlinson editus; ubi nunc exstet ignotum : neque in museo Britannico, neque in parisiensibus museis eum reperire potuimus. Quem quum non habeamus, damus in tabula nostra delineationem Rawlinsoni.

Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 229, tab. n° II.

Later titulum assyrium gerit, qui sic a Rawlinson (*Cun. Inscr. of West. Asia*, I, 8) transcriptus est :



Quod sic vertit Oppert :

Nirgal-sar-usur, rex Babylonis, renovans Esaggil et Ezida, faciens opera gloriosa.

Titulus aramaicus negligenter exaratus lectu difficilis : sic a plerisque legitur :

 נבתגלאן

Nomen proprium Rawlinson suspicabatur נבתגל cum divino nomine *Nabu* formatum et assyriaca radice *Takkil*, cujus litteram *k* leniori ג aramæus scriba transcripserat (vide supra, n^um^ 20, p. 23) : duas vero ultimas nominis litteras sine interpretatione reliquit : nos etiam, usquedum monumentum inspicere non licebit, ab omni affirmatione abstinebimus. Ultima littera ן videtur : penultima forte א; unde nomen conjicere possumus, ab assyriologis satis notum et quod assyriis litteris sic redditur :  , *Nabu-takkil-ani;* sed valde dubium. Ph. Berger nomen regis Neriglissor insolerti manu transcriptum suspicatur, dubitanter vero.

Titulus regnante Nirgal-sar-usur inscriptus, ideo intra annos 559-556 ante J. C.

59

(Tab. IV.)

Fragmentum lateris a Marcello Dieulafoy in Babylonia repertum et Luparensi museo dono datum, ubi nunc exstat. Lateris in facie sigillum argillæ nondum coctæ impressum. Litteræ nitidissimæ recto ordine sigillo incisæ erant, ita ut, lateri appositæ, inverso ordine appareant. Imaginem ex ipso monumento sole effictam damus.

Edidit Ledrain, *Revue d'assyriologie*, etc., t. I, p. 38.

Titulus sic legendus :

 בלשן

בלשן, nomen proprium, haud semel apud Assyrios usitatum. Vide Rawlinson, *W. A. I.*, t. III, 51, 5;  , *Lim-mu Bel-su-nu* « Annuo magistratu fungens Bel-sunu ». Confer in Esdr. II, 2, et Nehem.

VII, 7, בִּלְשָׁן, nomen principis hebræi cum Zerubabele ex exilio reducis. Hic sane nomen assyrii magistratus vel domini, qui domum his lateribus exstruendam curaverit.

Verte igitur :

Belšun.

Sæculo ante J. C. septimo adscribendus videtur.

60

(Tab. IV.)

Lateris fragmentum Babylone a Lottin de Laval, anno 1848, repertum et rerum antiquarum armario Bibliothecæ Maximæ Parisiensis dono datum, ubi nunc asservatur. Titulum aramaicum habet negligenter impressum et lectu difficilem, cujus imaginem ex monumento expressam damus.

Ledrain, *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, t. I, p. 67.

Titulus sex litteris constat; prima et secunda incertæ, tertia ב aut פ, quarta ד aut ר, ultimæ duo נא. Legimus ergo :

 vel בדנא.. vel פרנא..

Ledrain legebat שפרנא[א], quod vocabulum idem esse ac אספרן in titulo leonis Abydensis putabat (cf. n^um^ 108 infra), monumentumque lapidem existimans, pro pondere signato habendum conjiciebat. Monumentum vero non est petra naturalis, sed coctus later, superioribus lateribus similis, e ruderibus antiqui muri extractus. Sicut superiores, proprium nomen gerit, quod nobis seu figuli, seu domus possessoris, seu magistratus alicujus nomen esse videtur. Quodnam autem fuerit nomen, incertum manet.

61

Musei Britannici, 82-7-14, 725.

(Tab. V.)

Laterculus Babylone repertus et nunc in museo Britannico asservatus, ubi eum Pinches detexit et nobis benevole transcripsit : imaginem ex plumbeo ectypo depictam damus. Titulum assyrium præbet et aramaicum vocabulum sinistro margine exaratum.

Textus assyrius sic legitur :

XLI (ḫu) is = ṣur pa – as – pa – su namkur sarri sa qatâ Nabu – aḫê –



Et vertitur :

XLI struthiocameli regis, qui per manus Nabu-aḫe-bullit, filii Danniya, et Kiṣirya, filii Bel-ana-bitisu, et Sebit-nabu....., filii Nirgal-userib, viro Mâr-Esaggil-lu[mur], volucrum templi Samas custodi, jure rei debitæ [addicti sunt]. Eos autem tradent [exeunte] mense Ab.

Testes : ....., filius Tarisu; Nabu-kîn-abil, filius Kurgal-sum-iddin; Ziriya, filius Rimut.

Scriba : Rimut, filius Nabu-irsit-iksur, ex tribu Kadinnu-ili.

In urbe Sippar, mense..... die septimo decimo anni primi (?) Nabonidi, Babylonis regis.

Vocabulum aramaicum sic legitur :



מרסנלמר

Nomen assyriacum, aramaicis litteris transcriptum, cujus recta pronuntiatio titulo assyrio suppeditatur, quamvis finis erasus sit; penultima tantum littera incerta; potest esse מ vel א; an vero *Mâr-Esaggil-lumur* vel *Mâr-Esaggil-lu'ur* legendum, haud multum interest. Compertum enim habemus Assyrios *mim* et *vav* eodem modo pronuntiavisse (cf. infra, nos 64 et 65), et *vav* sæpe in *alef* mutasse; nil igitur mirum si nomen idem מרסנלמר et מרסנלאר scriptum fuerit. *Mâr-Esaggil-lumur* « videam filium Esaggili » interpretatur vir doctus Amiaud et filium Esaggili non alium esse ac Nabû filium Marduki, cui templum Esaggil dicatum erat, docet. Custodem vero volucrum templo dei Samas addictarum fuisse Mâr-Esaggil-lumur et illi e volucribus regis XLI struthiocamelos, secundum Oppert, jure tributi assignatos fuisse ex assyrio titulo liquet.

Verte ergo :

Mâr-Esaggil-lumur vel *Mâr-Esaggil-lu'ur.*

Regnante Nabonido scriptus est titulus : annus regni incertus : primus esse videtur, qui anno 555 ante J. C. respondet.

62

Musei Britannici, 76-10-16, 17.

(Tab. IV.)

Laterculus a G. Smith Babylone emptus et nunc in museo Britannico asservatus. Textum assyrium præbet quem Rawlinson edidit (*Cuneif. Inscript. of West. Asia*, V, p. 67, n° 3) et imo margine vocabulum aramaicum. Imaginem ex delineatione Vogüeana et ectypo plumbeo sumptam damus.

Textum assyrium sic habes :



Upê araḫ Ululu yumu II sattu II Nirgal – sarru – uṣur sar

Tin – tir ki

Textum valde obscurum alludentemque ad causam penitus nobis ignotam Oppert ita vertit :

Usque ad diem quo Pani-Nabu-temu, frater viri Ile-qanua, messe redierit, in commodum Pani-Nabu-temu, Burasu pro non abituro marito suo Ile-qanua vadem se dabit. Die quo Pani-Nabu-temu redibit, (maritum) Ile-qanua (uxor) derelinquet (fratrique) Pani-Nabu-temu dedet. Assessores : Salamannu filius Baltammu, regis eunuchus; Beledir, filius Nirgalabu-usur, etc.... *Ope, die secundo mensis Elul, secundi anni Neriglissori, regis Babylonis* [1].

Titulus aramaicus sic legendus :

Nomen proprium, quod in assyrio textu *Pani-Nabu-temu* legitur et secundum Oppert interpretandum est « Facies Nebo imperat », sive « Penes Nebo imperium ». Nomen mere aramaicis litteris transcriptum, sed pro פן־נבו־תם contractum.

Verte ergo :

Pannebotem.

Monumentum anno ante J. C. 558 adscribendum est.

63

Musei Britannici, 82-9-18, 50ª.

(Tab. IV.)

Laterculus in Babylonia, loco Abu-Habbah dicto, repertus et nunc in museo Britannico asservatus, cujus imaginem ex ectypo gypseo expressam tabula IV præbet. Textum assyrium gerit, quem nobis benevole transcripsit vertitque Pinches :

[Kaśpu] i – di bitati sa a – na A – ba – at – tu iddi – na araḫ Ṭebitu · sattu VIII

(*Sequuntur nomina domus inhabitantium valde mutila.*)

Nabu – na'id sar Babili.

Pecunia locationis domuum Abattu data est, mense Tebet, anni octavi regis Nabona'id, regis Babylonis,.....

[1] Agitur, ut verisimile est, de quodam capite minuto damnatoque ad serviendum fratri, atque deinde, toto fratris absentiæ tempore, uxoris ejus curæ tradito (Oppert).

Aramaicus titulus sic legendus :



Nomen domini domuum locatarum, assyriace *Abattu*, aramaicis litteris transcriptum. Anno ante J. C. 549 adscribendum est monumentum.

64

Musei Britannici, 79-4-19, 3.

(Tab. V.)

Laterculus Babylone repertus et nunc in museo Britannico asservatus. Assyrium textum præbet et, utroque latere, lineam aramaicis litteris conscriptam. Imaginem ex ectypo damus.

Edidit Berger, *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1886, p. 217-219.

Assyriacum textum benevole nobis Pinches sic transcripsit :



Quod vertendum est, secundum Oppert :

Bes minæ et 7 sicli argenti Mahitu, filiæ Nabu-allul-abas(?), *debiti sunt ab Ilu-balat-ili-kibi* (?), *filio Zabidæ, quos mense*

(Impressum mense martio 1888.)

Nisan restituet. Serva ejus Kunnaï pignori Mahitu data. Locatio nulla pro serva accipietur, neque fœnus pro pecunia. Testes : Kurgal-ballit, filius Sanabusu; Nabu-iddin, filius Itti-ile... Scriba : Belittannu, filius Nadin. Babylone, octavo die mensis Tisri anni quarti Cambysis, regis Babylonis et regionum.

Aramaici textus linea prima lectu difficillima, secunda facilis; sic legendum putamus :



אולת קני

כסף ש 47

Lin. 1. Duo vocabula Berger ingeniose agnovit ab assyriaco textu mere transcripta fuisse et אמלת כני *Amelut Kunnaa* « serva Kunnaa » legit, secundum interpretationem quam ei Pinches dedit. Secunda littera vero nobis *vav* videtur esse; quod interpretationi non obstat : assyriologi enim nos docent Assyrios litteras *mim* et *vav* scribendo sæpius permutavisse (conf. infra שוש = שמש sub n° 65); et, in nostro textu, revera *avilut* legendum est : quod, ex forma biblica nominis regis *Evilmerodach* jamdudum docuit Oppert, quippe quod cum ipsa voce *avil* et nomine dei *Merodach* compositum sit; id est « servus dei Merodach ». Nomen servæ pignori datæ Oppert *Kunnaï* legit : quod cum aramaica transcriptione כני mire congruit. Jam, annos ante quadraginta, clarissimus vir Longpérier, perspicacissimo ingenio adductus, litteras geminatas 𒌑𒌑 non per *aa* sed per *aï* legendas esse monuit : quæ explicatio nunc monumento nostro confirmatur. Nomen Berger כני legit; an prima littera כ vel ק sit, dubium : nostra sententia, potius ק; sed parvi momenti : assyriaco in textu כ; notum vero assyrios et præsertim babylonios scribas has duas litteras כ et ק sæpius permutavisse.

Lin. 2. Sensus plane liquet et cum assyrio textu mire congruit; litteram enim ש pro שקלן habendam esse certum est : $\frac{2}{3}$ unius minæ 40 siclis valent; igitur $\frac{2}{3}$ minæ additis 7 siclis = 47 sicli.

Vertendum igitur :

Serva Kunnaï.
Argentum, XLVII sicli.

Monumentum quarto regis Cambysis anno adscribendum est, id est anno 526 ante J. C. Optimum scripturæ exemplum præbet, qualis sexto sæculo in usu erat; litteras animadvertes a litteris tituli abydensis (infra sub n° 108) vix differre.

65

Musei Britannici, 82-9-18, 49*.

(Tab. V.)

Laterculus Babylone repertus, at nunc in museo Britannico asservatus. In utraque facie textum assyrium gerit, unoque latere aramaicum titulum. Imaginem ex monumento et delineatione Vogüeana damus.

Assyrium textum nobis sic transcripsit Pinches :

Isten eru du – u – du – u sa paras bilti ha – tu sa Du – muq abli-su sa Nabu –

bel-su-nu a-na i-di-su a-na arḥi II pi se-bar a-na Ki-Samas abli-su sa

E-ṭe-ru u Samas-iddin abli-su sa Ki-Samas id-din. Ul-tu yumi VI sa

Tisriti eru du-u-du-u ina pani-su. Ul-tu yumi VI sa Tisriti [sid-di] sa

Tisriti II pi se-bar i-nam-'i(?) Ul-tu Niśanni a-di-i eru

du-u-du(pl.) sa Du-muq [a]-na gal-la-bi(pl.) i-di biti tab-

ku u du muq(?). na-su-u(?) ina pan mu-ud-du(pl.) eru du-u-du-


u i-nam-'i(?) arḥa-a-um i-di eru du-u-du i-nam-'i(?)

bu-ut eru du-u-du man-nu ad-du eru du-u-du Ki-Samas

Samas-iddin na-as-'i(?) Mu-kin: Nabû-nadin-aḥ abli-su sa Nabû-

nadin-nisi(?) abli-su sa Rag-zu Nirgal-nadin-sum abli-su sa Marduk-zir-ibni

mar-Ir-a-ni Iriba-a abli-su sa Ib-ri-ya Iddin-Samas abli-su sa Samas-ai

Bel-iddin abli-su sa Sin-edir Aḥi-su-nu abli-su sa Bel-maṣarati mar Avil-

bilti Ni-din-tu abli-su sa Aḥi-su-nu Samas-uballiṭ abli-su sa Nabû-


ukin-abil mar Ummani Kud-da-a abli-su sa Nabû-arda-irib-a Samas-edir

abli-su sa Śu-qa-ai Bel-id-dan-nu abli-su sa Samas-mes-ad-bi


Rittu Samas-ibni abli-su sa Bel-itti. Śip-par Tisriti yumu IV sattu XVII

Da – ri – ya – mus sar Babili u matâti . Nabu – sum – ukin abli–su sa



Nabu – sum – issâ (?)

Quod secundum Oppert vertendum est :

Unum vas æneum dimidii talenti ponderis est quod Dumuq, filius Nabu-bel-sumi, locationis præmii instar duorum modiorum frumenti, viris Ki-Samas, filio Eder, et Samasnadin, filio Ki-Samas, tradidit. Inde a sexto die mensis Tisri vas æneum illi valebit (pro locatione domus). Inde a sexto mensis Tisri usque ad finem mensis Tisri duos modios præstabit (pro toto mense). Inde a mense Nisan usque ad tempus quo vasa ænea viro Dumuq (reddentur), viris tonsoribus præmia locationis domus concredentur et viro Dumuq vades se dabunt. Coram viris Musesi vas æneum tradent, et (deinde Dumuq) omnibus mensibus præmia locationis solvet[1] . . .

Testes : Nabu-nadin-ah, filius Nabu-nadin-nisi (?), *filius Ragzu; Nirgal-nadin-sum, filius Marduk-zir-ibni, ex tribu Irani; Iriba, filius Ibriya; Iddin-Samas, filius Samasaï; Bel-iddin, filius Sin-edir; Ahisunu, filius Bel-masarati, ex tribu Avilbilti; Nidintu, filius Ahisunu; Samasuballit, filius Nabuukinabil, ex tribu Ummani; Kudda, filius Nabu-arda-iriba; Samas-edir, filius Suqaï; Beliddannu, filius Samas-mesadbi. Scriba : Samas-ibni, filius Belitti.*

Sippara, quarto die mensis Tisri, XVII anni Darii, regis Babylonis et regionum.

Titulus aramaicus sic legendus et transcribendus est :



ערבא זי קדם	
בישוש את ביתא	
א (?) לה (?) 6	

ערבא « cautio, arrhabo, *ἀρράβων* ».

בישוש, nomen proprium quod in assyrio textu *Ki-Samas* scriptum. De permutatione litterarum מ et ו vide supra sub n° 64, et infra sub n° 68, p. 74 not.

Ultimum secundæ lineæ vocabulum sine dubio ביתא « domus »; sed quid sit את obscurum : particulam יח hebraico more את scriptam vix credas; nobis potius assyriacum vocabulum *idi* videtur esse, quod sæpius in assyrio textu cum sensu « locatio » apparet. Linea nona assyrii textus (id est linea sexta nostræ transcriptionis) *idi biti* legitur, quod aramaice את ביתא transcriptum fuisse putamus. Cf. etiam n^um^ 63.

Tertiæ lineæ initio siglum, quod quinque sequuntur litteræ. Sensus obscurus; forte abbreviationes : voc. כלה « summam » nonnulli legent; in fine numeralia signa. Totum lineæ sensum restituere non possumus; e vestigiis tamen apparet hic de pecunia agi.

Verte igitur, si lubet :

Cautio quæ coram Kisauas : domus locatio :
. . . Summa (?) *. . . VI.*

Monumentum XVII° anno regis Darii effictum. Litterarum forma nos docet hic de Dario, Hystaspi filio, agi, qui imperium anno ante J. C. 521 obtinuit; monumentum ergo anno 504 adscribendum est.

[1] Nonnulla obscura manent; textum Pinches credit a vetustiore tabula, regnante Dario, negligenter transcriptum fuisse.

66

(Tab. V.)

In museo Luparensi exstat laterculus, in Babylonia repertus, in utraque facie assyriacum textum præbens, cujus imaginem ex monumento tabula V dat et quem Oppert nobis transcripsit et transtulit ut sequitur :




nu – uḫ – ḫu – tu i – sal – lim – mu Ki – i ina Sivani kaśpa a – an XLV
ma – na sa ½ daragmana bid – qa nu – uḫ – ḫu – tu ła id – dan – nu
Dayan – bel – uṣur Na – na – a – bel – uṣur assati – su Za – ma – ma – nadin
Aḫi – su – nu Dayan – nadin Bel – gab – bi – bel – um – mu (?) A – ḫat – śu – nu
u Ḫas – sa – ' – i – tu binati – su napḫaris VIII avil – ut – śu
nise biti – su u se – zir – su bit mas – ka – nu sa Sar – duri ki – i simi
ḫa – ri – iṣ ku – um kaśpi a – an XLV ma – na sa ½ daragmana bid – qa
nu – uḫ – ḫu – tu pa – ni Sar – duri id – dag – gal (?) Avil mu – kin – nu
Um – ma – da – a – tav dayan abil sa U – du – da – a – tav Ab – la – a
dayan abil sa Nabu – ri – man – ni Man – nu – a – ki – i – Nabu avil
ris sarri avil bel pi – qid – tu E – sag – gil Ni – din – ti tupsar
sarri Babilu abil sa Bel – ka – ṣir mar Ni – sin? – ti A – bi – a – bu
dayan abil sa A – ti – ka – am Na – din abil sa Ḫa – ba – ṣi – ru Ba – śi –
ya abil sa Si – la – ' Mu – ra – nu abil sa Nadin – sum mar Ṣi – nu – zu
A – tar – ba – nu – us dayan abil sa Ba – ga – da – a – ta Nadin – Nabu
dayan abil sa Nabu – ta – lim – uṣur Ha – an – ṭu – su abil sa Sal – mu

Quadraginta quinque minæ argenti, in dimidiæ drachmæ particulas divisæ, debentur viro Sar-dur, magistro regio, filio Idra, a Sirik-zamusu..... Marduk-nasir-abil, filio Nadina, ex tribu Egibi.

In mense Sivan argentum, id est XLV *minas argenti, in dimidiæ drachmæ particulas divisas, in capite suo* (id est, *sine fœnore*) *solvet.*

Dayan-bel-usur, Nanâ-bel-usur, uxor ejus, Zamama-nadin, Dayan-nadin, Bel-gabbi-bel-ummu (?), *Ahisunu, filii ejus, Hassa'it et Ahatsunu, filiæ ejus, in totum octo personæ, ex familia domus ejus, segetes ejus, palmæ ejus, et....., omnes sitæ in urbe Suppat et contiguæ* (*agro*) *viri Nabu-nasir, filii Ki-Nabu-lummir, ex tribu Basiya, contiguæque* (*agro*) *Nidinti, filii Marduk-irib, ex tribu Egibi, pignori erunt viro Sar-dur, et possessor alius vi contra eum non prævalebit, donec Sar-dur summam argenti, id est* XLV *minas in dimidiæ drachmæ particulas divisas, perceperit.*

Si in mense Sivan argentum, id est XLV *minas in dimidiæ drachmæ particulas divisas, non dederit, Dayan-bel-usur, Nanâ-bel-usur, uxor ejus, Zamama-nadin, Ahisunu, Dayan-nadin, Bel-gabbi-bel-ummu* (?) (*filii ejus*), *Ahatsunu et Hassa'it, filiæ ejus, in totum octo personæ, ex familia domus ejus, segetes agri qui pignus constituitur viro Sar-dur, sicut pretium pacto æquiparatum, loco argenti, id est* XLV *minarum in dimidiæ drachmæ particulas divisarum, viro Sar-dur mancipabuntur.*

Assessores :

Ummadata, judex, filius Ududatæ; Ablaï, judex, filius Nabu-rimanni; Mannua-ki-Nabu, magister regius, depositis in Pyramide effectis præpositus; Nidinti, tabellio regis Babylonis, filius Bel-kasir, ex tribu Nisinti; Abiabu, judex, filius Atikam; Nadin, filius Habasiru; Basiya, filius Sila; Muranu, filius Nadin-sum, ex tribu Sinuzu; Atarbanus, judex, filius Bagadatæ; Nadin-Nabu, judex, filius Nabu-talim-usur; Hantusu, filius Salmusu-ilu; Iqubu, filius Nabu-nadin-ah, ex tribu Suhaï; Rimut, filius Nadina, ex tribu janitorum; Suqaï, filius Irib-Marduk, ex tribu.....; Nadin-Bel, tabellio, filius Gamil....., vir.....

(*Urbe ignota,*) *mense Sivan, x*^{mo} *die, anno* XVI^{mo} *Artaxerxis, regis Babylonis.*

In utroque laterculi latere sigilla impressa sunt et, juxta sigillum, quodque nomen sigillantis assyriis litteris expressum : *Kunuk Nadin-Nabu, Kunuk ... dayan, Kunuk Ummadatæ.*

Ummadatas, ut docet assyrius textus, judex erat qui negotio ut assessor præerat; sigillum ejus insigne; cylindri formam habebat, solerter exsculpti, duos leones præbentis erectos, pugnantes, quos debellant duo viri, ex utraque parte impetentes, unus librata lancea, alter tenso arcu. Inter hos duos viros aramaica inscriptio, quam sagacissimo Clermont-Ganneau oculo detexit (*Sceaux et cachets* in *Journal asiatique*, 1883, I, p. 149, n° 33).

Non tota vero terræ molli impressa est inscriptio; cylindri enim revoluti cursus inhibitus est, antequam integrum orbem complevisset, inferiorque cylindri pars terram non offendit, ita ut figurarum pedes evanuerint : simili causa aramaicæ inscriptionis nonnulla evanuerunt; desunt aliquot litteræ sinistra parte et ultima linea tota.

Quæ supersunt sic legimus :



Linea prima, restituto ם, vocabulum חתם habemus quod assyrio *Kunuk* respondet; litteram etiam א, restituimus quæ secundæ lineæ juncta nomen אמדת efficit, assyrii nominis *Ummadatæ* meram transcriptionem; tertia linea, בר « filius » certum. Quarta linea, nomen patris evanuit, sed ab assyrio textu quis fuerit docemur, scilicet *Ududat*.

Restituendum ergo et vertendum est :

חת[ם א]מדת בר [חדדת]

Sigillum Ummadatæ, filii Ududatæ.

Monumentum anno XVI° Artaxerxis regis effictum, scilicet anno ante J. C. 450. Confer sigillum haud absimile cujus sub n° 100 figuram invenies.

67

Musei Britannici, 82-7-14, 152.

(Tab. V.)

Laterculus Babylone repertus et nunc in museo Britannico asservatus, cujus imaginem ex monumento sumptam habes. In utraque laterculi facie textus assyrius litteris inscriptus est; una pars fere tota evanuit; initium versuum solum superest, unde patet de emptione agi viginti cororum ignotæ cujusdam rei. Hæc fragmenta transcribere inutile existimamus. Pars altera integra et a docto viro Pinches nobis hoc modo transcripta et translata est :



Testes sunt Za.....; Nabu-zir-lisir, filius Abdu.....; Suqaï, filius Nidintu; Beleteru, filius Beliddannu; Marduk-nasir, filius Beledir.

Scriba : Bel-uballiṭsu. Babylone, mense Ab, die XXVIII°, anno XXVIII° Artaksassu regis.....

Sinistro laterculi lateri ungulus in locum sigilli impressus est cum sequentibus assyriis verbis :

Ṣu – pur Za – bi – si.

Quæ Pinches vertit :

Ungulus Zabisi aut *Zabili.*

Dextro laterculi lateri aramaicus titulus inscriptus est; duobus vocabulis solum constat, quorum alter mutilus :

שטר «contractus», haud dubium. Tertiæ secundi vocabuli litteræ hasta superest quam, primo aspectu, *noun* esse credas, unde voc. זבן «venditionis» haud absonum. Collatis vero assyrio textu et præcipue verbis sinistro latere inscriptis, nobis probabilius videtur proprium agentis nomen eo loco signatum fuisse; litteram ergo *samech* ס esse putamus, cujus caput destructum fuerit.

Restituimus ergo et vertimus :

שטר זבס *Contractus Zabisi.*

Monumentum XXVIII° anno regis Artaxerxis, id est anno ante J. C. 438, adscribendum.

68

Musei Britannici, 82-9-18, 335ª.

(Tab. V.)

Laterculus Babylone repertus et nunc in museo Britannico asservatus, cujus imaginem ex ectypo expressam in tabula V habes; assyrium textum gerit, quem nobis doctus vir Pinches benevole transcripsit hoc modo :

Sinipat ma – na kaśpi sa gi – in – nu sa Ni – din – tu – Bel abli–su sa Bel – ri – man – ni

ina eli Marduk – ri – man – ni abli–su sa Bel – uballiṭ mar Ni – sur – gi – na

ina araḫ Sabaṭu i – nan – din. U – an – tim sussan VIII paraś daragmana kaśpi piṣu – u u XVII

daragmana kaśpi sa gi – in – nu sa Ni – din – tu sa ina eli Marduk – ri – man – ni

e – dir – tum si – i Mu – kin – nu Bin – sarra – uṣur

(Impressum mense martio 1888.)



abli-su sa Samas – a – a – su Samas-uballiṭ abli-su sa Bel – kaṣir mar Sin – ittu – a

Nirgal – nadin – sum rittu abli-su sa Iqi – sa – a mar Ni – sur – gi – na Śip – par

araḫ Ṭebiti yumu XVIII sattu III Da – ri – mu – us – su sar Tin – tir – ki

-u matâti.

Quod Oppert hoc modo interpretatus est :

Bes minæ argenti signati (?) viro Nidintubel, filio Belrimanni, debetur a Mardukrimanni, filio Beluballiti, nepote Nisurgin. Mense Sebet bessem restituet. Jura creditoris trientis minæ et octo dimidiæque drachmarum argenti signati (?), quæ Nidintu habuit in Mardukrimanni, restitutione ista exstincta sunt.

Assessores : Binsarrusur, filius Samasasu; Samasuballit, filius Belkasir, nepos Sinittua; Nirgal-nadin-sum, scriba, filius Iqisa, nepos Nisurgin. Sippara, die XVIII° *mensis Tebet anni* III *Darimussu* [1], *regis Babylonis et regionum.*

Titulus aramaicus uno vocabulo constat :

מרדך

Nomen abbreviatum debitoris, quod assyriacus textus *Mardukrimani* esse docet. Sensus ejus : « Merodach mihi misericordiam fecit. » Nomina simili modo abbreviata sub n^is 17, 23, jam vidimus.

Verte ergo :

Marduk(rimani).

Monumentum tertio Darii, Persarum regis, anno adscribendum est, id est anno ante J. C. 423. Putamus enim hic de rege Dario Notho agi.

69

(Tab. V.)

Laterculus a Fortia d'Urban anno 1844 emptus, nunc in armario Bibliothecæ Maximæ Parisiensis asservatus; in utraque facie textus assyriacus inscriptus; in summo margine aramaicus titulus. Imaginem ex ipso monumento effictam damus.

Rev. P. Strassmaier titulum assyrium partim edidit in suo lexico assyriaco sub notula *Bibl.*

[1] Animadvertendum est Darimussu pro Dariwussu scribi, permutatione מ et ו.

nation., n° 2689. Hunc titulum maximam partem deletum nobis sic legit, transcripsit et vertit doctus vir Amiaud :



1563o lateres..... filius Bel-ahusu.... filius Nabu-nadin..... filius Pasila..... contra Bel-iddannu..... quos lateres numero 1563o (tradet).....

Nabu-niru-emid, sacerdos (vel scriba), filius..... In urbe Bab-surru (?), mense....., octavo anno regni Dariya[vus, regis Babylonis], regis nationum.

Titulum aramaicum sic habes :



Tria ultima voc. certa : תנא « pactum, contractus », talmudico in sermone; לבנן « lateres », in hebraica lingua æque et in aramaica. Vertendum ergo « contractus laterum », quod mire ad textum assyrium quadrat. Quod sit vero voc. primum et quomodo legendum, non constat : dubitamus etiam an lineola verticalis pro separationis signo, aut pro littera ר, aut pro numerali signo sumenda sit. Nomen proprium esse videtur vel loci, vel figuli qui lateres tradere debebat, vel viri alicujus qui pactionis particeps fuerit.

Verte ego :

..... *contractus laterum.*

Titulus octavo regis Darii Nothi anno adscribendus, id est anno 418 ante J. C. Litterarum enim forma, præcipue *zaïn* et *iod*, vetant ne tabulam regnante Dario I scriptam fuisse credamus.

70

Musei Britannici, 82-9-18, 51*.

(Tab. V.)

Laterculus in Babylonia repertus, loco dicto Abu-habbah, et nunc in museo Britannico asservatus. Imaginem ex ectypo gypseo expressam in tabula V habes.

Textum assyrium nobis Pinches transcripsit et vertit, ut sequitur :

VIII sicli albi argenti et dimidia mina, VI sicli et quarta sicli pars argenti signati(?), quos, pro vendito sesamo, Iribaï dedit. Mense Sebat, die decimo et sexto, anno XIX Darii, regis Babylonis, regionum regis.

Textum aramaicum sic legimus :



Sensus clare liquet et cum assyriaco textu omnino congruit; vertemus igitur :

De argento quod datum est
τῷ Iribaï.

Nomen debitoris omissum : nomen creditoris לירבי confirmat id quod supra sub n° 64 de pronuntiatione assyriarum vocum diximus, quarum finis littera geminata 𒀭𒀭 = *aï*.

Hoc monumentum decimo nono Darii regis anno adscribendum est, id est anno 407 ante J. C. Nobis enim Darius II rex esse videtur, propter litterarum formam; voc. זי etenim recentioribus litteris scriptum quæ, exeunte quinto sæculo, primum in persarum satrapum nummis apparent. Cf. supra, n^um^ 69.

71

Musei Britannici, 82-9-18, 310*.

(Tab. V.)

Laterculus Babylone repertus, nunc in museo Britannico asservatus. Imaginem ex ectypo plumbeo

depictam præbet tabula V. Textum assyrium, in utraque facie inscriptum, Pinches nobis transcripsit, ut sequitur :

Quod Oppert interpretatus est :

Sex minas, 42 siclos argenti signati (?) pretium (rei obliteratæ) Baqas Aramæus viro Sumukin solvit.
Die XVIII° *mensis Elul* XVIII[i] *anni regnantis Darii, regis Babylonis et regionum.*

Titulus aramaicus, negligenter exaratus, lectu difficilis. Superioris vero tituli experientia nobis auxilium præbet; quo collato, sic legendum putamus :



בקץ, nomen proprium debitoris; cujus ultima littera incerta : in assyrio textu *Armaï* Aramæus dicitur. Creditoris nomen in utroque textu idem.

Vertimus igitur :

De argento quod dedit Baqas τῷ Sumukin.

Monumentum XVIII° anno Darii regis effictum, anno ante J. C. 408 adscribendum.

ARTICULUS III.

LOCUS DICTUS TELLO.

72

(Tab. V.)

Vir egregius Sarzec, Gallorum consul in Bassora, ut notum, loco dicto Tello ruinas maximi momenti invenit, magna animi firmitate effossas exploravit, monumentaque in lucem prodidit quæ artes historiamque antiquissimorum chaldæorum regum insigni modo illustrant. Inter rudera templi seu palatii vetustissimi, muros reperit, recentiori ætati adscribendos, coctis structos lateribus, qui singuli impressam inscriptionem præbent, duplici lingua conscriptam, aramæa scilicet et græca.

Plures lateres Parisios attulit, ubi nunc in museo Luparensi asservantur; unius imaginem ex monumento sole effictam damus. Laterem alium cum sociis congressus doctrinarum orientalium Vindobonæ mense septembri 1866 congregatis communicavit Rev. W. H. Hechler, anglicæ ecclesiæ minister. In museo Berolinensi asservantur et duo alii quos nuper edidit Euting.

De iis egerunt :

Vogüé cum Academia inscriptionum communicavit die 13 mensis junii 1884. Cf. *Bulletin de l'Acad. des inscriptions et belles-lettres*, 1884, p. 201 et 1886, p. 187. — Denis de Rivoyre, *Les vrais Arabes et leur pays* (*Bagdad et les villes ignorées de l'Euphrate*), 1884, p. 256. — Ernest de Sarzec, *Découvertes en Chaldée*, ouvrage accompagné de planches, publié par les soins de Léon Heuzey, Paris, 1884, pl. 37, n°s 11 et 12. — Ledrain, *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, t. I, p. 163. — E. Schrader, *Hebraica*, vol. II, n° 1, p. 1-3, Chicago, 1885. — J. Euting, *Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften zu Berlin, Sitzung der philosoph.-historischen Classe vom 12 mai 1887* (separatim cusum cum titulo : *Epigraphische Miscellen, zweite Reihe*).

Titulus quatuor versus complectitur lineis sejunctos; sic legendus est :



הדרנ

רנאח

Ἀδαδνα-

δινάχης

הֲדַרְנַדְנַאֲחַ, nomen proprium, græcis litteris Ἀδαδναδινάχης transcriptum; quomodo pronuntiandum sit transcriptio græca docet. Forma nominis mere assyriaca : הדד־נדן־אחי «Hadad dedit fratres». Cf. *Marduk-nadin-aḥe* «Marduk dedit fratres»; *Nabu-nadin-aḥ* «Nebo dedit fratrem»; *Sin-aḥe-irib*, vulgo Sennacherib, «Sin fratres auxit»; *Assur-nadin* «Assur dedit»; *Assur-aḥ-iddin*, vulgo Assar-haddon «Assur fratrem dedit», etc. — נְדַן, secundum Oppert, participium verbi assyriaci נדן = נתן. Quæ sententia cum inscriptione omnino congruit; nunc demum græcam habemus assyrii vocabuli transcriptionem, quæ manifeste confirmat id quod de pronuntiandis assyriis syllabis, sola cuneorum perscrutatione, assyriologi repererunt; ideo titulus locupletissimi est pretii. De deo Hadad vide sub n° 75, infra, quod disserimus.

Vertendum igitur :

Hadadnadinaḥe.

De monumenti ætate pauca dicenda sunt. Græcus sermo græcarumque litterarum species nos jam docent Seleucidarum tempore conscriptam fuisse inscriptionem : tertio scilicet aut potius secundo ante J. C. sæculo. Idem aramaicus titulus. Litterarum forma notatione digna : animadvertendum est enim eas longitudine æquales aspectuque jam vicinas scripturæ quam «quadratam» vocamus; littera *aleph* peculiarem figuram præbet quam in inscriptionibus in Arabia repertis etiam notabimus. De Hadadnadinaḥeo nil novimus; historia tacet. Rex sane aut liberæ tribus princeps. Apud Assyrios mos erat, ut notum, lateribus nomen regis imprimere cujus jussu ædificium construebatur. Fortasse rex Characenæ, unus ex principibus regiæ domus cujus auctor fuit Hyspaosines circa annum 124 ante J. C. et quæ usque ad secundum post J. C. sæculum imperium obtinuisse videtur (cf. Saint-Martin, *Rech. sur la Mésène et la Caracène*, p. 154. — Reinaud, *Mém. sur le comm. et la fin du roy. de Mésène et Caracène*, p. 20. — Waddington, *Revue de num.*, 1866, p. 307. — Longpérier, *ibid.*, 1874, p. 136). Septemdecim reges noti, a nummis quos Waddington et Longpérier commentati sunt : inter quos Hadadnadinahe haud numerandus; animadvertendum vero est regum seriem quam Waddington magna solertia restituit, vacuum intervallum inter annos 109 et 51 præbere; in hoc temporis spatio

regnum Hadadnadinaḥei collocare poteris, nisi monumentum, propter græcarum litterarum formam, remotiori ætati adscribendum esse tibi videatur. Quo casu tibi conjicere licebit Hadadnadinaḥeum paulo ante Hyspaosinem vixisse, et, si non regnavisse, liberum tamen a græca ditione principatum obtinuisse; unus ducum istorum tibi erit qui, incertis Mesopotamiæ et Arabiæ finibus, medio secundi sæculi spatio, nutante jam Seleucidarum imperio, libertatem sibi ipsis usurpantes, vias regni Characenæ paraverunt. Notandum est omnia regum Characenæ quæ novimus nomina assyrio more composita; sic Hyspaosinis, cujus nomen aramaice אספסן scriptum esse Vogüé ab inscriptione palmyrena (*Syrie centrale, Inscr. sém.*, p. 10) demonstravit : id est « Collegit seu recepit Sin »; ita Adinnerglos, Attambilus et cæteri. Hadadnadinaḥe, cujus nomen mere assyrium, legitime, ex hac etiam parte, in eorum seriem introducendus.

ARTICULUS IV.

LOCI INCERTI ASSYRIÆ VEL SYRIÆ.

73

(Tab. V.)

Sigillum scarabeoide ex subcærulea achate, de mercatore quodam in Oriente emptum a M. de Vogüé, apud quem nunc exstat. Imaginem damus ex ectypo cereo sole expressam [1].

Titulus medius inter duas lineas excisus est, supra quas sphingis recubantis discique solaris imagines more ægyptiaco exsculptæ : discum serpentes quos Ægyptii uræos vocant cingunt, alæ vero explicatæ caudaque desunt.

Vogüé, *Comptes rendus de l'Acad. des inscriptions et belles-lettres*, 1886, p. 191.

Titulus sic legendus est :



צדקרמן[ל]

Prima littera, fracto lapide, partim deleta; secunda, lapicidæ errore recto ordine exsculpta, in ectypo inversa apparet : qui error in gemmis haud infrequens, sicut ex pluribus exemplis probatur. Ergo littera צ egenda : Vogüé פ legebat, unde nomen פרקרמן fiebat : ipse veram lectionem nunc agnoscit. — צדקרמן, nomen proprium, cum verbo צָדַק et divino nomine רִמּן compositum : ergo interpretandum « Justificavit (eum) Rimmon ». Conf. biblicum nomen צִדְקִיָּהוּ. — רמן, idque רִמּוֹן (II Reg., v, 18), deus Syrorum, qui præcipue a Damascenis colebatur. Confer nomen טברמון patris regis Benhadad (I Reg., xiii, 18) : רמן a רם ortum videtur, et interpretandum esse « Deus altissimus ».

Verte :

(*Sigillum*) *Saddeqrimmoni.*

Saddeqrimmon nobis Damascenus aliquis videtur, coævus Benhadad III aut successoris ejus; qua cum ætate et forma litterarum et ars imaginum congruunt; nono scilicet ante J. C. sæculo, vel saltem octavo, adscribendum sigillum.

[1] Gemmarum imagines ex ectypis cereis vel gypseis arte photographica exprimi jussimus, exceptis paucis quæ ab ipso monumento expressæ sunt et quas loco suo designabimus.

74

Rawlinson, n° XV; Vogüé, *Intailles sémitiques*, 23; Levy, *Aramäische Siegel*, 5.

(Tab. V.)

Sigillum scarabeoide ex lapide subcæruleo gallice « calcédoine » in museo Britannico asservatum. Titulus circa virum quemdam, assyriis vestibus indutum, habitum et vultum orantis gerentem, accuratissime inscriptus est.

Levy, *Phön. Studien*, II, p. 30, taf. IV. — Idem, *Siegel und Gemmen*, p. 7. — Blau, *Zeitschr. der D. morg. Ges.*, 1858, XII, p. 726. — Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 240, n° XV. — Vogüé, *Revue archéol.*, 1868, XVII, p. 440, tab. XV, 23. — Idem, *Mélanges d'archéologie orientale*, p. 120, tab. VI, 23.



להדרקיע בר הרבעד

הדרקיע, nomen proprium; ultimam litteram ע sequenti vocabulo conjungendam esse Blau censuit, ad efficiendum vocabulum עבד « servus »; animadvertendum vero est litteras ד et ר accuratissime incisas, et longitudine hastarum ita differre ut nulla sit ambiguitas; secundum vocabulum certe בר « filius ». Nomen הדרקיע interpretari difficillimum est. Rawlinson proposuit הד־רקיע « gloria firmamenti »; sed valde dubium. — הרבעד, nomen patris, non minus obscurum; Rawlinson putavit בעד quodam lapicidæ lapsu pro עבד scriptum fuisse et nomen הרעבד legendum esse, id est « servus Hori ». Nos rem incertam relinquere malumus.

Titulus vertendus est :

(*Sigillum*) *Hadraqiæ, filii Horbadi.*

Litterarum forma indicat antiquissimum esse hoc sigillum; octavo sæculo ante J. C., si non antea, effictum esse nobis videtur.

75

Rawlinson, V; Vogüé, *Intailles sémitiques*, 24; Levy, *Aramäische Siegel*, 4.

(Tab. VI.)

Sigillum in cylindri formam effictum, in Assyria a C. Fel. Jones repertum, nunc in museo Britannico asservatum. Eunuchus, imberbis, cultu assyriaco, astat coram deo assyriacum habitum ferente, caput radiata corona cincto, dextra rem incertam, florem forsan, gestante. Sacerdos, erectis manibus adoranti eunucho adsistere vel illum initiare videtur. Inter imaginum intervalla titulus quinque versibus inscriptus.

Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, 1864, nov. ser., I, p. 232, tab. n° V. — Levy, *Phön. Studien*, II, p. 24, n° 3, tab. n° I. — Vogüé, *Revue archéologique*, nov. ser., t. XVII, p. 440. — Idem, *Mélanges d'archéol. orient.*, p. 121, tab. VI, 24. — Hitzig, *Epigraphische Miscellen*, in *Zeitschr. der D. morg. Gesell.*, t. XXV (1871), p. 252. — Repetiit Levy in *Siegel und Gemmen*, p. 6.



לאכדבן

בר נברד

סרסא

זי הקרב

להדד

Lin. 1. אכדבן, nomen proprium eunuchi adorantis; Levy a rad. כדב derivandum putat, additis א prosth. et ן form., et «callidum» interpretatur.

Lin. 2. בר «filius», vocabulum proprie aramæum quod nos optime monet, simul atque relativum זי et status emphaticus, titulum nostrum mere aramæum esse. — נברד, nomen proprium patris Akdbani, quod Levy interpretari noluit, nec nos tentabimus.

Lin. 3. סרסא, st. emphat. contr. pro סריסא «eunuchus», qui apud reges Orientis gynæceo præesse aliisque aulicis officiis fungi solebat (cf. Jer., xxxix, 3; Dan., i, 3; Reg. passim, et supra, p. 44). Vide in museo Luparensi, inter sculptos lapides e Ninive translatos, imaginem eunuchi regem comitantis (Botta, t. II, pl. CV).

Lin. 4. זי, pron. relativ. jam ab inscriptionibus leonum et laterculorum notum (vide supra *passim*). — הקרב, 3ª pers. præt. conjug. *Aphel* cum ה præformativo, sicut in Daniele et Esdra sæpius occurrit : «attulit, obtulit» de sacris agendis intelligendum.

Lin. 5. הדד, nomen dei solaris, bellici, qui in Syria anteriore et præcipue Damasci colebatur. Nominibus regum Damascenorum בן־הדד, הדדעזר jam notum erat; hic vero primum petræ inscriptum apparet. Hadad Macrobius (*Saturn.*, I, 23) Atergati associat, simulacrumque ejus describit, radiis cinctum, florem manu gestans, quod, e quadam parte, cum imagine sigillo nostro insculpta congruit.

Vertendum :

(*Sigillum*) *Akdbani*,
filii Gebrodi,
eunuchi,
qui obtulit
Hadado (vel *sacerdotis Hadadi*).

Litterarum forma antiqua; eas tamen, si cum litteris n^orum^ 73 et 74 conferes, recentiores esse tibi clare apparebit; littera ה jam non phœnicia, sed mere aramæa; ergo sigillum septimo sæculo adscribendum putamus.

76

Clermont-Ganneau, n° 10.

(Tab. V.)

Sigillum ellipsoide scarabeoide ex alba achate cujus utraque facies insculpta : Beryti a Pérétié emptum, in collectionem De Clercq pervenit, ubi hodie asservatur.

(Impressum mense martio 1888.)

Titulus duplex : in altera facie tauri apparet gradientis imago quam litteræ tituli *a* circumdant : in altera facie, quæ convexa est, simius in flore loti sedens, sicut Harpocratis dei imago sæpius effingitur; litteræ tituli *b* circa figuram scriptæ.

Clermont-Ganneau, *Journal asiatique*, 8e sér., t. I, p. 136. Repet. *Sceaux et cachets*, n° 10.



a [ל]ביראל. עבד גדאל *a*

b לבידאל. עבד גדא[ל] *b*

ביראל, nomen proprium ex divino nomine אל et radice ביר = באר «fons» : cf. biblicum nomen בארה (I Chr., V, 6). Cf. etiam nomen regis Bybli עינאל (Luynes, *Numismatique des satrapies*, p. 91), quod forsan «fons El» non «oculus El», ut solitum, interpretandum est. Clermont-Ganneau tertiam nominis litteram ד potius quam ר esse putavit et בידאל *Beyadel* «in manu El» interpretatur. — Lineola quæ nomen sequitur puncti vicem obtinet (cf. n° 84). — עבד «servus». — גדאל, nomen proprium, idque biblicum גדיאל «fortuna Dei» (Num., XIII, 10). Primam nominis litteram Cl. Ganneau פ legit et nomen פדאל *Pedael* «Servavit El», collatis biblicis nominibus פדהאל (Num., XXXIV, 28) פדיה, פדיהו (*passim*), existimavit. Quam interpretationem non rejicimus, nam litterarum forma simillima et controversiam dijudicare difficile est. Ultimum nomen etiam גראל legere fas est.

Vertendum :

(*Sigillum*) *Bireli, servi Gadieli*, vel *Beyadeli, servi Pedaeli.*

Septimo vel octavo sæculo adscribendum nobis videtur.

77

Levy, *Aramäische Siegel*, 7; Vogüé, *Intailles sémitiques*, 25.

(Tab. VI.)

Sigillum in cylindri formam fictum, ex Assyria ab Anglo C. Felix Jones allatum et hodie in museo Britannico asservatum. Figuram viri assyrii præbet, erectis manibus deum El adorantis; utrinque dei aut genii cujusdam stantis figura incisa est, barbati, alati, medium virum porrectis manibus tuentis. Deus maximus *El* vel *Ilu* assyrio more sub specie disci apparet, cui thorax caputque hominis, alæ caudaque aquilæ; duo radii ex imo margine disci emittuntur, quorum unus in caput viri incidit; in fronte ejusdem viri sinuosa quædam lineamenta perducuntur, quorum significatio incerta; mystici alicujus fontis undas forsitan indicant. Titulus A a viro stante proximus; titulus B inverso linearum ductu inter figuras divinas inscriptus.

Primus edidit Levy, *Phön. Studien*, II, p. 28, sed inscriptionem in duos titulos dividendam esse non vidit. — Vogüé, *Revue archéol.*, n. s., t. XVII, p. 441, et *Mélanges d'archéologie orientale*, p. 122, rectam interpretationem præbuit, quam postea secutus est Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 7, n° 7. — Merx, *Bemerk. über Aram. Inschr.* in *Zeitsch. der D. morg. Ges.* XXII, p. 690. — Lenormant, *Propag. de l'alph. phén.*, I, 206.



A. ירפאל

B. ירפאל בר ה

רעדר

A. ירפאל, nomen proprium viri stantis et adorantis; Vogüé idem esse censuit ac biblica nomina ירפאל (Jos., xviii, 27) רפאל (I Chr., xxvi, 7). Cf. Ῥαφαήλ, Tob., ix, 5, et ei eumdem sensum attribuit, scilicet «Sanavit (eum) El». Levy negavit : vide supra sub n° 51 quod de radice רפא diximus. Si cum Ḳevy aramæum רפי pro radice habere malueris, interpretatio tibi erit «Liberavit (eum) El».

B. Quarta littera ה negligentia sculptoris inversa. Ultima primi versus littera secundo jungenda ut efficiatur nomen patris Yirpeëli הרעדר, nomen cum divino nomine הר «Horus» et radice ערר seu עדר compositum. De הר vide supra, n^um^ 74 : verbum Levy et Vogüé עדר legerunt, interpretari vero non potuerunt; nos proponimus עדר = עזר, sicut apud Syros posterius dictum; si assentiemur, vertes «Horus adjuvit (eum)».

Vertendum :

A. *Yirpeël.*
B. *Yirpeël, filius Horadar.*

Sigillum octavo seu septimo ante J. C. sæculo adscribendum videtur.

78

(Tab. VI.)

Sigillum ex rosea achate in cylindri formam effictum, a Pérétié in Syria emptum et nunc in collectione De Clercq asservatum. Figuram virilem præbet, assyrio habitu, mediam inter duo monstra alata.

Catalogue de la collection de M. de Clercq, I, p. 181 et 231, tab. XXX, n° 321.

Titulus aramaicus sic legendus :



לאליהב

אליהב, nomen proprium possessoris sigilli, quod «El donavit (eum)» interpretandum.

Verte igitur :

(*Sigillum*) *Elyehabi.*

Septimo sæculo ante J. C. adscribendum videtur.

79

Rawlinson, XVIII; Vogüé, *Intailles sémitiques*, 15; Levy, *Aram. Siegel*, 18.

(Tab. V.)

Cornalinus musei Hagani in scarabei formam effictus, camelum gradientem ostendens. Imaginem ex gypseo ectypo effictam damus.

Edidit primus Hamaker, *Miscell.*, p. 102, tab. IV, 27. — Beer, *Papyri semitici*, p. 13. — Gesenius, *Monum. ling. Phœn.*, tab. XXXI, n° 68 incorrecte. — Rawlinson, *Journ. of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 242. — Melius Dux de Luynes, *Numism. des satrapies*, p. 106. — Vogüé, *Revue archéol.*, n. s., XVII, p. 437. — Idem, *Mél. d'arch. orient.*, p. 115. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 13.



למראהד

Penultimam litteram priores ח legebant et nomen proprium מראחד, id est «Dominus unus *vel* unicus» vertebant; ex ectypo vero apparet litteram istam ה esse; unde fit nomen מראהד; quid significet obscurum : e divino nomine מר compositum videtur et inusitata radice אהד cujus aliqua exstant vestigia; cf. biblica nomina אַהוד et אַהַד. — מר non solum generaliter «Dominus», sed etiam specialis deus apud Aramæos; cf. nomina propria מרכרך (infra, p. 87, n° 85), מריחי, עבדמרני (*Corp. inscr. sem.*, I, p. 48, 78, 111); Μάρνας, deus Gazæorum; Θεῷ Βεελμάρι in inscriptione Tyri reperta (*Rev. archéol.*, avril 1875, p. 267).

Vertendum :

(*Sigillum*) *Marehodi.*

Septimo ante J. C. sæculo videtur adscribendum.

80

Rawlinson, VII; Levy, *Aram. Siegel*, 8.

(Tab. VI.)

Sigillum in formam cylindri effictum, in museo Britannico hodie asservatum. Assyrius vir stans hircum manibus tenet, quem simulacro seu symbolo dei Ilu offert. Ilu sub specie disci alati figuratus, cui tria capita humana (cf. infra, n^{um} 85), sub quo candelabrum, radiato cuidam arcui suppositum, mediumque inter duos genios satyris haud dissimiles, nudos, qui manibus erectis alas Ilu quasi sustentant; ab altera parte adorantis alterius viri stantis imago. In area sigilli, signa varia seu symbola, obscuræ si non obscenæ significationis.

Edidit, sed sine interpretatione, Lajard, *Mém. de l'Acad. des inscriptions et belles-lettres*, nov. ser., t. XVII, tab. III, n° 4. — Layard, *Nineveh and Babylon*, p. 606. — Levy, *Phön. Studien*, II, p. 33, tab. n° 7. — Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 235. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alph. phén.*, I, p. 206, 215.



לפלתחדן

Penultimam litteram Levy ר, Rawlinson vero ד legebat. De nomine proprio pro assyrio habendo ambo consentiunt, sed in interpretando differunt. Levy initio assyrium vocabulum *Pal* «filium» videt; ultimam vero nominis partem תחרן vertere nequit, et, collato hebraico שחר «aurora», mutato ש in ת, nomen idem quod hebraicum בן־שחר (Is., XIV, 12) significari suspicatur. Rawlinson vero, collatis assyriis nominibus plurimis, contractum nomen putat pro פלת־אח־ירן, id est «Bilat fratrem dat»; פלת pro בלת habendum esse arbitratur; cui Lenormant assentitur, dum affirmat quasdam litteras durius a Ninivitis quam a Babyloniis pronuntiatas esse, scilicet פ pro ב, ק aut כ pro ג, ת pro ד (vide infra, n^um^ 92). Ambæ interpretationes aliqua parte peccant; Rawlinsoniana autem assyriis moribus vicinior.

Vertendum igitur putamus :

(*Sigillum*) *Bilatahiddini.*

Septimo sæculo adscribendum videtur.

81

Rawlinson, XII; Levy, *Aram. Siegel*, 1.

(Tab. VI.)

Sigillum in formam cylindri effictum, in museo Britannico asservatum. Viri cujusdam stantis, adorantis, et hircum deo Ilu offerentis imaginem præbet; sub dei Ilu simulacro, arbor mystica, juxta quam sphingis imago, solis lunæque signa, alterius tandem adorantis figura.

Gesenius, *Monum. ling. Phœn.*, p. 221, tab. XXVIII, n° 67 *bis*. — Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 239. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 5. — Ledrain, *Disc. d'ouvert. des cours de l'école du Louvre*, 1883, p. 85.

Gesenius et Levy nomen proprium סרגד «Sargad» legerunt, nec vero interpretati sunt. Nobis tertia littera potius ף videtur, sed quid sibi nomen velit non clare apparet; forse abbreviatum a סר־רפד «Dominus recreavit». Cf. etiam vocabulum hebraicum סַרְפָּד «satureia», quod ut cognomen usitatum esse haud absurdum.

Vertendum :

(*Sigillum*) *Sarrappedi.*

Septimo ante J. C. sæculo adscribendum videtur.

82

Levy, *Aramäische Siegel*, 9.

(Tab. V.)

Sigillum in rerum antiquarum armario in Bibliotheca Maxima Parisiensi asservatum. Titulus incisus sub alati solis imagine ab Assyriorum solari symbolo haud absimili.

Levy, *Phön. Studien*, II, p. 32, tab. VI. — Repetiit Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 8, tab. I, 3.


לססראל

ססראל forte pro סרסראל contractum, id est « Rex regum (est) El ». Nomen viri certe, hujus sigilli possessoris.

Verte :

(*Sigillum*) *Sassarieli.*

Septimo sæculo adscribendum.

83

Rawlinson, XIII; Levy, *Aram. Siegel*, 17.

(Tab. V.)

Scarabeus ex cæruleo lapide factus, nunc in museo Britannico asservatus.

Titulo superpositæ sunt imagines. Leo, aperto ore, in virum parvulum monstrosumque irruere videtur qui duos homunculos capillis suspensos trahit.

Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., t. I, p. 239. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 13, tab. I. 8.


לסעלי

סעלי, nomen proprium a radice סעל, quæ in aramæo sermone non reperitur.

Vertendum :

(*Sigillum*) *Sa'ali.*

Sexto aut septimo ante J. C. sæculo adscribendum esse videtur.

84

Levy, *Aramäische Siegel*, 12.

(Tab. V.)

Gemma e viridi jaspide, in Britannico museo asservata. Viri stantis imago figuratur, barbati, assyriis vestibus induti, dei cujusdam sedentis simulacrum adorantis. Post dei solium septem globuli, septem planetarum imagines; summo gemmæ margine asteriscus solaris; inter figuras signum quod « crux ansata » dicitur. Titulus imo margine insculptus est; ultima vero littera, spatio deficiente, a lapicida pone pedes viri stantis rejecta est. Duobus vocabulis constat puncto separatis.

Kopp, *Bilder und Schriften*, II, 181. — Idem, *Palæographia critica*, IV, p. 110. — Lajard, *Culte de Mithra*, tab. XXXVI, n° 3. — Levy, *Phön. Stud.*, II, p. 37, tab. I, 11, et *Siegel und Gemmen*, p. 9.

Titulum sic legimus :



להודו · ספרא

הודו, nomen proprium; cf. bibl. nomina הוֹדַוְיָהוּ הוֹדַוְיָה. — Lineolam puncti vice usurpatam esse, sive ad vocabula separanda sive ad explenda vacua intervalla, e pluribus exemplis constat (vide supra, n^um 76, et infra, n^um 102). — ספרא, st. emph. ספר «scriba», satis notum.

Verte igitur :

(*Sigillum*) *Haudu scribæ.*

Gemma nobis videtur ultimis assyrii seu primis persici imperii annis adscribenda, scilicet sexto ante J. C. sæculo.

85

Rawlinson, XI; Levy, *Aram. Siegel*, 6.

(Tab. VI.)

Sigillum e cornalino, in cylindri formam effictum, in museo Britannico asservatum. Virum imberbem, assyrio habitu, ostendit, divina simulacra seu symbola erectis manibus adorantem. Deus maximus Ilu sub specie disci alati, cui tria capita humana, medium locum obtinet; sub quo candelabrum, radiato cuidam arcui suppositum, et inter duos nudos genios medium. Tum duæ imagines deorum stantium incisæ sunt, unius cum tiara regisque assyrii vestimentis, alterius, *Samdan* forte, duos cervos et duas capras lacertis amplectentis. Post tergum adorantis viri epigraphe insculpta est in duas partes, ab eo symbolo divisa qui «crux ansata» dicitur.

Edidit Levy, *Phön. Studien*, II, p. 27, tab. fig. 2; repetiit *Siegel und Gemmen*, p. 7. — Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 239. Blau, *Zeitsch. der D. morg. Ges.*, XII, p. 725. — Clermont-Ganneau, *Journal asiat.*, VIII, ser. I, p. 143. et *Sceaux et cachets*, p. 25.



למרברך

מרברך, nomen proprium «Dominus benedixit» aut «Mar benedixit». Cf. biblica nomina ברכאל, ברכיהו. Rawlinson מדבר legebat et cum arabico مدبّر, *Mudabbir*, id est «gubernator», contulit; ultimam litteram non vidit. Ita et Levy, qui, duas nominis partes pro duobus distinctis vocabulis habens, למר בר «Domino Bar [dedicatum]» interpretatus est. De deo Mar vide quod diximus sub n° 79.

Vertendum :

(*Sigillum*) *Marbaraki.*

Ad sextum ante J. C. sæculum adscribendum nobis videtur.

86

Vogüé, *Intailles sémitiques*, 27; Levy, *Aram. Siegel*, 15.

(Tab. V.)

Sigillum ex hæmatite in scarabei formam effictum, e collectione Luynes, hodie in armario antiquarum rerum Bibliothecæ Maximæ Parisiensis asservatum, virum gradientem ostendens, ægyptiaco habitu, dextra erecta, sinistra longum sceptrum tenentem.

Edidit Vogüé, *Revue archéol.*, n. s., 1868, p. 442. — Idem, *Mélanges d'archéol. orient.*, p. 125. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 10, tab. I, 6.

לכרזי

כרזי, nomen proprium a verbo כרז «clamavit, proclamavit» (Dan., v, 29), unde כרוז «præco, *κῆρυξ*» (Dan., III, 4). Sigillum, attestante palæographia, certe ante sextum sæculum incisum est, scilicet ante redactionem antiquiorum libri Danielis partium, unde clare apparet vocabulum כרזי ad aramaicam stirpem referendum et non e græco sermone in aramæum translatum esse; id Levy censuit non nomen possessoris sigilli sed munus ejus indicasse; antiquam esse formam putabat biblici vocabuli כרוז, כרוזא, et «nuntium, legatum, caduceatorem» interpretandum; figuram ipsam sigillo incisam pro legati aut caduceatoris imagine habebat, *caduceum* gr. *κηρύκειον* manu tenentis, sancti inviolabilisque juris signum. Imo, collatis phœniciis titulis, Cypri repertis, in quibus mentio fit dignitatis dictæ כרסים מלך, phœnicium vocabulum כרסי idem ac aramæum כרזי esse censuit (vide *Corp. inscr. sem.*, t. I, p. 65). Nobis vero interpretatio illa ingeniosior videtur quam certior; ægre enim credes sigillum legati anonymum fuisse neque ullam quidem patriæ aut legantis regis mentionem præbuisse.

Vertendum igitur arbitramur :

(*Sigillum*) *Keruzi.*

Septimo vel sexto sæculo adscribendum nobis videtur.

87

Levy, *Aram. Siegel*, 27.

(Tab. VI.)

Conus babylonico more effictus; sub ima facie imagines incisæ; in latere coni titulus inscriptus; ubi lateat monumentum hodie nescimus. Imaginem ex tabula Levyiana damus.

Blau, *De nummis Achæmenidarum*, Leipzig, 1855, pl. I, 6. — Levy, *Phön. Studien*, II, p. 39, n° 14, tab. fig. 13. — Idem, *Siegel und Gemmen*, p. 17.

Lege :

שמשערי

Blau legebat שמשערכי, Levy שמשעדרי; nobis magis placet legere שמשעדרי *Samsedri* « Sams est auxilium meum ».

Vertendum ergo :

(*Sigillum*) *Samsedri.*

88

(Tab. VI.)

Sigillum ex achate in coni formam excisa, quod emit egregius vir Siouffi, Gallorum consul in urbe Mossul, et museo Luparensi dedit, ubi nunc exstat. In coni basi deus quidam exsculptus, persico habitu, inter cornua lunæ crescentis surgens. Una facie vir stans, coram pyræo aut columna adorans; altera facie, duo viri, flexis genibus, cymbam sustentant cui innititur simulacrum. Sub cymba titulus aramaicus, in duas lineas divisus. Imagines ex ipso monumento sole expressas damus.

De eo egerunt Ledrain, *Gazette archéologique*, 1883, p. 73. — Clermont-Ganneau, *Sceaux et cachets*, n° 32.

Sic legendum :



Lineæ ambæ unum vocabulum efficiunt, שנסרצר, proprium nomen assyrio more formatum, *Sin-sar-uṣur*, quod assyriologi « Sin, regem protege » plane interpretantur (cf. n° 50).

Vertendum ergo :

Sinsaruṣur.

Superiori sigillo simile est; ambo septimo ante J. C. vel sexto sæculo adscribenda sunt.

89

Rawlinson, IV; Levy, *Aram. Siegel*, 21.

(Tab. VI.)

Cylindrus ex lapide chalcedonio quem Rawlinson Bagdade primus vidit, descripsitque; in museo Britannico hodie asservatur. Deus quidam, quatuor instructus alis, duos gryphos erectos debellat.

Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 229, tab. n° IV. — Vogüé, *Revue archéol.*, 1868, n. s., XVII, p. 443, et *Mél. d'arch. orient.*, p. 127, n° 30, ab imperfecto ectypo deceptus, mediam solum tituli partem edidit. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 15, tab. I, 12. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alph. phén.*, I, p. 208.



(Impressum mense martio 1888.)

הרתכל, nomen proprium, e divino nomine הר et radice תכל «confidere» compositum, quæ in propriis Babyloniorum nominibus haud semel legitur; «Horus spes (mea)» interpretandum esse videtur.

Vertendum :

Hortakil.

90

Levy, *Aramäische Siegel*, 10.

(Tab. VI.)

Gemma ex candida achate, a Lajard edita; ubi nunc asservetur nescimus; Lajardi apographum damus. Vacca suum vitulum lactans. Ad Assyriorum quidem artem, sed ad Ægyptiorum fabulas hæc imago pertinet. Hathor etenim, sub vaccæ specie, vitulum seu filium suum Horum adlactans, haud semel fingitur in Ægyptiorum monumentis.

Lajard, *Rech. sur le culte de Vénus*, pl. XIV, 13. — Levy, *Phön. Studien*, II, p. 35, fig. 9. — Idem, *Siegel und Gemmen*, p. 8.

עזי, nomen proprium, id est «Robur meum (El)», subaudito nomine divino : hebræo viro æque ac aramæo aptum (cf. I Chr., Esdr., Neh., *passim;* vide etiam supra, n^{um} 52); pro aramæo quidem hic habendum putamus propter imagines sigillo incisas.

Vertendum :

(*Sigillum*) *Uzzii.*

Septimo vel sexto sæculo adscribendum videtur.

91

(Tab. VI.)

Sigillum ex achate in formam coni effictum et in museo antiquarum rerum Bibliothecæ Maximæ Parisiensis asservatum. Epigraphe medium locum occupat, supra quam solis, lunæ, radiatique sideris imago, infra vero, duo capita taurina quorum utrumque alterum spectat. Epigraphe quinque litteris constat; sextum signum, quod Levy litteram ע esse arbitratus est, littera non est, sed symbolus quilibet in formam rhombi effictus.

Lajard, *Recherches sur le culte de Vénus*, p. 146, tab. III, 8. — Levy, *Phön. Studien*, II, p. 36, fig. 10. — Idem, *Siegel und Gemmen*, p. 30, n° 16.

נבוריב, nomen proprium cum nomine assyrii numinis Nebo, et verbo ריב «auxit, magnum fecit» compositum; interpretandum «Nebo (eum) auxit». Cf. assyr. nomen *Sennacherib*. Levy כבדבע legebat, nomenque a כבדבעל contractum credebat : nos aliter.

Vertendum :

(*Sigillum*) *Neboiribi.*

Sexto sæculo videtur adscribendum.

92

(Tab. VI.)

Cylindrus e cornalino, ab Henrico C. Reichardt Damasci acquisitus, et apud eumdem asservatus. Bel, deus Assyriorum, vestibus indutus, duobus brachiis extensis, contra duos leones pugnam iniens; post quem arbor sacra Assyriorum. Reichardti apographum damus.

Henry C. Reichardt, *Proceedings of the Society of biblical archæology*, novemb. 1883-1884, p. 16. — Rylands, *ibid.*, p. 17. — Ledrain, *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, 1884-1885, t. I, p. 66.

Titulum aramaicum sic habes :



לבלאתן

בלאתן, nomen proprium viri assyrii, aramaicis litteris transcriptum. Quod recte Ledrain idem esse censuit ac nomen בלאדן, patris regis Assyriæ Merodak-Baladan (Is., xxxix, 1). Regis ipsius nomen מראדך־בלאדן in Assyriorum lingua sic scriberetur : , *Marduk-bal-iddin*, id est «Deus Marduk filium dedit». בלאדן vero, patris nomen assyriacis signis :  , *Bal-iddin*, id est «Filium dedit», subaudito dei nomine, redderetur. Non differt a בלאתן; scimus enim litteras aliquas durius a Ninivitis quam a Babyloniis pronuntiatas fuisse, ita ut permutatio ד in ת, ג in ק, ב in ף pro legitima habenda sit (vide supra, n^um^ 20, et Lenormant, *Essai sur la propag.*, etc., p. 215).

Sic ergo nostri cylindri בלאתן interpretandum esse putamus : «Filium dedit (Deus).»

Verte ergo :

(*Sigillum*) *Balitini.*

93

Vogüé, *Intailles sémitiques*, 29; Levy, *Aram. Siegel*, 23.

(Tab. VI.)

Sigillum ex candida achate, Beryti a Pérétié emptum, nunc Parisiis apud dominum De Clercq et in collectione ejus sub n° G 261 asservatum.

Duo viri, forte sacerdotes, longa Assyriorum tunica induti, capitibus infulis cinctis, coram altari quodam adorantes figurantur. Altari luna asteriscusque solaris superpositus est.

Vogüé, *Revue archéol.*, juin 1868, p. 443, pl. XV, 29. — Idem, *Mélanges d'archéol. orient.*, p. 127. — A. Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 16. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alph. phén.*, I, 206.



לאחלכד

אחלכד, *Ahileked*, nomen proprium, «frater capturæ», secundum Vogüé, collatis biblicis nominibus אחיעזר, אחירע, אחיתפל, etc.

Verte :

(*Sigillum*) *Ahilekedi.*

Sexto vel quinto sæculo adscribendum videtur.

94

Rawlinson, VIII; Levy, *Aram. Siegel*, 22.

(Tab. VI.)

Sigillum in ima facie coni ex achate insculptum, in museo Britannico asservatum, equum gradientem habens effictum cujus fronti cornu affixum est; in area superiore sol et luna.

Edidit, sed sine versione, Lajard, *Introd. à l'étude du culte publ. de Mithra*, pl. XLIII, 1. — Interpretatus est primus Levy, *Phön. Stud.*, II, p. 31, repetiit *Siegel und Gemmen*, p. 15. — Quem secutus Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 236. — Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, fév.-mars, 1883, p. 144.



לתמכאל



בר מלכם

תמכאל, nomen proprium, quod interpretes legerunt תמך־אל et explicaverunt «Sustentavit (eum) El», a rad. תמך = heb. סמך, quod non probandum; etenim heb. ס nunquam in ת mutant Aramæi, qui æque verbo סמך «sustentavit» utuntur. תמכאל nomen hebræum nobis videtur esse legendumque תָּם־כָּאֵל «Perfectus ut El»; cf. nomina biblica מִיכָאֵל, מִיכָיָה, etc. — בר «filius»; duæ litteræ hujus vocabuli inferiore linea conjunguntur, sicut mos erit in palmyrenis inscriptionibus; unde constat sigillum nostrum recentiori ætati adscribendum quam sigilla de quibus hactenus disseruimus. — מלכם, nomen proprium satis notum.

Vertendum igitur :

(*Sigillum*) *Tamkaeli, filii Milkomi.*

Quinto sæculo adscribendum nobis videtur.

95

(Tab. VI.)

Epigraphe in latere coni ex achate chalcedonia incisa, qui in museo Britannico asservatur. Coni basi sigillum insculptum est, deum ostendens ægyptiacum Bes, leonem cauda et animal quoddam collo tenentem.

Clermont-Ganneau, *Sceaux et cachets*, 26, in *Journ. asiat.*, 8e sér., t. I, p. 146.



מנן

מנן, nomen proprium viri, significationis incertæ, quod Levy e phœnicia gemma collectionis Vogüeanæ jam notum fecit et in titulo citiensi n° 76 (*Corp. inscr. sem.*, I, p. 87), ex obscuro Pococki apographo n° 16, agnoscendum etiam censuit (Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 28; Vogüé, *Mélanges d'archéol. orient.*, p. 21).

Verte :

Manon.

Quinto vel quarto sæculo adscribendum.

96

Vogüé, *Intailles sémitiques*, 28; Levy, *Aram. Siegel*, 33.

(Tab. VI.)

Sigillum e lapide chalcedonio e collectione Pérétié, nunc apud D. de Clercq asservatum. Dei imaginem præbet, assyrio-persico habitu, florem sinistra tenentem, medio circulo stantem. Inferiorem circuli partem circumdant cornua lunæ quæ leones duo, obversis tergis, sustentant; superiorem sigilli marginem occupat discus, ægyptiaco more alatus. Deus iste solaris nobis videtur Hadad, seu Belsamin; luna leonibus evecta Magnæ Syriæ Deæ imago est; ita ut res tota duorum numinum conjunctionem significare videatur. Dextro gemmæ margine tres aramaicæ litteræ, sinistro vero tres himyariticæ insculptæ sunt.

Vogüé, *Revue archéol.*, n. s., t. XVII, p. 443. — Idem, *Mélanges d'archéol. orient.*, p. 125. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 19.

Aramaicum vocabulum sic legendum esse Levy demonstravit :

דחס

Himyariticum autem, inverso litterarum ordine, sicut sæpius in Sabæis inscriptionibus fit, idem Levy sic legit :

דחת

דחם, nomen proprium, aramaici sermonis auxilio minime interpretandum. Vogüé aliter legebat, dubio vero animo; ipse nunc Levyanam opinionem sua verisimiliorem existimat. Levy autem דחם pro mera himyaritici vocabuli transcriptione habendum putat, quod sic, collato arabo, interpretandum conjicit : ד = ذو, חת = حتّ « nobilis », דחת quasi « vir nobilis »; etsi de etymologica conjectura dubitandum est, interpretatio nobis probanda videtur; constat enim inter Mesopotamiam Arabiamque ab antiquo commercium interfuisse. Sigilla himyaritica in ruderibus Ninives et Babylonis reperta sunt; himyaritica etiam stela in loco dicto *Warka* (cf. Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, nov. ser., I, p. 234; *Zeitschr. der D. morg. Ges.*, XIV, p. 290).

Si igitur assenties, vertes :

Dihat.

Quinto vel quarto sæculo adscribendum videtur.

97

Vogüé, *Intailles sémitiques*, 31; Levy, *Aram. Siegel*, 16.

(Tab. VI.)

Conus e lapide chalcedonio subcæruleo factus, nunc in museo Britannico asservatus. Sacerdos quidam Persarum, indutus veste, coram pyreo adorans adstat, supra cujus caput lunæ crescentis et solis imago.

Vogüé, *Revue archéol.*, 1868, nouv. sér., t. XVII, p. 444. — Idem, *Mélanges d'archéol. orient.*, p. 128. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 12, tab. I, 7. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alph. phén.*, t. I, p. 206.



לכלזירשמש

Levy legit לכלזירשמש; כלזי vero pro כרזי, κῆρυξ « præco », ד pro זי habendum putavit : illi ergo nominis sensus : « Præco (dei) Samas. » Melius legendum כל־זיר־שמש « Quodvis (est) semen Samasi »; זיר enim sæpissime in nominibus propriis Assyriorum reperitur semenque significat; alii זיר a rad. זהר « splendere » deducunt et interpretantur « Omnis splendor (est) Samas », quod vix probandum est.

Verte ergo :

(*Sigillum*) *Kolzirsamasi.*

Ad Achæmenidarum tempus hæc gemma referenda est.

98

Levy, *Aram. Siegel*, 25.

(Tab. VI.)

Cylindrus e lapide chalcedonio, nunc in museo Britannico asservatus. Venator brevi Persarum

tunica saraballisque indutus, mitratus, arcum lateri suspensum gerens, ex equo desiliit ut aprum aggrederetur; dum bestiam sinistra panno quodam involuta excitat, eam dextra venabulo ferit.

Lajard, *Recherches sur le culte public et les mystères de Mithra*, pl. XXV, 4, p. 244. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 16, tab. I, 15. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alph. phén.*, t. I, p. 223.

פגסך

פגסך, nomen proprium ad persicam linguam certe referendum; quid vero significet, obscurius. Hujus tituli litteræ nummorum litteris pene similes qui in Cilicia a persicis satrapibus cusi sunt (vide Dux de Luynes, *Numismatique des satrapies*, et Waddington, *Mélanges de numismatique et de philologie*, Parîs, 1861).

Verte :

Pagsakus.

Ad Achæmenidarum tempus hic cylindrus referendus est.

99

Levy, *Aram. Siegel*, 13ª.

(Tab. VI.)

Sigillum in formam cylindri effictum, quod e collectione Woodehouse in museum Britannicum pervenit, ubi nunc asservatur. Viri cujusdam imaginem præbet, cultu persico, mitrati, equo sedentis currente et lancea ferientis erectum id monstrum quod Ctesias Martichoram vocat.

Levy, *Siegel und Gemmen, Nachträge*, p. 53, tab. I, n° 4. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alph. phén.*, p. 208.



לכנתגם

Nomen proprium sic legendum certum est, quomodo vero sit interpretandum nobis minime apparet.

Vertendum :

(*Sigillum*) *Kintegami.*

Gemma nobis videtur desinente sexto aut ineunte quinto sæculo ante J. C. insculpta fuisse.

100

Rawlinson, X; Vogüé, *Intailles sémitiques*, 32; Levy, *Aram. Siegel*, 31.

(Tab. VI.)

Cylindrus a Layard in Assyria repertus, nunc vero in museo Britannico asservatus. Vir quidam,

cultu persico, initiatus sane, taurum capite humano gryphumque debellat; superne Ahura-mazda initiatum protegens; sub specie aquilæ thorace humano deus figuratus est.

Lajard, *Recherches sur le culte public et les mystères de Mithra*, pl. L, 4. — Layard, *Nineveh and Babylon*, p. 616. — Levy, *Phönizische Studien*, II, p. 40, pl. XIV. — Idem, *Siegel und Gemmen*, p. 18. — Blau, *Zeitschr. der D. morg. Gesell.*, 1858, XII, 726. — Rawlinson, *Journal of the R. As. Soc.*, 1864, p. 233, tab. n° X. — Vogüé, *Revue archéol.*, nouv. sér., t. XVII, p. 444. — Idem, *Mélanges d'archéol. orient.*, p. 126. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alph. phén.*, t. I, p. 208.

חתם
פרשנדת
בר
ארתדת

פרשנדת et ארתדת persica sunt nomina. Plerique ultimum nomen ארתדתי legerunt, aut ארתדתן, ectypo decepti in quo extrema gryphi cauda apparet litteramque simulat. Collato monumento, recognovimus vocabulum e quinque solum litteris constare.

Vertendum igitur :

Sigillum
Parschandati,
filii
Artadati.

Ad initium Achæmenidarum temporis hic cylindrus referendus est; a Ciliciæ nummis scriptura vix dissimilis : animadvertendum est duas litteras vocabuli בר ligatas esse.

101

(Tab. VI.)

Sigillum in cylindri formam effictum quod egregius vir Schlumberger a mercatore Joppen urbem habitante emit. Arboris sacræ imaginem præbet quam duæ sphinges, capite humano, mitratæ, utrinque sedentes, custodire videntur. Superne dei Ahura-mazda imago sub specie disci cui thorax humanum et alæ explicatæ. Sub alis epigraphe aramaica inscripta.

Edidit Ph. Berger, *Gazette archéologique*, 1888, p. 143.



חתם מתרש בר שילי

מתרש, nom. propr. quod Berger persicum esse conjicit; quod vero negant viri linguæ Persarum periti; pro aramæo habendum est, etsi sensus obscurus est. — Nomen patris Berger שעי legit; nos potius שילי, a rad, שאל «rogare» deducendum.

Vertendum igitur putamus :

Sigillum Mithrasi, filii Sili.

Quinto sæculo adscribendum videtur.

102

Levy, *Aramäische Siegel*, 29.

(Tab. VI.)

Sigillum in formam scarabei effictum; latere in uno jacens cernitur musimo, gallice *mouflon*, in altero aper currens; supra et infra litteræ aramaicæ incisæ sunt. Ubi lateat monumentum nescimus; imaginem tabula nostra damus e cereo ectypo quem olim Blau ad Vogüeum misit.

De eo egerunt : Blau, *Zeitschr. der D. morg. Gesell.*, XVIII, p. 299. — Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 17, n° 29. — Euting, *Zeitschr. der D. morg. Gesell.*, XXXVII, p. 543.

Titulus sic legendus :



מתרצתד

חמד·נה·

Lin. 1. Vocabulum מתרצתד persicum nomen cum dei Mithræ nomine et verbo استادن « stare », littera س in litteram צ mutata, compositum, et *Mithra-istad*, id est « quem Mithra constituit », interpretandum. — Lin. 2. Vocabula hujus lineæ lectu difficillima eorumque sensus nos fugit.

Verte ergo :

Mithra-istad.

. . . . . .

103

(Tab. VI.)

Sigillum ex lapide chalcedonio in formam coni effictum, in quo vir insculptus, forsan sacerdos, chaldæo-persico cultu, coram ara astans cui cerva imponitur. Pone aram, candelabrum, dubiaque signa; superiore gemmæ margine, sol et luna. Monumentum e collectione Pérétié in collectionem De Clercq pervenit, ubi nunc exstat. Imaginem damus e cereo ectypo expressam.

Vogüé, *Comptes rendus de l'Acad. des inscr. et belles-lettres*, 1866, p. 193.

מנך

Nomen proprium incertæ interpretationis.

(Impressum mense decembri 1888.)

104

(Tab. VI.)

Sigillum in coni formam effictum; in collectione De Clercq asservatum; viri stantis figuram præbet, coram ara cui dei simulacrum et lunæ crescentis cornua imposita. Pone viri effigiem insculpta sunt signa quæ inscriptionis speciem ferunt; candelabrum nonnulli putabunt. Characteres incertissimi; forsan [illegible] legendum, sed dubium valde.

105

Vogüé, *Intailles sémitiques,* 33; Levy, *Aram. Siegel,* 32.

(Tab. VI.)

Sigillum, ex imagine in cera a duce de Luynes impressa, Vogüé primus edidit. Ubi nunc sit sigillum ipsum, nescimus. Duo arietum capita græco more et arte efficta sunt, subter quæ tres delphini natare videntur.

Vogüé, *Mélanges d'archéol. orient.*, p. 130. — M. A. Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 18 et sqq. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propag. de l'alph. phén.*, I, p. 237. — Ledrain, *Revue d'assyriol. et d'archéol. orient.*, 1884-1885, t. I, p. 67.

חתם נרגש בר שרש

[illegible]

נרגש, nomen proprium. Levy דרגש legit et «lectum» interpretatur. Litteræ vero forma negat. Quid significet obscurum. — שרש, nomen proprium; confer. I Chron., vii, 16.

Vertendum :

Sigillum Nergaśi, filii Sereśi.

Scriptura tituli vix a scriptura differt papyrorum Aramæorum in Ægypto repertorum (vide infra, n°s 137-143) et quos regnantibus Persarum regibus conscriptos esse demonstrabimus. Gemmæ scalptura omnino græca. Ledrain optime probavit aramæum scalptorem argenteum nummum græcæ urbis Delphorum imitatum esse. Sigillum ergo exeunte quinto aut ineunte quarto sæculo effictum est.

106

(Tab. V.)

Sigillum scarabeoide e lapide chalcedonio genium ostendens quatuor alis explicatis instructum, qui cervam (?) vel aprum (?) humeris gestat, dextra autem sceptrum aurei canis ægyptiaci Anubis dicti capite ornatum prehendit, sinistra vero lanceam fractura lapidis partim deletam tenere videtur.

Londini asservatur in privata collectione egr. viri Lord Southesk, qui ectypum cereum benevole nobiscum communicavit. Emptum est e collectione Castellani Romæ, anno 1884, vendita : n° 980 catalogi.

Titulum legimus :



ליכלא

Nomen proprium a radice יכל «valere, potens esse» cum aramaica terminatione א; cf. nomina biblica יוּכַל, יְכָלְיָה.

Sigillum Yâkeli.

Septimo vel sexto sæculo adscribendum videtur esse.

107

(Tab. V.)

Sigillum e cærulea achate in coni formam effictum, sacerdotem ostendens chaldæo-persico habitu coram simulacro adstantem, cui discus alatus superpositus; cum sigillo superiore apud egr. virum Lord Southesk asservatur, qui id e collectione emit comitis Tyszkiewicz Londini, anno 1883, vendita : n° 31 catalogi.

In medio aramaicus titulus :



דדעלה

Nomen proprium, quod cum vocabulis דד et עלה compositum et «summo deo dilectus» interpretandum nobis videtur esse. — דד vocab. hebraico דֹד vel דּוֹד «amicus, patruus» respondet, in nominibus propriis haud rarum, cf. in Bibliis : דָּוִד, דּוֹדוֹ, דּוֹדָוָהוּ, דּוֹדַי; apud Palmyrenos דדא (Vogüé, *Syrie centr.*, p. 62, n° 93); apud Syros *Dâdjesu* ܕܕܝܫܘܥ. — עלה «altus, superior esse» de summo deo usurpatur cf.; עֶלְיוֹן apud Hebræos et Phœnices, تعالى apud Arabes, et nomen nabataicum עליאל (Euting, *Nabatæische Inschr.*, p. 66-67, n° 25), unde decurtatum videtur esse עלא, Ἀλᾶ, nomen muliebre et virile Palmyrenorum (Vogüé, *Syrie cent.*, p. 67, n° 98; Ledrain, *Revue d'assyr.*, t. I, p. 75, n° 4; W. Wright, *Proceedings of the bibl. archæol. Society*, nov. 1885; Waddington, *Inscr.*, p. 596, n° 2589; *Corpus inscr. gr.*, n° 4489); cf. etiam nomen arabicum علىّ bene notum.

Dâdʿale.

Septimo vel sexto sæculo adscribendum videtur esse.

CAPUT II.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN ASIA MINORE REPERTÆ.

ARTICULUS PRIMUS.

ABYDOS.

108

(Tab. VII.)

Exagium in speciem leonis effictum, quod rusticus quidam gente Turca, agrum suum in campis ubi fuit urbs Abydos aratro vertens, invenit, et, anno 1860, D. Frank Calvert, anglici proxeni in urbe Dardana fratri, vendidit; posthac museo Britannico emptum[1]. Leo ex ære, ferreo annulo munitus, $0^m,35$ fere longus, $0^m,20$ altus. Basi metallica lamella supposita est ad pondus exigendum, quæ partim fracta; pondus hodie 25,657 gramm. æquat; quum integra lamella esset, pondus circiter 26 kilogr. adæquabat. Titulus *a* basi inscriptus; leonis tergo littera *b*. Imaginem in tabula VII ex monumento sub n° 108 et ex ectypo chartaceo sub n° 108 *a* effictam damus.

Vogüé, *Revue archéol.*, 1862, p. 30 et seq., primus edidit ex ectypo chartaceo. — Repetiit *Mélanges d'archéol. orient.*, p. 179 et sqq. — M. A. Levy, *Geschichte der jüdischen Münzen*, p. 153 et sq. — Brandis, *Das Münz-Mass und Gewichts-wesen*, Berlin, 1866, p. 54. — Geiger, *Zeitschr. der D. morg. Gesell.*, XXI, 466. — *Dictionary of the Bible*, edited by Smith, *Weights and Measures*, III, p. 1731. — Halévy, *Bulletin de la Soc. de linguistique*, 11 avril 1874. — Oppert, *L'étalon des mesures assyriennes*, in *Journ. asiat.*, octobre-novembre 1874, p. 477, 484. — Ledrain, in *Revue égyptologique* (1883), *Note métrologique*, etc. — Idem repetiit, *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, t. I, p. 67.

a. 

b.

a. אספרן לקבל סתריא זי כספא

אספרן. Hoc vocabulum ad verbum סבר «scribere, numerari» conj. aph. referendum putavit Vogüé, et cum אספרנא contulit quod in libro Esdra (v, 8; vi, 8, 12, 13, etc.; *Sept.*, *ἐπιδέξιον*, *ἑτοίμως*; *Vulg.* «diligenter, studiose») reperitur, ubi interpretum sagacitatem exercuit; Vogüé vertit: «Exactum compererunt seu inscripserunt» scilicet præpositi ad probanda exagia: gall. *contrôlé*. Hunc secuti Levy, Geiger et Renan, qui vero «inscripsimus» vertit. Oppert autem vocabulum persicum arbitratur et «talentum», collato zendico *aspereno*, interpretatur: quam interpretationem, etsi ingeniosam, rejiciendam putamus: doctus enim vir J. Darmesteter nobis affirmat *aspereno* in zendicis scriptis infimum pondus semper designare. — סתריא. Vogüé «custodes» a סתר «abscondere, excutere», unde etiam «contradicere»; Levy «satrapæ»; Geiger autem «stateres» interpretatus est, totam inscriptionem

[1] Renan narrationem illam de rustico Turca in dubium revocat, et exagium ex Assyria recenter afferri potuisse suspicatur. Vogüé autem, qui rem in loco ipso perpendit, de sinceritate D. Calvert non dubitat, et exagium pro euboico talento habendum putat, ideo ab Assyria alienum.

vertendam arbitratus : « (Pondus) exacte... stateribus argenti æquale, » dum signa, numerum staterum indicantia, a Vogüeo omissa fuisse suspicabatur. Quæ sententia cum monumento minime congruit; nulla enim numeralium signorum vestigia præbet, inscriptionemque integram et sine ulla præteritione editam fuisse nobis exploratum est; sensus tamen « stateres » non absurdus, et putabunt nonnulli leonem ad probanda argenteorum staterum pondera paratum fuisse. Nobis potius סתריא custodes seu præpositi quidam videntur, quibus res argentaria, regnante Persarum rege, curæ erat. Fatemur tamen locutionem זי כספא aliquo modo absonam esse : זי על כספא exspectares ut, bene notat Halévy.

Vertendum igitur nobis videtur :

Exactum testificatum coram custodibus argenti.

Leonis integri pondus, ut jam diximus, 26 gallica kilogr. circiter æquabat. Talentum igitur est, cum assyrio vero talento omnino discrepans (vide supra n° 1). Pro euboico talento habendum proposuit Vogüé; quem secuti Brandis (*loc. cit.*), W. L. Bevan (*Smith's Diction. of the Bible*, III, 1731) et alii. Litterarum forma monet titulum exeunte sexto sæculo aut quinto sæculo exaratum fuisse, id est tempore quo Asia Minor Magni Regis imperio subdita erat. Provincia quæque quotannis statutum pondus argenti et auri in tributum præstabat; argentum secundum babylonicum talentum, aurum vero secundum euboicum numerabatur (Herodot. lib. III, c. 89). Leo noster ad pensitanda vectigalia sane usitatus. Aramæo sermone Persarum satrapæ utebantur, quum publice et jure cum subditis gentibus agerent; hoc multis exemplis comprobatur, quæ loco suo relata reperies; in Asia Minore nummos habes in Cilicia, Paphlagonia, Cappadocia cusos (Luynes, *Numismatique des satrapies*, passim; Waddington, *Mélanges de numismatique*, p. 59 et seq.).

Littera ⅄, tergo leonis inscripta, archaico Græcorum alphabeto referenda videtur : siglum fortasse quoddam propter commercium cum Hellenibus Troadem habitantibus exaratum.

ARTICULUS II.

LIMYRA.

109

(Tab. VII.)

Egregius vir Carolus Fellows, dum Lyciam anno 1840 explorabat, non longe a ruderibus urbis Limyræ sepulcrum invenit, saxo incisum, peculiaris istius formæ quam *Elisabethan* appellavit, et bilinguem titulum gerens, aramaicum scilicet et græcum. Aramaicus titulus uni tabularum istarum incisus est quæ, in crucis speciem dispositæ, sepulcri frontem decorant; græcus alteri tabulæ. Aramaicæ litteræ cæruleo colore, græcæ rubro depictæ sunt. Textum Fellows insolerti manu transcripsit et ex ejus delineatione nihil aliud intelligere potuimus, nisi quod tituli pars aramaico sermone conscripta erat. Feliciter vero doctus vir Felix von Luschan, Lyciam nuperrime peragrans, monumentum rursus reperit (25 dec. 1884) et ectypum chartaceum accurate sumpsit, quem prius docto viro E. Sachau, nobis posterius benevole credidit. Imaginem sole effictam ex ectypo faciendam curavimus, quam in tabula nostra sub n° 109 reperies. Addimus sub n° 109 *a* delineationem a Fellows sumptam et sub n° 109 *b* delineationem græcæ inscriptionis quam nobiscum communicavit Sachau.

De eo egerunt : Ch. Fellows, *Discoveries in Lycia*, London, 1841, p. 289, 468, tab. XXXVI, n° 1. — Rob. Stewart, *Description of ancient monuments in Lycia and Phrygia*, London, 1842. — Primus edidit Ed. Sachau in *Sitzungsber. der phil.-histor. Cl. der K. Akad. der Wissensch.*, t. CXIV, p. 3. — James Darmesteter, *Journ. asiat.*, 8e sér., t. XII, p. 508.

Tituli sic leguntur :

[illegible]

[illegible]סתודנה זנה [illegible]רתים בר ארזפי עבד אחד מן זי מ[illegible]

·····ΡΤΙ·····ΥΔΑΛΛΕΩΣ ΠΡΟΠΑΠΠΟΣ

·····ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΑΤΟ ΤΟΝ ΤΑΦΟΝ·····

·····ΑΥΤΩΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΕΓΓΟΝΟΙΣ

Initio aramaici tituli una nobis solum littera deesse videtur. Secunda littera partim deleta : nihil aliud vero esse potest nisi ת, ut Euting optime agnovit; Sachau autem litteram istam initium vocabuli esse putat, prioremque ס ultimam esse deficientis vocabuli litteram credit. ס תודנה... legit, nullam vero interpretationem proposuit, duoque vocabula ab extera origine profecta conjecit, sepulcralis monumenti aliquo modo sensum præbentia. Quod assentiri nequimus. Animadvertendum enim est primo, cum omnia tituli vocabula vacuo spatio inter se separata sint, inter litteras ס et ת nullum esse intervallum; secundo, unam litteram solum initio evanuisse, quæ, cum littera ס juncta, vocabulum nullum efficere potest. Verum vocabulum optime vidit Darmesteter, qui initio litteram א restituit et legit אסתודנה, collato pehlevico [illegible], persico استودان «sepulcrum», vocabulo *τάφον* græci tituli respondens.

Tertium vocabulum nomen proprium esse בר docet; ergo ארתים, restituto א initiali; patris nomen ארזפי haud dubium; quæ nomina non semitica sunt; ea persica dicit Sachau : *Ἀρτίμας* in græco textu e vestigiis apparet; *Ἀρσάπης* in inscriptione Kyanea nos docet Petersen inveniri, quod ארספי aut ארצפי potius transcriptum exspectares; sed, ut bene notat Sachau, sibilantium consonantium permutatio, adstante ר vicina, occurrit; exempli gratia, aramaicum מרזופא et arabum مرصافة «malleus».

עבד, nobis «fecit», *κατεσκευάσατο*; licet etiam interpretari עבד «servus, minister». Priorem sensum nos malumus, etsi verborum structura cum aramaicis regulis non omnino congruit; sed sensus rerum naturæ et græco textui consentaneus nobis magis videtur.

אחד seu אחר legere fas est. Sachau אחר «alius, postremus». Nos אחד «unus», quamvis Aramæi «unum» חד dicere solerent, interpretari malumus; מן זי... «ex eis qui...».

Restituendum ergo putamus et vertendum :



[א]סתודנה זנה [א]רתים בר ארזפי עבד אחד מן זי מ.....

Sepulcrum istud Artim, filius Arsafi, fecit, unus ex eis qui....

Græcum textum sic restituendum curavit Petersen :

Ἀρτίμας Ἀρσάπιος Λιμυρεὺς Ἀρτίμου δ'	*Artimas Arsapi filius Limyrius Artimæ.....*
Κορυδαλλέως πρόπαππος.....	*Korydallii proavus.....*
προκατεσκευάσατο τὸν τάφον τοῦτον	*præparavit hoc sepulcrum*
ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἐγγόνοις.	*sibi et nepotibus suis.*

Korydalla urbs Lyciæ quæ a Limyra, Orientem versus, trium dierum itinere distat. Existimat Sachau aramaicum titulum quinto, græcum vero quarto sæculo exsculptum fuisse. Ambo nobis autem eidem tempori adscribendi videntur, id est exeunti quinto, vel ineunti quarto sæculo.

ARTICULUS III.

CAUCASUS MONS.

110

(Tab. VIII.)

Doctus vir Filomonof, unus e sociis Moscovitæ Societatis amatorum ethnographiæ, archæologiæ et naturalium scientiarum, anno 1878, antiquum cœmeterium effodit, quod non longe a russica urbe Władikavkaz, sub septentrionalibus montis Caucasi radicibus repertum est. Inter variam et numerosam supellectilem, quatuor vasa in lucem prodidit, quæ deorum imagines, fibulas, aliasque res continebant; catenis stricte alligata, profunda in terra deposita erant; duo vasa ænea, unum fictile, quartum vero argenteum. Æneæ supellectilis maxima pars indigenam et rudem artem redolet; vas autem argenteum, solerti manu exsculptum, assyriacæ seu persicæ originis indicium præ se fert. Pateræ formam præbet, quæ apud Græcos *φιάλη μεσόμφαλος* nuncupatur; sex ornamenta, quæ «palmettes» dicimus, totum ambitum decorant, quæ cycnea colla venustis flexibus utrinque cingunt. Patera ex Asia Minore latrocinio aliquo ultra montes transvecta fuit. Sicut pateræ quas sub n^is 46-49 descripsimus, nomen gerit, acumine gracili incisum et aramaicis litteris conscriptum. Patera nunc in Moscovito museo asservatur. Curantibus benevole directore Zabelin et professore Vsevolod Miller, photographicam accepimus pateræ imaginem et tituli apographum solerti manu transcriptum; quæ damus sole ipso expressa.

Edidit Schlottmann, *Zeitschrift der D. morg. Gesellschaft*, XXXIII, 292, tab. II.

Titulus sic legitur :

   דרביר

Nomen proprium incertæ significationis. Schlottmann דכביר legit, et, initialem ד = די = זי existimans, «τοῦ Kabbir» interpretatus est. Quod assentiri nequimus. Ex omnibus enim exemplis hactenus repertis constat nomina possessorum cum præpositione ל seu sine ulla præpositione scripta fuisse. Particulam ד ea ætate usitatam vix credamus. Secunda littera nobis eadem ac prima esse videtur : num ר an ד dubium; forsan legendum דדביר; de דד cf. supra, n^um 107, p. 99; de ביר cf. nomen palmyr. בירא, Βαιδᾶ, Vogüé, *Syrie cent.*, p. 8, n° 4; p. 50, n° 70.

Verte igitur :

Darbir vel *Dadbeid.*

Sexto aut quinto sæculo adscribendum nobis videtur monumentum.

CAPUT III.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN ATROPATENE REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

LOCUS DICTUS SENQ-QALEH.

111

(Tab. VIII.)

In loco Senq-qaleh dicto, qui viæ a Tebriz urbe ad Teheran Persarum ducenti adjacet, vetus et derelictum exstat cœmeterium, ubi haud rara jacent monumenta armeniacis titulis conscripta. Ibi jam plures ante annos cl. vir De Gobineau legatus ad aulam persicam lapidem exiguum notavit, triangulum, rudem sane et litteras antiquas præbentem; titulum delineavit eumque delineatum ad Academiam inscriptionum nostram misit. Eumdem titulum vidit et sua pro parte delineavit vir doctus Brosset, Academiæ russicæ socius; delineatio ejus paulo post edita est in : *Mélanges asiatiques tirés du Bulletin historico-philologique de l'Académie des sciences impériale de Saint-Pétersbourg*, t. III, 1, Saint-Pétersbourg, 1857.

Utramque delineationem in tabula VIII invenies. Armeniacum viri ambo titulum putabant nullamque interpretationem tentarunt; nobis vero aramaicus est, et quam vis, temporis injuria et delineantium insolertia, litteræ plures incertæ maneant, textum interpretari conabimur.

Apographa haud parum discrepant; Brossetianum tamen apographon (num 111 *a*) longe præstantius esse neminem fugiet. Gobineau primam lineam omisit, septimam vero deletam addidit, cujus vestigia Brosset prætermisit. Apographon utrumque componentes, Brossetianum vero potius secuti, textum, haud fido tamen animo, sic legendum esse putamus :



תלי מללן ו

שה 2 טלין למ

רי שה לזרע ר

ב. שה.....

אלן ארנן

שה.....

Lin. 1. תלי, pluralis numerus status constructi vocabuli תֵּל, תַּלָּא, ab Hebræis, Aramæis et Arabibus æque usitati, «tumulus». — מללן, *Mallâlân*, nomen proprium videtur, cf. syr. ܡܠܠܐ «disertus, orator, ῥήτωρ», unde cognomen suum accepit historicus Joannes Mallâlâ; finis nominis dubius, possit et מללב legi; hoc vero nomen aramaicum non audemus asserere. — Ultima lineæ littera a priore nomine intervallo longiore separata est; lineæ sequenti ergo adjungenda est; non dubitamus quin sit copula ו.

Lin. 2. Initio lineæ שה, *šah*, persicum sane nomen. Postea numerum duo habes lineolis duabus effictum; litteræ insequentis apographa valde discrepant; eam tamen nil aliter ac ט legere possumus, unde fit vocabulum טלין «pueri», sensui bene aptum; exspectares fortasse numerum duo post vocabulum טלין, sed in aramaico sermone substantivum nomen antecedere vel sequi possunt numeri. — Duæ ultimæ litteræ ad primum vocabulum sequentis lineæ pertinent.

Lin. 3. Ultimis præcedentis lineæ litteris hic junctis, ut supra dictum, voc. למרי «domino meo» habes, vel potius «domino», suffixo personali tantum honoris causa addito, ut gallice «Monsieur». Quod sequitur nomen patrem puerorum designasse non dubitamus; idem est ac nomen junioris filii. — Prima littera vocabuli sequentis fere tota deleta, ל tamen esse videtur; legimus ergo לורע «posteritati». — Ultimam litteram, quæ ר videtur esse, ad sequentem lineam transferendam esse putamus.

Lin. 4. Ultima littera superioris lineæ hic adhibita, legimus רב «princeps». Spatium vacuum Gobineau expressit, quod littera una fortasse implebat; utrum legendum רבא in statu emphatico, an רבי cum suffixo personali, ut in voc. præcedente מרי, in medio linquimus. Quod sequitur incertum.

Lin. 5. אלן, pron. demonstr. plur. suppressis quiescentibus. — ארונין = ארנן «sarcophagi»; cf. זא ארנא in sarcophago Bostrensi (Vogüé, *Syrie centrale, Inscr. sém.*, N. 3).

Lin. 6. Initio lineæ rursus nomen שה, *šah*, apparet; quæ sequuntur partim deleta, neque ea interpretari valemus.

Verte igitur si lubet :

Tumuli τοῦ *Mallalân et*
τοῦ *Šah, duorum puerorum*
domini Šah, posteritatis
principis Šah.....
Hi sarcophagi.....
Šah.....

Interpretationem nostram etiamsi rejicies, hoc saltem concedes inscriptionem aramaicam esse et sexto ante J. C. sæculo, vel etiam remotioribus temporibus adscribendam. Litteræ enim certe aramaicæ et ad eam formam vergentes quam mediam nuncupamus. Litteræ tamen ע et ש archaicam formam retinent, quod nobis suaderet ut monumentum antiquiori ætati adscriberemus, si quidem in Syria aut ad littus maris Mediterranei repertum fuisset. In Persia vero scripturæ permutationes tardius prævaluisse facile credas. Verisimile est Aramæos quosdam, circa Cyri regis tempora, in Atropatenem pervenisse et penates suos transtulisse. Hodie etiam, inter Armenios qui eas regiones colunt, haud pauci inveniuntur Aramæi qui sermone suo vernaculo utuntur. Sunt qui circa lacum Urmia degunt, alii cultum judaicum, alii christianum profitentes, qui traduntur e turcica Curdorum regione transmigrasse; ante christianam vero ætatem Aramæos easdem vias jam secutos fuisse monumentum nostrum docere videtur; non parvi ergo est pretii.

(Impressum mense decembri 1888.)

CAPUT IV.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN GRÆCIA REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

OLYMPIA.

112

(Tab. VIII.)

Patera ænea effossis Olympiæ ruderibus reperta, nunc Athenis in museo Varvakion dicto asservata. Artem eamdem præbet ac pateræ Ninivæ inventæ quas sub n^is^ 46-49 descripsimus. Certum est eam in Phœnicia effictam fuisse et in Græciam translatam a mercatore aliquo orientali aut a peregrino qui eam templo olympico dicavit. In medio apparet stella octo radiis instructa quos inter flores lotici sunt. Circum orbem qui stellam circumdat, humanæ effigies quatuor tabulis inclusæ, ægyptiaco vestitu, ludis aut sacris funguntur; subter incisus est titulus aramaicus. Pateræ et tituli imagines damus photographicas quas nobis egregius vir Fougères, unus ex alumnis Gallicæ Scholæ Athenarum, summa benevolentia ipse effecit.

De illo egit J. Euting, *Punische Steine*, in *Mémoires de l'Académie impériale de Saint-Pétersbourg*, 7e série, t. XVII, p. 33.

Titulus sic legendus :



נגד, nomen proprium, fortasse *Nagid* legendum. Conf. supra *Corp. inscr. semit.*, I, p. 191; sed potest etiam, ut bene notat Euting, נגר, *Naggâr*, legi, quod in aramæo sermone « lignarius faber » significat. — מיפע, nomen patris, secundum Euting a rad. יפע « splendere » deducendum, collato biblico nomine יִפְעָת; posset et מינע legi, quod vix sensum aptum præbet. Hic rursus de domino pateræ agitur; verte ergo :

Τοῦ *Nagid, filii Mêphâ*^c^.

De ætate tituli fere eadem dicenda atque de n^is^ 46-49; septimo aut sexto sæculo adscribendus videtur.

CAPUT V.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN ARABIA REPERTÆ.

ARTICULUS I.

TEIMA.

Antiquissima urbs Teima, apud Hebræos תֵּימָא, apud Arabes تيماء dicta, et in parte arabicæ provinciæ Hedjaz sita quæ ad septentrionem vergit, inde a remotissimis temporibus pro ubertate agri sui et mercatorum copia inclyta erat; in Bibliis sæpe commemoratur (Genes., xxv, 15; I Chron., i, 30; jerem., xxv, 23; Jes., xxi, 14; Job, vi, 19), quamvis de rebus arabicis in Vetere Testamento fere nulla mentio fiat; unde patet, ut recte animadvertit Nœldeke, quanta fuerit loci fama. Laudat Isaias aquarum copiam et frugum abundantiam, quibus alliciebantur sitientes esurientesque e deserto viatores. Teimensia itinera sabæaque Job æque celebrat. Qui enim ex Arabia meridionali Asiam Ægyptumve petebant mercatorum comitatus Teimense emporium transibant. Teimam inter Assyriamque et Ægyptum commercia interfuisse demonstrat monumentum de quo infra agemus; sculpturas enim assyriacam artem redolentes et nomina ab Ægyptiaco sermone deprompta nobis præbebit. Loci ubertas ex puteo, vere admirando, qui perennes aquas non solum ad adaquanda armenta, sed ad irrigandam oasin, præstat; hunc puteum, cui par vix alter est, descripsit miserandus Carolus Huber, quem, heu! immane scelus immature eripuit (Charles Huber, *Voyage dans l'Arabie centrale*, Paris, 1885, p. 104-105). Sexaginta pedes latus, quadraginta altus est: aqua, etsi per septuaginta rotas quotidie hauritur, nunquam decrescit. Palmeta fontes circumdant, crebris stipitibus luxuriantia. Hodie etiam dactyli optimi et in tota Arabia celeberrimi. Agrorum pretium ex arborum numero sumitur; quam consuetudinem ab ultima antiquitate repetitam sequens inscriptio demonstrabit. Palma una hodie 80 francis valet. His ultimis annis urbem Teimam adierunt viri egregii Carolus Doughty, Carolus Huber et Julius Euting, quum, augendæ scientiæ studio incitati, septentrionalem Arabiam maximo vitæ discrimine perlustrarent; ibi plures aramaicas inscriptiones, necnon sabæas et nabatæas, quisque sua pro parte repererunt, scilicet: Carolus Doughty, annis 1876-1877 (*Documents épigraphiques*, p. 1); Carolus Huber, annis 1878-1882 et 1884 (*Voyage dans l'Arabie centrale*, p. 103); Julius Euting, anno 1884 (*Nabatæische Inschriften, Einleitung*). Titulos illos sub dio stantes in promptu videre erat; at quot quantique alii sub terra sepulti jaceant, quis noverit? Teimensi in agro haud procul ab urbe exstat, teste Hubero, ruderum agger arena obrutus quem *Tuma* incolæ nuncupant, et sedem urbis antiquæ ipsi dicunt; lapides quadrati et columnarum fragmenta apparent: ibi archæologicum thesaurum latere Hubero haud immerito videbatur; Jul. Euting fere eadem scribebat; in meridionali urbis parte, prope moscheum et Muhammedanorum cœmeterium, vestigia antiquarum ædium vidit, quin et columnam, basi suæ insidentem, effossa terra detexit: amplius vero excavare non potuit: locum futuris exploratoribus designavit: utinam rursus periculosas illas regiones tentare audeant!

Animadvertendum plerarumque litteras inscriptionum, quæ Teimæ et adjacentibus in locis repertæ sunt, ita e lapidea tabula exsculptas esse ut in altum surgant (gall. *en relief*). Qui scribendi modus apud priscos Arabes usitatus fuisse videtur, cultam vitam degentes; apud Himyaritas in exarandis titulis frequentissimus. Quin et poetæ qui primis muhammedani imperii temporibus florebant multitudinem inscriptionum arabicarum sic e saxis eminentium memorant (Lebid, vers. ۴ et ۸).

113 *a*, *b* ET *b*^{bis}.

(TAB. IX.)

Titulos inter aramaicos facile primum tenet locum stela Teimensis quam primus vidit Carolus Huber, quum ab Academia inscriptionum et litterarum humaniorum missus, anno 1880, Arabiam septentrionalem circumiret. At tunc temporis non titulum totum, sed specimen ejus tantum, delineavit. Post quatuor annos, adscito Julio Euting socio, rursus Teimam iniit et incolumem reperit lapidem, qui, inverso vertice, muro domus in Ṭleḥan, طليحان, includebatur, postisque vice fungebatur; lapidem sua pecunia emit et in urbem Haïl advehendum curavit, ubi cum Eutingo penates suos habebat. Paulo post Euting domum rediit : in Arabia Huber quum remansisset, periit. Post nefandam infelicis et fortissimi viri cædem, doctori Lostalot qui gallicum consulatum in urbe Djedda agebat, in animo fuit ut stelam saltem servaret; successu rerum, maxima strenui viri diligentia, et juvante numine, stela hodie in Luparensi museo exposita est; imaginem ex monumento sole effictam damus.

Arena gallice *grès* dicta cinereo colore constat, 1^{m},10 alta, 0^{m},43 lata atque 0^{m},12 profunda : id est, si mensuras assyriaco modo enunties, 2 cubitos alta, 4 palmas lata et 1 palmam profunda. Superior pars in semicirculi speciem excisa, inferior quadrata erat, hodie vero oblique fracta; angulus dexter integer. Tres præbet titulos quos litteris *a*, *b* et *b*^{bis} designamus; primus magnis et conspicuis litteris conscriptus, tribus et viginti lineis faciem totam tenet. Initio novem lineæ maximam partem erasæ sunt, quippe quæ, postquam lapis inversus terra infixus fuerit, injuriæ temporis imprimis obnoxiæ essent. An summo margine globus alatus vel aliud quid exsculptum fuerit, dubium, nec facile discerni potest. Sinistro vero lapidis latere imagines nonnullas videmus; simulacrum dei sculptum est sub specie viri stantis, barbati, assyrio more vestiti, mitram gerentis assyriorum regum mitræ haud dissimilem; deus sinistra manu hastam gestat, dum dextra extensa indicat se suppositum sacerdotem tuendum suscepturum. Supra dei caput imminet solaris globulus alis utrinque explicatis et cauda assyrio potius quam ægyptio more instructus. Dei simulacro subjecta est sacerdotis effigies assyria toga æque vestiti, intecto capite, qui junctis manibus coram ara adstans munere fungitur; aræ impositum est taurinum caput. In facie aræ incisus titulus *b* exiguis et vix manifestis litteris; sub ara repetita est inscriptio eadem (titulus *b*^{bis}) majoribus et perspicuis litteris.

De titulo illo egerunt: Ch. HUBER, *Bulletin de la Société de géographie*, 1884, p. 291, n° 85. — NOELDEKE, qui primus textum ab apographo Eutingiano edidit, *Altaramæische Inschriften aus Teima*, in *Sitzungsberichte der K. Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, 10. Jul. 1884. — J. HALÉVY, *Découvertes épigraphiques en Arabie*, in *Revue des études juives*, juillet-septembre 1884, p. 1-7, et janvier-mars 1886, p. 111-113; *Journal asiatique*, novembre-décembre 1885, p. 552. — D. H. MUELLER, *Oesterreichische Monatsschrift für den Orient*, 1884, p. 209-210. — CLERMONT-GANNEAU, *Revue critique d'histoire et de littérature*, 1884, n° 40, p. 265, et n° 48, p. 442. — A. NEUBAUER, *Athenæum*, 1885, 28 febr., n° 2992; *Academy*, 10 Jan. 1885; *The Jewish Chronicle*, 1885, n° 838, et *Studia Biblica*, Oxford, 1885, n° x, p. 211. — RENAN, *Revue d'assyriologie et d'archéologie*, 1884-1885, fasc. II, p. 41. — Philippe BERGER, *L'Arabie avant Mahomet, d'après les inscriptions*, Paris, 1885. — Rubens DUVAL, *Revue d'assyriologie et d'archéologie*, 1887, vol. II, p. 1-3.

a

Hæc certa sunt :



1 .....בשת 22.....
2 .....א צלם.....
3 ...ירא אלהי תימא לצלם זי
4 .....שמה ביומא זנ...מא
5 .....זי
6 .....
7 .....
8 .....א להן.....א
9 זי ...ם צלמשזב בר פטסרי
10 ....לם זי הגם להן אלהי
11 תימא צ..ו לצלמשזב בר פטסרי
12 ולזרעה בבית צלם זי הגם וגבר
13 זי יחבל סותא זא אלהי תימא
14 ינסחוהי וזרעה ושמה מן אנפי
15 תימא והא זא צדקתא זי '...
16 צלם זי מחרם ושנגלא ואשירא
17 אלהי תימא לצלם זי הגם א.
18 מן חקלא דקלן 16 ומן שימתא
19 זי מלכא דקלן 5 כל דקלן
20 21.. שנה בשנה ואלהן ואנש
21 לא יהנ.. לצלמשזב בר פטסרי
22 מן ביתא זנה ול..עה ושמה
23 כמ... ..יתא זנה ....

Quæ latine sic vertenda sunt :

1 . . . . . *anno* XXII . . . . . .
2 . . . . . *Salm* . . . . . .
3 . . . . . *dii Teimenses Salm* . . . . . .
4 . . . . . *eum instituit die* . . . . . .
5 . . . . . .
6 . . . . . .
7 . . . . . .
8 . . . . . *idcirco* . . . . . .
9 . . . . . *Salmšezeb, filius Peṭosiri,*
10 . . . . . *Hagam. Itaque dii*
11 *Teimenses* . . . . . *unt Salmšezeb, filium Peṭosiri,*
12 *et semen ejus in templo Salm Hagamensis. Et si quis*
13 *destruxerit hanc stelam, dii Teimenses*
14 *evellant eum et semen ejus et posteritatem ejus a facie*
15 *Teimæ. Et hoc est donum quod* . . . . .
16 *Salm Mahramensis, Sangala et Asira,*
17 *dii Teimenses, Salm Hagamensi* . . . . .
18 *ex agro palmas* XVI, *et ex ærario*
19 *regio palmas* V, *in summa palmas*
20 XXI *quotannis. Ne dii vel homines*
21 . . . . . *Salmšezeb, filium Peṭosiri,*
22 *e templo isto, nec* . . . . . *ejus neque posteritatem ejus*
23 . . . . . *templi istius* . . . . . .

Quamvis textus initium fere totum deletum sit, quis sit illius tituli ordo et sensus, ex integra parte liquet, ut Renan bene sensit. Stelam enim a quodam Salmšezeb sacerdote in numinis sui honorem Salm Hagamensis (an hic sit verus vocabuli sonus, parum constat) erectam fuisse compertum habemus; imo Salm Hagamensem deum adventicium esse intelligimus, cujus cultus Teimam advectus fuit, assentientibus Teimensibus diis, qui templo ejus annuum stipendium constituerunt et sacerdotem ejus Salmšezeb sanxerunt. Sacerdos ille filius Peṭosiris dicitur, qui ægyptiacum nomen fert, et ipse extraneus ex Ægypto oriundus fortassis erat. Hæc saltem valde verisimilia videntur esse. At quæ fuerit donationis causa, haud certo dici potest, deficiente tituli initio. Attamen notandum est Salmšezeb significare *quem deus Salm servavit*, צֶלֶם שִׁיזֵב, ut bene vidit Clermont-Ganneau (cf. hebraicum nomen הושע); unde forsan conjicere licet Salmšezeb hoc nomen usurpavisse, postquam dei Salm Hagamensis protectione e quodam periculo salvus evasisset. Impensis suis fortasse ex voto suscepto templum deo suo in urbe Teima ædificavit et, ut deorum regisque Teimensium favorem sibi et deo suo pararet, donum quodcumque eis dedit, his conditionibus : 1° ut ipse Salmšezeb et filii ejus in æternum sacerdotali munere in templo Salm Hagamensis fungerentur; 2° ut dii et rex Teimenses pro rata quisque parte stipendium de agro sacro seu publico in usum templi constitutum solverent (cf. infra, titulos nabatæos Hegræ repertos, in quibus de mulctis inter deos et regem

dividendis agitur). Sic res se habuisse credat qui velit. Nihilominus haud dubium est quin hic de cippo sepulcrali post mortem Salmšezeb erecto non agatur; tali interpretationi superstes tituli textus repugnat, cum, ut satis notum, sepulcrum in templo condere apud Orientales priscos nefanda res et inaudita esset.

Titulus in quatuor pericopas dividendus est. Prima (lin. 1-8) argumentum fortasse continebat et causas indicabat cur Teimenses dii adventicio deo stipendium assignarent et Salmšezeb pro sacerdote ejus haberent. Secunda (lin. 8-15) monumenti erectionem et jura sacerdoti impertita enarrat, necnon et imprecationes in eos qui opus sacerdotis deleverint. Tertia (lin. 15-20) fructus in usum templi consecratos numerat; quarta (lin. 20-23) denique sacerdotis Salmšezeb obsecrationes.

Pericope I. — Lin. 1. Initium omnino deletum; sex litteræ evanuerunt, post quas Halévy legit ||ב שת « (in) anno XXII ». Statum constructum שת pro שנת apud Aramæos olim usitatum fuisse inde apparet; status absolutus שנה bis in titulo nostro, l. 20, legitur; in palmyrenis et nabatæis titulis, qui fere omnes temporis notationem inscriptam ferunt, voc. שנת solum invenitur. Animadvertendum tamen est titulum nostrum remotioribus temporibus adscribendum esse, unde conjicere licet Aramæos, antiqua ea ætate, contracta forma שת usos esse, ut mos erat apud Phœnices et Moabitas; ambas formas שת et שנת antiquitus simul usitatas fuisse verisimile est, si phœniciis titulis credas, in quibus voc. שת frequentius est, שנת vero haud insolitum. (Cf. titulum Eschmunazarium, l. 1, stelam Dibonensem, l. 1 et 8, et cæter., et Schrœder, *Phœniz. Sprache*, p. 106.) Quam si conjecturam accipis, initio lineæ mensis notationem, in fine vero regis Teimensis nomen fuisse non negandum.

Lin. 2. Septem aut octo litteræ initio evanuerunt; quomodo restituendas eas esse putemus, in commentario lineæ 3ª dicemus; deinde צלם satis clarum. Hoc vocabulum primi textus editores « sculptam imaginem » interpretati sunt, collatis palmyrenis aliisque inscriptionibus. Primus Clermont-Ganneau vocabulum pro dei cujusdam nomine habendum esse demonstravit; cf. צלם אלהא in sequente titulo, n° 114. Quis sit nominis divini sensus non clare apparet. Renan, collatis nominibus Σαλαμβώ et Σαλάμβας, quæ cum Schrœdero (*Phœn. Spr.*, 103) contracta pro צלם בעל esse putat, Salm « dei imaginem », subaudito בעל aut אל aut cujuscumque numinis nomine, significare suspicatur; sic פן בעל, שם בעל « facies divina, nomen divinum » in distincta numina transierunt. Quidquid id est, צלם certe deus, quem et ipsum sub diversis nominibus adoratum esse et, adjunctis epithetis, in plura numina quasi disjunctum titulus noster demonstrat; צלם זי מחרם passim et צלם זי הנם semel leguntur; הנם et מחרם aut delubrorum aut civitatum nomina in quibus deus Salm colebatur; cf. אלת די בצלחר in nabatæo titulo urbis Salhad (Vogüé, *Syrie centrale, Inscr. sem.*, p. 111); in nabatæa inscriptione Hegræ civitatis : אגרא די בבצרא (Doughty, *Docum. épigr.*, n° 1; Euting, *Nabat. Inschr.*, n° 21), et in sabæis titulis : עלמקה דהרן, עתתר יהעם דערן, דיהרק (Halévy, *Mél. d'épigr.*, 109); etiam apud Græco-Latinos : *Jupiter olympicus, capitolinus... Venus paphia, Isis pharia*, etc. Vocabula הנם et מחרם duos locos designare videntur; cf. الهجم (Yaḳut, II, 886 ult.), in Yemenensi regione, et محرمة (*ibid.*, IV, 425) prope montem Selma, جبل سلمى, qui orientem versus Teimæ vicinus est. Ubique voc. צלם in statu absoluto apparet, secundum legem quæ nominum propriorum flexiones regit. Lineæ pars sinistra erasa : sex aut septem litteræ deletæ sunt, quas mox restituere conabimur.

Lin. 3. Quatuor aut quinque litteræ initio perierunt; quæ sequuntur perspicua. — אלהי תימא, dii qui Teimæ colebantur, πατρῷοι θεοί civitatis; nomina eorum in lin. 16 reperiuntur : scilicet צלם זי מחרם, שנגלא et אשירא : primum nomen in præcedente linea legendum esse putamus, ubi voc. צלם etiam superest; אשירא, initio lineæ tertiæ, e litterarum vestigiis restituimus : at pro tertio nomine שנגלא vix spatium sufficiens reperitur, nisi admittas vocabula מחרם et שנגלא pressis litteris in secunda linea fuisse; cf., exempli gratia, vocabula בר פטסרי, quæ ita arcte in lin. 11 infra sculpta sunt. — תימא, nomen civitatis eisdem litteris scriptum ac in sacris Bibliis (Gen., xxv, 15; I Par., 1, 30, etc.), Septuag. Θαιμάν, Ptol. melius Θαῖμα, Vulg. Thema. Ultima verba לצלם זי certa sunt, unde necesse fit ut initio lineæ 4ª vocabulum הנם restituamus. De admissione dei Salm Hagamensis inter deos Teimenses agitur; verbum ergo consecrationem indicans initio lineæ secundæ restituendum est, scilicet צדקו בתימא « sanxerunt Teimæ », ultima littera א etiam superstite; de verbo צדקו cf. quæ infra de linea 11 dicentur. Quod si conjecturam illam accipies, littera ל vocabulo צלם præfixa pro nota accusativi et non dativi tibi habenda erit.

Lin. 4. Initio lineæ voc. הנם supplendum, ut supra dictum, post quod sequebatur aliud voc. nunc erasum,

quod e vestigiis aut אלהא aut להן esse suspicamur. Media in linea voc. שמה ביומא certa. Si שָׂמָה, ut in lineis 14 et 22, «nomen ejus» vertas, huic vocabulo sensum tribues ad antecedentem sententiam minime aptatum; melius ergo videtur שָׂמָה «eum instituit» legere. Post ביומא pronomen זן certum; exspectares זנה, ut in linea 22ª, sed litteræ ה vestigium nullum apparet. In extrema linea supersunt litteræ מא, quas ultimas voc. תימא facile agnosces. Quæ si accipies, linea tota tibi restituenda erit : להן שמה ביומא זן בתימא «itaque eum (sc. Salm Hagamensem deum) instituit hac die Teimæ. . . » et sane putabis non alium fuisse institutionis hujus auctorem quam sacerdotem ipsum Salmšezeb, et nomen ejus sequente linea restitues.

Lin. 5. Si præcedenti conjecturæ assentieris, initium lineæ tibi erit . . . צלמשזב בר פטסרי, collata linea 9ª, cujus vide commentarium. Extrema linea desperata.

Lin. 6-7. Omnia omnino deleta et nullo modo restituenda.

Pericope II. — Lin. 8. Exordium sententia capit a voc. להן «propterea», quod frequenter in titulis Hegræ repertis et in aramaicis partibus librorum Danielis et Esdræ legitur. Littera א quæ להן præcedit, majore intervallo distat quam quæ sequentibus litteris adjungatur ad efficiendum vocabulum אלהן «dii». Hic de stela a Salmšezeb sacerdote erecta agi videtur, quæ infra in lin. 13ª vocabulo סותא designatur; hoc idem vocabulum restituendum putamus, antecedente pron. הא et sequente dem. זא, cujus ultima littera superest : הא סותא זא «ea est stela», cui lectioni litterarum vestigia haud obstant.

Lin. 9. זי relat. sicut in titulis omnibus hactenus tractatis. Sequentis vocabuli ultima solum littera superest, ם, sensus vero liquet, sc. «erexit». Verba in ם desinentia habes הקים aut שׂם; prius vero potius nobis videtur, quippe quod vacuum intervallum melius expleat. — צלמשזב, nomen proprium sacerdotis, quod etiam in titulis *b* et *b bis* legitur, cum nomine dei compositum, cui sacerdos inservit, et verbo שזב «liberare», omissa littera י, quæ serius post ש interponitur; cf. in Targ. שֵׁיזֵב, syr. ܫܵܙܹܒ. Interpretandum ergo «quem Salm liberavit», ut jam dictum est. Nomen patris ejus פטסרי, quod contractum a פטאסרי et «Peṭosiri» legendum optime vidit Nœldeke, nomen mere ægyptiacum : «qui Osiridi devotus est»; cf. biblica nomina פוטיפר, פוטיפרע, et quæ sub hoc verbo Gesenius suo in Thesauro contulit; cf. etiam nomina phœnicia quæ cum nomine dei Osiridis efficta sunt (*Corp. inscr. sem.*, I, nⁱˢ 13, 52, 122 et 123) et nomina aramæa cum ægyptiaco *Pet* composita (infra, sub nⁱˢ 125, 138, etc.).

Lin. 10. Initio lineæ duo vocabula deleta quæ facile e contextu et vestigiis litterarum restitues, scilicet בבית צלם «in templo Salm», quæ rursus in linea 12 leguntur.

Lin. 11. Secundum lineæ vocabulum partim erasum, e litterarum vestigiis צדקו restituendum esse bene vidit Halévy, collato voc. צדקתא, quod infra in linea 15ª legitur. Verbum צדק quod non solum «justitiæ, juris» sed etiam «liberalitatis» sensum includit, donis juribusque referendum est quæ dii Teimenses sacerdoti Salmšezeb et posteritati ejus largiti sunt. Animadvertendum est primam verbi litteram צ esse sicut in Daniel, IV, 24, et non ז ut in posterioribus aramaicis dialectis.

Lin. 12. Ultimum voc. גבר «homo», quod primis textus editoribus incertum videbatur, post accuratam lapidis inspectionem pro certo habemus.

Lin. 13. Voc. סותא haud dubium, nec probandus Halévy, qui ספתא conjicit. Sensus e textu pericopes satis clarus; stelam ipsam a Salmšezeb erectam designat; sed qua e radice derivanda sit vox illa, linguis affinibus insolita, haud facile dictu est. Collato hebraico יְסוֹדָה «fundamentum» (Ps. LXXXVII, 1), vocabulum a radice יסד «fundare», non omnino Aramæis ignota, derivare posses, sc. סותא pro יסודתא amissa littera י et assimilatis ד et ת, ut in לַת «gignere» pro ילדת a rad. ילד; cf. quoque hebr. סוד «concilium» pro יסוד ab eadem radice יסד; in syriaco non procul abest voc. ܐܣܬܐ «paries» et «fundamentum», unde verbum ܐܰܣܶܬ «fundare» effingitur, quod confert Neubauer et de quo disseruit Sachau (*Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXXVI, p. 346); cf. et voc. ܐܣܬܘܢ apud Payne-Smith, *Thesaur. syr.*; ita videmus quomodo סותא «stelam» significare potuerit. Non omittendum pronomen זא femininum esse et voc. סותא pro feminino haberi necesse esse.

Lin. 14. ינסחוהי, verbum optativo modo Nœldeke optime agnovit : qui modus et in parte aramaica libri Danielis invenitur : de sensu verbi «evellere», quod semel in Esdra, VII, 11, legitur, cf. hebr. נסח, arab. نسخ et نسخ. — שמה non tantum «nomen ejus» significare, sed hic potius «nepotes ejus», ut quandoque in hebraico sermone (Deut., XXV, 7; Ruth, IV, 5, 10, etc.), observat Halévy.

Pericope III. — Lin. 15. Vocabula זא et הא intervallo disjuncta non in unum coalescunt ut in Targ. הָדָא, syr. ܗܳܕܵܐ, arab. هٰذَا. — צדקתא «donum, liberalitas», cf. צְדָקָה (Dan., IV, 24), Sept. ἐλεημοσύνη et arab. صَدَقَة «dos» et

«almosyna». — Ultimi vocabuli prima littera י tantummodo superest, duæ aut tres aliæ quæ sequebantur evanuerunt; Renan, post Neubauer, optime conjicit יהבו «dederunt». Oportet enim perfectum verbi esse, ut supra, lin. 11, צדקו; quod si enim litteram י pro præfixo imperfecti haberes, ut in vocabulo ינסחוהי, lin. 14, exspectares pluralem in ן desinentem, quod spatii brevitas vetat.

Lin. 16. צלם זי מחרם, nomen divinum «Salm Mahramensis»; voc. מחרם primus legit D. H. Mueller; quam lectionem lapidis inspectio confirmavit, nam vestigium ultimæ litteræ ם manifestum. Hoc numen Halévy æthiopico deo Mahram contulit, qui ex Axumitibus titulis notus est et deo Marti seu Ἄρει haud dissimilis videtur; non recte vero : duo enim vocabula צלם et מחרם per genitivi notam זי copulantur; quæ structura impedit ne numen duplex nomine illo designetur, quales erant Aštar-Camoš, Moloch-Aštarte, etc.; deum habemus in loco Mahram dicto cultum, ut supra dictum est; ex simulacri habitu et hasta inferre possumus deum bellicæ naturæ fuisse et Martiæ cujusdam indolis. — שנגלא, hactenus ignotum nobis numen; terminatio א femineum illud fuisse fortasse indicat; quocum deam babyloniam שַׁנָּל conferre licet, quæ in Bar Bahlulis lexico non altera atque Venus orientalis dicitur esse (cf. Lagarde, *Gesammelte Abhandlungen*, p. 17). — Tertium quoque numen אשירא non aliunde notum; Halévy conjicit cum nomine ejus componi nomen רבאסירא, Ῥαβασείρα, quod in lege portorii palmyrensis (Vogüé, *Journ. asiat.*, 1883; 8e série, t. II, p. 173) invenitur, in quo ס = ש, ut in posteriore aramaico; cf. שימתא in titulo nostro, lin. 18, cum syr. סימתא. Renan existimabat שנגלא et אשירא duorum locorum esse nomina, ita ut dii Teimenses tres Salm fuissent : Salm Mahramensis, Salm Sangalensis et Salm Asirensis; quod probare non possumus : si enim res ita se habuisset, necesse nobis videtur vocabula צלם זי præ שנגלא et præ אשירא repetita fuisse.

Lin. 17. Ultima lineæ littera erasa; si legis או, habes particulam disjunctivam seu explicativam «scilicet» (cf. Gen., XXIV, 55).

Lin. 18. חקלא «ager». Quis sit ager iste incertum. Recte tamen nobis Rubens Duval dixisse videtur hic de agro Teimensi agi de cujus fructu decima pars exacta diis tribuebatur. Fructus præcipue palmis constabat; arbori cuique singulatim vectigal imponebatur (cf. R. Duval, *loc. cit.*). — דקלן «palmæ» primus legit Landauer, teste Nœldekio; numerus XVI nobis, inspecto monumento, certus; sicut numerus V sequentis lineæ.

Lin. 20. Numerus XXI qui duobus signis constat perfectus est, quod sequebatur vocabulum deletum; at facile restitues particulam הָא «en, scilicet», aut זָא «hoc», cf. supra lin. 15 (hebr. זֶה, syr. ܕܐ). — Tertium voc. שנה partim erasum bene legit Landauer, teste Nœldekio. — אלהן vertendum ut supra, scilicet «dii»; Halévy negat deos jubendos esse et interpretatur «magnates» aut «regiam gentem»; assentiri non possumus : sensus «dii» quam optime contextui congruit; ab initio enim tituli usque ad finem de donis et largitionibus agitur quæ «dii Teimenses» sacerdoti filiisque ejus concesserunt; quod dii dederunt dii auferre possunt; eos obsecrat Salmšezeb, non jubet, animos erga se non mutare, eamdemque benignitatem in æternum sibi posteritatique suæ præstare. — ואנש generaliter positum, quare verbum sequitur singulare, quasi dixisset auctor : «Nec dii nec homines, scilicet ne quis educat.»

Lin. 21. יהנפק, fut. *Haphel*, «educat». Hoc vocabulum Halévy primus recte legit; duæ ultimæ litteræ, quas restituit, in lapide agnoscuntur. Vocabulum in titulis Hegrensibus frequentissimum, sed sub recentiore forma, omissa ה, sic ינפק. Forma יהנפק vetustior. Cf. in biblico aramaico vocabula eodem modo scripta יְהַשְׁפֵּל (Dan., VII, 24), הַנְפֵּק (Dan., V, 2; Esdr., V, 14).

Lin. 22. ביתא זנה vocabula primis editoribus dubia, nunc viso lapide certa. Post ea sequitur voc. ולזרעה, cujus duæ mediæ litteræ evanuerunt, sed facile restituuntur.

Lin. 23. Primum voc. Halévy כמריא «sacerdotes» restituit, collato titulo *b* in quo Salmšezeb כמרא dicitur. Litterarum vestigia confirmant. Sequentia vocabula בביתא זנה «in hoc templo» legit, quæ nobis certa videntur; deinde לעלמא «in perpetuum», quod valde probabile.

Sic titulus perfectus videtur esse. Non credimus eum longiorem fuisse, quanquam pars lapidis fracta est. Angulus enim dexter, ut supra dictum, integer; unde liquet damnum sinistro lapidis lateri illatum parvum esse; imo duas ultimas tituli nostri lineas majore spatio quam superiores separatas cernimus, quasi, textu mox exituro, lapidem totum implere voluisset scriba. In angulo dextro speciem litteræ א, quam initium ultimæ lineæ forsan credes, videre tibi videris; sed, inspecto monumento, nihil aliud est quam lapidis erosi menda.

(Impressum mense decembri 1888.)

Conjecturis nostris si assenties, titulum ita restituere ac vertere poteris :

1 [בירח...] בשת 22 [למלכא...
2 צדקו בתימ]א צלם [זי מחרם ושננלא
3 ואש]ירא אלהי תימא לצלם זי
4 [הנם להן] שמה ביומא זן [כתי]מא
5 [צלמשזב בר פטסרי]..... זי
6 .....
7 .....
8 .....א להן [הא סותא ז]א
9 זי [הקי]ם צלמשזב בר פטסרי
10 [בבית צ]לם זי הנם להן אלהי
11 תימא צ[רק]ו לצלמשזב בר פטסרי
12 ולזרעה בבית צלם זי הנם ונבר
13 זי יחבל סותא זא אלהי תימא
14 ינסחוהי וזרעה ושמה מן אנפי
15 תימא והא זא צדקתא זי י[הבו]
16 צלם זי מחרם ושננלא ואשירא
17 אלהי תימא לצלם זי הנם א[ו]
18 מן חקלא דקלן 16 ומן שימתא
19 זי מלכא דקלן 5 כל דקלן
20 21 [הא] שנה בשנה ואלהן ואנש
21 לא יהנ[פק] צלמשזב בר פטסרי
22 מן ביתא זנה ול[זר]עה ושמה
23 כמ[ריא בב]יתא זנה [לעלמא]

1 [*Mense*...] *anni* XXII [*regis*....
2 *sanxerunt in urbe Teima*] *Salm* [*Mahramensis et Sangala*
3 *et A*]*sira, dii Teimenses, Salm*
4 [*Hagamensem. Propterea*] *instituit eum hoc die* [*in urbe Tei*]*ma*
5 [*Salmšezeb, filius Peṭosiri,*].....*qui*
6 .....
7 .....
8 .....*Ea igitur est* [*stela*]
9 *quam* [*erexit*] *Salmšezeb, filius Peṭosiri,*
10 [*in delubro S*]*alm Hagamensis. Nam dii*
11 *Teimenses* [*sanxerunt*] *Salmšezeb, filium Peṭosiri,*

12 *et semen ejus in templo Salm Hagamensis. Et si quis*
13 *destruxerit hanc stelam, dii Teimenses*
14 *evellant eum et semen ejus et posteritatem ejus a facie*
15 *Teimæ. Et hoc est donum quod* [*dederunt*]
16 *Salm Mahramensis, Sangala et Asira,*
17 *dii Teimenses, Salm Hagamensi, scilicet :*
18 *ex agro palmas XVI et ex ærario*
19 *regio palmas V, in summa palmas*
20 *XXI quotannis. Ne dii vel homines*
21 *educant Salmšezeb, filium Peṭosiri,*
22 *e templo isto, nec* [*semen*] *ejus neque posteritatem ejus,*
23 [*sacerdotes*] *in templo isto* [*in perpetuum*].

b ET *b*^{bis}.

Tituli *b* et *b*^{bis}, ut jam diximus, in sinistro lapidis latere exarati sunt, juxta effigiem sacerdotis deum suum adorantis. Amborum textus unus et idem. Alter in facie aræ litteris ita parvis incisus est ut vix legi possit. Alter vero sub pedibus sacerdotis majoribus et perspicuis litteris exsculptus est. Quod si iterationis causam quæres, non alia videtur esse quam quod prior titulus, propter litterarum exiguitatem, non manifestus satis erat.

Utrique communis textus sic legitur :

צלמשזב
כמרא

Id est :

Salmšezeb sacerdos.

Ex titulo duplici patet virum coram ara stantem hunc Salmšezeb esse qui stelam erexit, et imaginem quæ sacerdotem supereminet tuerique videtur dei Salm Hagamensis simulacrum esse.

De monumenti ætate restat ut pauca disseramus. Litterarum forma ea est quam in voluminis hujus procœmio *mediam* (*araméen de transition*) appellavimus et quam ad sextum et quintum ante J. C. sæcula adscribendam esse demonstravimus. Litteræ enim ב et ר priscam formam retinent, dum ceteræ aramaicam jam speciem præbent. Animadvertendum vero est annulos litterarum, quæ ea ætate dehiscere solent, non omnes eodem modo apertos esse. Dum littera *ain* omnino fissa hiat, *res* et *daleth* parvo hiatu finduntur, *beth* fere nullo; quod antiquioris ætatis est signum. Si igitur regulas sequimur quas supra proposuimus, monumentum nostrum ineunte ea ætate effictum æstimabimus quam *mediam* nominavimus. Quam sententiam nobis non solum palæographia suppeditat, sed et archæologia. Anaglypta enim monumento nostro affixa assyriam artem, non persicam, sapiunt et tempora indicant excidio assyrii imperii vicina. Stelam ergo sexto sæculo ante J. C. adscribendam putamus et priori potius quam posteriori hujus sæculi parti.

Recentiorem illam censet Halévy. Cui non assentimur. Sententiam suam Halévy ex eo præcipue ducit quod status emphaticus modo per א modo per ה notetur, et quiescentia י et ו mediis in vocibus sæpius occurrant; respondendum vero textus nostri linguam vetustioris ætatis etiam signa præbere, ut זי et זנה pro די et דנה, ut צ pro ז et ש pro recentiore ס. Expedit ergo philologicas rationes palæographicis archæologicisque rationibus cedere, quæ certioribus rebus solidioribusque causis innixæ nobis videntur.

114

(Tab. X.)

Titulus in parvo Teimensis præfecti castello repertus, quem primi viderunt et delineaverunt C. Huber (*Bulletin de la Société de géographie*, 1884, n° 87), C. Doughty (*Documents épigraphiques*, etc., tab. XXVII), cujusque postea ectypum sumpsit Euting. Quatuor lineis constat quarum initium parum mutilatum fuit. Lapis gallice *calcaire* dictus, qui cavis, nec, ut apud titulos 113 et 115, in altum surgentibus litteris inscriptus est, $0^{m},28$ longus, $0^{m},30$ latus, $0^{m},10$ profundus, nunc in museo Luparensi asservatur. In tabula X imaginem e lapide sumptam habes.

De titulo isto egerunt sequentes :

Noeldeke, *Altaramæische Inschriften aus Teima*, in *Sitzungsberichte der Akademie zu Berlin*, 10. Juli 1884, XXXV, et separatim cusum, p. 7. — Halévy, *Découvertes épigraphiques en Arabie*, in *Revue des études juives*, juillet-septembre 1884, p. 7. — D. H. Mueller, *OEsterreichische Monatsschrift für den Orient*, 1884, p. 209-210. — Clermont-Ganneau, *Revue critique d'histoire et de littérature*, n° 48, p. 443. — A. Neubauer, *Academy*, 10 Jan. 1885, et *Studia biblica*, Oxford, 1885, n° x. — Renan, *Revue d'assyriologie et d'archéologie*, 1885, fasc. II, p. 42.

Hæc leguntur :



יתבא זי קר .

מענן בר עמ .

ן לצלם אלה .

א לחיי נפשה

Lin. 1. Initio tituli priores editores conjiciebant duas litteras deesse et restituebant זן יתבא « hoc est sedile »; melius autem Halévy vidit vestigia quæ supersunt ad unam litteram pertinere, quæ littera מ est, et voc. מיתבא agnovit, quod et in n° 117 statu absoluto מיתב invenitur. Sensus est « cathedra ». Sedem sane designabat, saxo incisam, in qua dei simulacrum certis diebus ponebatur; sic Romani sacros lectisternii ritus agentes *pulvinar* deo parabant; cf. *κλίνην* = ערשא in bilingui titulo palmyrensi Tayibeh reperto, et רבעתא in nabatæa inscriptione musei Parent (Vogüé, *Syrie centrale*, *Inscr. sém.*, p. 50, 113, et infra). D. H. Mueller מיתבא cum vocabulo *manbar* confert, quo in Axumensibus titulis dei Martis « thronus » designatur. Renan cathedram illi similem esse putat quam in ruderibus Umm-el-Awamid reperit (*Mission de Phénicie*, text. p. 707, tab. LIII).

Lin. 2. Prima littera partim erasa, sed facile restituitur ב, quæ duobus ultimis superioris lineæ litteris adjuncta, vocabulum efficit קרב « obtulit ». — מענן, nomen proprium. Cf. apud Palmyrenos מעני, Μαννᾶος (Vogüé, *Syrie centrale*, *Inscr. sém.*, n^is^ P. 27, 37-60), et apud Nabatæos מענא (Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 19). Apud Aramæos Arabiam colentes, ut recte observat Halévy, nomina virorum sæpe in *ân* desinunt; sic et nomen patris Ma'-nan, quod עמרן « Imran » legendum est, restituta initio lineæ tertiæ littera ר, cujus pars solummodo apparet. Cum hoc nomine Nœldeke confert عِمْرَان, inter arabica nomina et Ἐμράνος apud Wetzstein (*Ausgewählte Inschriften aus dem Hauran*, 17).

Lin. 3. צלם אלהא primi editores « simulacrum dei » significare putabant; bene vertit « Salm deum » Clermont-Ganneau, cui assentitur Renan. Verisimile est hoc numen idem esse ac Salm Mahramensem, qui pleno nomine in titulo priore, lin. 16, apparet. Confer quæ de eo nomine sub lin. 2 tituli illius disputata sunt.

Titulus ergo sic restituendus et vertendus est :

[כ]יהבא זי קר	*Cathedra, quam obtulit*
[כ] מענן בר עמ	*Maʿnan, filius ʿImran,*
[ר]ן לצלם אלה	*Salm Deo*
א לחיי נפשה	*pro vita sua.*

Litterarum forma, etsi, ut in priore titulo, *mediæ* scripturæ temporibus adscribenda, recentiorem tamen ætatem indicat. *Qoph* omnino deformatum et ad nabatæam speciem jam tendit; *mim* duas hastas æquales habet; titulum ergo quarto sæculo anteriorem non putamus. Urbs Teima fortasse inter remota ista loca numeranda est, de quibus in procœmio (p. v) disputavimus et ubi priscæ litterarum *zain* et *iod* formæ diutius servatæ sunt. Tituli etiam scriptura peculiaria quædam signa præbet quæ notatione digna credimus. Littera *aleph* non consuetam formam ⊀ habet, sed in crucis similitudinem efficta est cui superne brevis appendix a dextra addita. Si magnam stelam, de qua sub n° 113 disseruimus, sedulo inspexeris, clare tibi apparebit litteram *aleph*, etsi priscæ formæ viciniorem, eodem modo tamen exsculptam fuisse (cf. etiam infra, ægyptiacam stelam et *ostraca* sub n^is^ 122, 129 et sq. descripta). Litteræ fere omnes æquales et ita dispositæ ut versus unusquisque inter duas lineas parallelas facile contineatur; quod in sequente titulo revera effectum est. Quod si nunc titulum n° 72, in inferiore Chaldæa, Telli, repertum conferes, hæc eadem signa animadvertes; clare videbis chaldæum monumentum et Teimensia monumenta affinitate quadam conjuncta et quasi ejusdem esse generis. Quod quidem etsi tibi parvi momenti videtur, notandum tamen existimavimus; doctorum enim sententia inde confirmatur qui antiqua credunt inter Teimam Chaldæamque commercia exstitisse, quæ ad diffundendum aramaicæ linguæ usum non parum contulerunt.

115

(Tab. X.)

Titulus lapide calcario excisus qui pro limine positus erat in domo sacerdotis musulmani Muhammed ibn ʿAtiq dicti. Prior eum delineavit Doughty (*Documents épigraphiques*, tab. XXVII), deinde Euting. Lapis in museum Luparense transvectus est, ubi nunc asservatur. Longus est o^m^,65, latus o^m^,09, profundus o^m^,15. Litteræ in altum surgunt, uti in n° 113. Imaginem sole effictam e monumento in tab. X damus.

De eo egerunt : Noeldeke, *Altaramæische Inschriften aus Teima*, in *Sitzungsberichte der Akademie zu Berlin*, 10. Juli 1884, XXXV, et sep. cus., p. 8. — Halévy, *Découvertes épigraphiques en Arabie*, *Revue des études juives*, juillet-septembre 1884, p. 7. — D. H. Mueller, *Œsterreichische Monatsschrift für den Orient*, 1884, p. 209-210. — Clermont-Ganneau, *Revue critique d'histoire et de littérature*, 1884, n° 48, p. 444. — A. Neubauer, *Academy*, 10 Jan. 1885, et *Studia biblica*, Oxford, 1885, n° x. — Renan, *Revue d'assyriologie et d'archéologie*, 1885, fasc. II, p. 42.



נפש עלן ברת שבען

Primum voc. נפש certum, etsi secundæ litteræ caput erasum; priores tituli interpretes effugit, quamvis in sepulcralibus inscriptionibus frequentissimum; primus hoc Clermont-Ganneau legit et totius tituli sensum agnovit. — עלן nomen propr. quod Clermont-Ganneau cum עלינא, Ἀλαίνης, in titulis palmyrenis confert (Vogüé, *Syrie centrale, Inscr. sém.*, n^is^ P. 10 et seq.); sed nota nomen muliebre esse, cum nomine עלא (*Syrie centrale*, n° P 98, et

Ledrain, *Revue d'assyriologie et d'arch. or.*, 1885, fasc. II, p. 75, n° 4) potius conferendum, adjuncta terminatione *an* quam in nominibus hujus populi frequentem esse jam diximus. — Sequentia voc. ברת שבען vertebat Nœldeke « septuaginta annos natam », quod D. H. Muellerio non placuit; ille intelligit « filiam Sab'an », assentientibus Renan et Halévy; hic biblicum nomen בַּת־שֶׁבַע confert.

Verte igitur :

Sepulcrum 'Alan, filiæ Sa'ban.

Tituli litteræ, omnes æquales, ut jam diximus, inter duas lineas continentur. Formæ superioris tituli litteris similes sunt; uterque eidem ætati adscribendus nobis videtur.

116

(Tab. X.)

Titulus tribus lineis constans, quem primus vidit et delineavit Doughty (*Documents épigraphiques*, tab. XXVII, fol. 52), et post eum Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 9-10); utriusque delineationem in tabula X repetitam invenies. Locum ubi repertus est sic Doughty designat : *Kaṣr Zellum, Teyma;* sed Euting ita : *Teima im Ḳaṣr ed-dâïr*. Litteræ, negligenter excisæ vel tempore deletæ, lectu difficiles sunt; adde quod exemplum Eutingianum ab exemplo Doughtiano valde differt; utriusque imaginem damus. Humanus vultus superiore tabulæ parte barbare exsculptus est; alteram similem faciem Teimæ haud procul a Tlehan invenit Euting : sepulcrales fuisse lapides haud dubium.

Hunc titulum nemo hactenus eruit, nec multa in eo certa :

(?) נפש פתי (?)

(?) בר במת (?)

(?) בר [י]ת[נ]דן (?)

Hoc est :

Sepulcrum . . . .
filii . . . . . .
filii . . . . . .

Voc. נפש et בר probabilia, sed nomina propria valde dubia, neque operæ pretium videtur de eis plura dicere.

Ejusdem ætatis ac superiores tituli, nis 113 et 115, videtur esse noster titulus.

ARTICULUS II.

HEGRA.

Civitas Hegra, El-Hidjr, الحجر apud Arabes, Ἔγρα apud Ptolemæum, Hegra apud Plinium, quæ ex fabella prophetæ Sâliḥ, in Corano narrata, etiam nomine Madaïn-Saliḥ designatur, trium dierum itinere Teima distat in parte arabicæ provinciæ Hedjaz quæ ad septentrionem vergit. Ibi plures reperti sunt tituli nabatæi, qui infra loco in suo describentur; at titulus aramaicus unus tantummodo nobis adhuc pervenit, de quo nunc agendum est.

117

(Tab. X.)

Titulus unius lineæ quem invenit et delineavit Doughty (*Documents épigraphiques*, tab. III, fol. 1) loco dicto Djebel Ethlib. Delineationem ejus in tabula X exhibitam habes.

Edidit Halévy, *Découvertes épigraphiques en Arabie*, in *Revue des études juives*, juillet-septembre 1884, p. 7.

מיתב זי רמננתן בר

Cathedra Rimonnathan, filii. . . .

Sensus plane liquet; voc. מיתב hic perfectum apparet (cf. supra, n^um^ 114); titulus vero imperfectus; fine caret. Cathedram ipsam de qua mentio fit deesse affirmat Doughty; interrupto sane sculptoris opere, antequam perficeretur. In rupe inchoatum fuerat, cujus facies, muri quasi frontem præbens, diversis figuris ornata est, aris scilicet, loculis, basibus, quæ omnes ad res divinas spectant; eodem loco, cella saxo excisa est, quæ ad ritus celebrandos certe parata est (Doughty, tab. XLIV et XLV). Cathedra quam Rimonnathan fieri jusserat eodem modo e saxo exsculpenda erat.

רמננתן, nomen proprium, «Rimmon dedit». De deo Rimmon cf. supra, n^um^ 73. In delineatione animadvertes secundam נ lineæ superpositam; Doughty nos monuit litteram, a se errore omissam, sic posterius additam esse.

Eidem ætati ac priora adscribendum nobis videtur monumentum, id est quarto aut quinto ante J. C. sæculo.

118

(Tab. X.)

Titulus aramaicus saxo urbi Hegræ vicino inscriptus quem viderunt Carolus Huber et Julius Euting. Imaginem apographi ab Eutingo sumpti in tabula X damus.

Edidit J. Euting in *Nabatäische Inschriften aus Arabien*, Berlin, 1885, *Einleitung*, p. 13-14, n° 5.

Titulus sic legitur :



Maʿnallâhî
Naʿamâh.

Lin. 1. מענאלהי, nomen proprium, quod etiam titulo in nabatæo ab Euting edito, *Nabatäische Inschriften*, p. 18-19, n° 56, reperitur. Cum nomine מען, de quo cf. supra מענן, n° 114, p. 116, et divino nomine אלה compositum, cf. arabicum nomen معن الله et nomen Edesseni regis مَعْنُو أَخُو; in fine י suffixum nominum gentiliciorum est.

Lin. 2. נעמה, nom. propr.; cf. nomen muliebre נְעָמָה.

Litteræ tituli hujus eamdem formam præbent ac litteræ titulorum superiorum et eidem tempori adscribendæ sunt.

119

(Tab. X.)

Titulus aramaicus in loco *Al-Khreiby* dicto a C. Doughty repertus et delineatus (*Documents épigraphiques*, pl. XVII). Delineatio ejus lumine solari depicta in tabula X invenitur.

Titulum sic habes :



Mân.

Nomen proprium nondum adhuc repertum, fortasse cum vocabulo aramaico מאן « instrumentum, vas, vestis » conferendum.

Ejusdem ætatis est hic titulus ac tituli superiores.

120

(Tab. X.)

In loco *El-Hadab* الهضب dicto et ad regionem Hegrensem pertinente nabatæos quosdam et himyariticos titulos saxo inscriptos invenit Julius Euting, inter quos titulum priscæ aramaicæ scripturæ vestigia adhuc retinentem. Litteræ, styli acumine leviter et negligenter exaratæ, ad nabatæam formam vergunt et recentiorem ætatem denotant. Eutingianam delineationem damus.

Edidit J. Euting, *Nabatäische Inschriften aus Arabien*, 1885, p. 13, n° 42.

Titulum sic legimus :

ש[לם] ברהם בר נחשאב

Prima littera certa, sed quod sequitur incertum; finis nobis esse videtur, negligenter et cursim scriptus, vocabuli שלם quod initio innumerabilium titulorum hujus generis legitur. Sunt qui, ש abbreviatum pro שלם censentes et sequentem litteram pro א nabatæa habentes, nomen proprium אברהם legant. Dubium vero, etsi nominis proprii ברהם sensum dare non valemus. — נחשאב, nomen patris «Nahaš pater est»; penultima littera dubia; nomen נָחָשׁ «serpens» in Bibliis haud rarum (cf. I Sam., xi, 1; II Sam., x, 2; xvii, 25, 27).

Verte igitur si lubet :

Pax! Birhâm, filius Neḥašab.

Tertio vel secundo ante J. C. sæculo adscribendum videtur.

121

(Tab. X.)

Titulus saxo insculptus in loco *El-Œla* dicto et ab urbe Hegra non multum distante; cujus apographon ab Eutingio sumptum damus.

Edidit J. Euting, *Nabatäische Inschriften*, p. 13, n° 44.



אלנפיו בר עבד[ו]

Prius nomen bene legit Euting; nabatæum est, cum אֵל, إِلٰ «deus El» et نفى «expulit» fortasse compositum; cf. dubium nomen נפיו in Euting, *Nabatäische Inschr.*, n° IV, l. 2. — Secundum vocabulum certe בר, etsi ultima littera ob fortuitam lineolam ע esse videtur. — עבדו, patris nomen, apud Nabatæos frequentissimum; Eutingio assentimur, qui terminationem Nabatæis usitatam nomini restituit.

Vertendum ergo :

Elnafiyu, filius Abdu.

Hujus tituli scriptura locum medium inter aramaicam et nabatæam tenet; filii et patris nomina specie mire discrepant; prioris enim litteræ litteris papyrorum similes sunt in Ægypto conscriptorum; alterius vero litteræ, etsi aramaicam formam retinentes, ligaturis junctæ sunt sicut in titulis nabatæis Hegræ repertis. Titulus ergo, uti prior, tertio vel secundo ante J. C. sæculo nobis adscribendus videtur esse.

(Impressum mensé augusto 1889.)

CAPUT VI.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN ÆGYPTO REPERTÆ.

ARTICULUS I.

MEMPHIS ET VICINIA.

Inter Ægyptios et Aramæos, sicut et alios semiticæ stirpis populos, ab antiquo commercia interfuisse constat. Nonnullos etiam Aramæos, seu mercandi seu alius rei causa, in Ægypto vitam degisse et quodam modo regionis consuetudine motos esse, pro certo habemus : testis ille Teimensis sacerdos, Petosiris, qui, etsi aramaica lingua loquens et aramaico deo inserviens, nomine tamen ægyptiaco appellabatur. Quum Persarum ditioni subacta fuerit Ægyptus, Aramæorum numerus vallem Nili inhabitantium valde auctus est. Aramaica enim lingua, ut jam diximus, utebatur aula persica, quum subjectis cum gentibus communicaret; verisimile est igitur inter magistratus, procuratores, scribas qui satrapibus in regendam provinciam assidebant, multos interfuisse, ex aramaica stirpe oriundos, qui penates suos in Ægyptum transtulerunt; inde quasi aramaica gens fiebat, propriam linguam retinens, sed in ægyptiacos ritus et mores gradatim transiens. Qui status rerum usque ad Alexandri Magni tempus permansit. Postquam vero Lagidarum imperium in Persarum imperii locum successit et græcus sermo prævaluit, ne credas Aramæos aramæumque sermonem subito evanuisse; per plura igitur sæcula in Ægypto aramaice scriptum est; ni mirum ergo si inter innumerabilia antiquitatis vestigia quæ quotidie effossis ægyptiæ terræ visceribus eruuntur, aramaica etiam apparent monumenta. Quæ hactenus reperta sunt, etsi pauca, magni tamen sunt pretii, quippe quæ ad omnes humanæ vitæ partes pertineant. Sunt quæ ad deorum cultum spectant, quæ ad ritus ferales, quæ ad res privatas publicasve gerendas, forsan etiam ad bonas artes colendas. Inter ista pollent papyrorum fragmenta : quæ, etsi ad rem epigraphicam proprie non attinent, operi nostro tamen inserenda putavimus, non solum quod rarissimi sunt papyri, sed quia ab inscriptionibus non sine aliquo detrimento sejungendi nobis videntur. Collati enim papyri inscriptionesque indolem suam et ætatem invicem illustrant. De origine monumentorum istorum disputatum est; qui ea primi explanare conati sunt interpretes, Ptolemæorum temporibus adscribenda esse putabant; pleraque vero nos regnantibus Persis scripta fuisse arbitramur, quod Clermont-Ganneau recte demonstravisse existimamus, sicut e sequentibus argumentis apparebit. Urbem Memphin præcipue ea ætate incoluisse videntur Aramæi; propriam civitatis regionem habitabant quæ ægyptiace *Onḫ-tooui* dicebatur (Brugsch, *Geogr. Inschr.*, t. I, p. 199, 236, et *Zeitschr. für Ægypt.*, 1863, p. 9), sicut Tyrii, Cares, Græci ipsi quorum Herodotus (II, 112, 154) στρατόπεδα descripsit. Suum etiam cœmeterium habebant, teste Maspero, qui dum in Ægypto habitabat, plura vidit monumenta, Saqqaræ ex eodem loco effossa, ad aramaicas sepulturas certe pertinentia, stelam scilicet, hodie in museo Bulacensi asservatam (Maspero, *Guide du visiteur*, n° 5492), quæ, etiamsi anepigrapha, asiaticam artem sapit, necnon et sigilla, cylindros,

vitream supellectilem partim in Ægypto confectam, partim ab Assyria vel Perside manifeste advectam. Aramaicæ isti coloniæ certe adscribenda monumenta de quibus nunc acturi sumus.

122

(Tab. XI.)

Stela ex antiquo cœmeterio, quod hodie Saqqara nuncupatur, anno 1877 effossa, a germanico consule in Ægypto, cui nomen Travers, venditione empta et in Berolinense museum transvecta, ubi nunc asservatur. Paulo post ab ill. viro Lepsio juris publici facta est. Lapis $0^{m},52$, id est uno cubito, altus, in quatuor tabulas divisus est. Summo in margine solaris globus alis pro more explicatis. Superior tabula Osiridis imaginem præbet, in solio sedentis, dextra flagellum sinistraque pedum tenentis. A sinistro latere Isis et Nephthys pone solium stantes; a dextro incedunt vir et mulier erectis manibus deprecantes et longa tunica inde a pectore vestiti, summo corpore nudo. Ambo cæsariem more asiatico comptam capillis in pulvini speciem involutis gerunt, quod Aramæos in Ægypto degentes prodit. Sculptura, etsi ægyptiaco more efficta, nescio quid alienum redolet; signa etiam hieroglyphica, quæ medias inter figuras inscripta sunt, insolerti manu exsculpta fuisse, certis indiciis demonstratur. Erravisse scribam manifestum est. Hic enim et litteras quibus feminæ nomen constat prave miscuit et viri nomen omisit, scripto tantum cognomine ægyptiaco; nonnulla etiam hieroglyphica signa prave delineavit. Quos errores Lepsius emendare conatus est, dum textum sequenti modo transcripsit et vertit; cui Maspero noster assentitur :

Oblatio Osiridi data, principi Amenti, deo magno, domino Abydi, ut det sepulturam bonam (genio) fidelis apud deum magnum matronæ Ahitobu.

Pone viri imaginem legitur :

Peregrinus, cognomen (ejus) Hitop.

Prima ergo tabula, secundum ægyptiacam consuetudinem, defunctorum figuram exhibet, in Orcum ad Osiridem advenientium; vir peregrinus dicitur; nomen aramaicum gerit et cognomen ægyptiacum; mulieris aramaicum solum nomen hieroglyphicis signis transcriptum est.

Secunda tabula sacra funerea pro defunctis apud superos celebrata ostendit. Duobus feretris ad effigiem leonis fabricatis sternuntur conjugum corpora fasciis involuta; vir dextra, mulier sinistra; viri cadaver deorum barbam gerit; sacerdotes duo, alter virilis, altera muliebris sexus, Anubidis personam gerentes, vas lustrale super cadavera sustinent, vir viri, femina mulieris. Sacerdos alius, capillis asiatico more dispositis, medius inter feretra, caudam leonum manibus corripit, quod ab ægyptiacis moribus omnino alienum est. A dextro sinistroque latere stant adolescens et puella lugentes qui mortuorum liberi videntur esse. Prope adolescentem legitur vocabulum quatuor litteris aramæis scriptum, quod infra sub littera B invenies. Juxta feretrum utrumque vas ansatum depositum est,

cujus basis, in cuspidem protracta, quadrato fulcimento infigitur; quod etiam ab ægyptiacis ritibus alienum est. Tertia in tabula viri alicujus quatuorque mulierum effigies cernuntur, capillis more asiatico comptis, necnon viri alterius ægyptiaco vestitu induti. Stant alii, procumbunt alii lugentes et mœrentes; propinquos defunctorum eos jure dices; post virum littera 𐤌 exarata. Quarta tabula titulum aramaicum præbet, quem A notamus; quatuor lineis constat. Imaginem sole expressam ex monumento damus.

De eo egerunt : Auguste Mariette, *Lettre à M. Ernest Desjardins sur deux stèles d'Abydos et une stèle de Saqqârah nouvellement découvertes*, in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions*, t. VII, p. 121. — Lepsius cum Euting adjutore, in *Zeitschr. für ægypt. Sprache und Alterthumskunde*, 1877, t. XV, p. 127. — Prætorius, in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, 1881, t. XXXV, p. 442. — Clermont-Ganneau, *Origine perse des monuments araméens d'Égypte* in *Revue archéologique*, août 1878 et janvier 1879 (separatim cusum, p. 22). — Lauth, *Ægyptisch-aramäische Inschriften*, in *Sitzungsberichte der K. Bayerischen Akademie der Wissenschaften*, Phil.-philol.-histor. Classe, 1878, t. II, p. 97-115 et 148. — W. Wright, cum Euting et Nöldeke adjutoribus, in *The palæographical Society, oriental series, plate LXIII*, imaginem stelæ sole expressam et commentationem edidit.

Titulus aramaicus A sic legendus :



בריך אבה בר חור ואחתבו ברת עדיה כל 2 זי חסתמח קרבתא
קדם אוסרי אלהא אבסלי בר אבה אמה אחתבו
כן אמר בשנת 4 ירח מחיר חשיארש מלכא זי מ[לכיא]
ביד פמן....

Aramaicus textus, sicut ægyptiacus, orationem continet filii pro defunctis parentibus; etsi verba differunt, propositum idem est. Filius Osiridem precibus et oblationibus placare conatur, ut deus parentes in sinum suum accipiat; justos, ut notum, Ægyptii credebant in Osiridem absorberi, et Osirides ipsos fieri; quæ «accessio» in titulo vasis libatorii (infra, sub n° 123) קרבת dicitur.

Lin. 1. בריך «benedictus sit»; pluralem exspectares, quum de duobus mortuis agatur; jam docemur scribam qui textum exaravit, linguæ non penitus peritum fuisse. — אבה, nomen viri, certe aramaicum «pater»; quod serius אבא scriptum. In ægyptiaco textu omissum, secundum Lepsium et Maspero, qui cognomen solum *Hitop* ægyptiacum ab ægyptio scriba inscriptum esse putant. Censet autem doctus vir Lefébure אבה transcriptum fuisse 𓅱𓂋 omissa prima vocali (cf. *bu* et *abu*, *tef* et *atef*, *tum* et *atum*, etc.), dum nomen matronæ *Aḥitobu* contractum et vitiose transcriptum esse putat. — Nomen חור confer cum nabataico nomine חורו (Vogüé, *Syrie centrale*, p. 122, n° 10, et Euting, *Nabat. Inschr.*, n° 10, l. 8, et n° 14, l. 5). — אחתבו, nomen mulieris æque aramaicum, contractum ex אֲחָת אֲבוּהּ «soror patris ejus»; exempla plurima Nœldeke contulit, biblicum אחאב, talmudicum אחדבוי, syriaca ܐܚܐ ܕܐܒܘܗܝ, ܐܚܘܗ ܕܐܒܘܗܝ et ܐܚܘܕܐܒܘܗܝ, *Achudemes*, phœnicium אחמה «frater matris» (Vogüé, *Mélanges d'arch. orient.*, p. 112 et pl. V, n° 9). — Quartum nomen עדיה et עריה legi potest, sed lectura עדיה magis probanda, si biblicum nomen עֲדָיָה et arabica nom. عَدِيٌّ et عَادِيَاءُ confers.

Quæ sequuntur difficultatibus scatent. Interpretes multum discrepant nec omnium sententias referre utile credimus. Nöldeke et Euting, qui maxima auctoritate valent, sequenti modo legunt et vertunt : כל 200 חסתמח קרבתה «vas ducentorum HSTMH obtuli»; verba ista a filio precante dicta esse putant; dubitantes vero; doctos enim viros non effugit quam difficile sit hanc versionem cum reliquo textu conciliare, ubi filius non prima sed tertia persona loquitur. Quid HSTMH? Ægyptiacum vocabulum sane; ægyptologis vero ignotum utpote pondus aut sacram oblationem designet. Præterea signum numerale incertum; particula quæ numerum 2 sequitur nobis non signum «centum» sed relativum זי esse videtur : ultima etiam lineæ littera non suffixum ה est, sed א. Aliam interpretationem ergo persequi necesse est. — כל II nobis «in summa duo» et defunctos designat; sic et Prætorius vertit; quod ægyptiis moribus congruit. — HSTMH nobis certe ægyptiacum et ex rituali funereo assumptum videtur, sicut vocabula ægyptiaca quæ in stelis aramaicis in Ægypto repertis semper leguntur; in dua adjectiva dividendum nobis est, quæ sæpius justificatorum animis attributa sunt : *Hes*, *Hestu* scilicet, et *Ameḥ* : *Hes* in stela Carpentoractensi (vide infra, sub n° 141) plurali numero apparet חסיה. *Ameḥ* in ægyptiaco stelæ nostræ textu legitur, et «fidelis» vertendum est; *Hes*, ut Lefébure nos docuit illum significat «cui deus favet, quem deus adjuvat». — Quod ad vocabulum קרבתא attinet, necesse est ut erravisse scribam arbitremur; quocumque enim nos vertimus, grammaticali obstaculo offendimus; si vocabulum pro substantivo habemus, deest præpositio aut verbum regens; si pro verbo, nihil aliud atque secundam personam designare potest; hæsitavisse scribam ipsum haud dubium est; litteræ sunt confusæ, ב superaddita videtur; corrigendum ergo vocabulum; correctio vero ea accipienda quæ sensum moribus ægyptiacis aptiorem præbet. Sensus nobis clarus, etsi vocabula obscura; de «accessione» defunctorum coram Osiride קדם אוסרי agitur, de vadimonio isto metuendo et stelis in funereis innumerabilibus memorato, quod in superiore stelæ nostræ ipsius tabula figuratur et quasi fundamentum erat totius doctrinæ. Orat filius ut parentes «perfecti et favore divino adjuti» ad deum «accedant» et requiete æterna apud eum et in eo fruantur.

Lin. 2. Sensus plane liquet. אוסרי = [hieroglyphs] eodem modo transcriptum ac in aliis aramaicis monumentis (cf. infra, n°s 123, 141, 142, et phœnicios etiam titulos sub n^is 13, 52, 121, 122); de אוסרי אלהא «Osiris deus», conf. דושרא אלהא in nabatæis titulis. Nota *a* finalem non littera *he* sed littera *alef* reddi, ne *he* simili litteræ contigua sit. — אבסלי, nomen proprium viri offerentis. Conf. biblicum nomen סלי. Viro etiam nomen ægyptiacum quod titulus B aramaicis litteris transcriptum præbet, scilicet חכנא, *Ḥakna*.

Lin. 3. כן אמר «sic dixit», scilicet Abseli; idem ac [hieroglyph] quod in hieroglyphicis inscriptionibus frequentissimum. — מחיר, nomen mensis ægyptiaci, coptice ⲙⲉϫⲓⲣ. — חשיארש, Persarum regis nomen quod in vetere Persarum lingua *Ḥšiyarš*, in biblico vero aramaico אחשורוש transcriptum, *vulg.* «Assuerus», a Græcis Ξέρξης pronuntiatum est; ægyptiacis litteris [hieroglyphs] transcriptum. Transcriptio autem nostra persico simillima. — Ultimum lineæ vocabulum מ[לכיא] restituendum, unde fit «rex regum», solemne, ut notum, Persarum regum nomen.



Lin. 4. Primum vocabulum Euting בים legit, secundum, restituto ח initiali, חכמן : quæ «die sapientium», dubitanter vero, interpretatur. Lauth «diebus Achemenis», id est satrapæ alicujus qui regionem regebat. Nobis tertia littera מ esse non potest; certe ד vel ר; fortasse legendum ביד «manu». Quæ sequitur lacuna inscriptam litteram nunquam præbuit; fortuita excavatio videtur; postea litteræ פמן certæ videntur; nomen proprium ægyptiacum quod in papyro Borgiano (vide infra, n^um 148) etiam legitur; nomen fortasse scribæ qui titulum inscripserit vel sculptoris qui stelam insculpserit; deinde tres lineolæ quarum sensus nos fallit, vix enim putandum est eas tres monades effingere.

Vertendus ergo nobis titulus est :

Benedicti Aba, filius Ḥor, et Aḥatbu, filia Adaya, ambo perfecti et divino favore adjuti, accedentes coram Osiride deo. Abseli, filius Aba, et cujus mater Aḥatbu, sic dixit, anno IV, mense Meḥir (regni) Xerxis, regis regum. Manu Pamen . . . . .

Quartus regis Xerxis annus anno 482 ante J. C. respondet. Eximii ergo est pretii monumentum, quippe quod certissima præbeat ad instituendam scripturæ aramaicæ historiam argumenta. Quæ jam in proœmio voluminis hujus protulimus, quum ætatem scripturæ istius definire conati sumus, quam «mediam» diximus. Quod vide (supra, p. III).

B.

חכנא

Ḥakna, nomen ægyptiacum viri cui aramaicum nomen Abseli. Femineum solum hactenus notum (Lieblein, n^is 113, 1314). Affirmat vero Maspero masculinum etiam exstitisse a radice , *Hakonu*, *Hakoni*, «ille qui invocat, qui adorat».

123

(Tab. XII.)

Vas libatorium in ruinis Serapæi Memphitici repertum et nunc in museo Luparensi asservatum; quod paucos ante annos Mariette invenit, quum celeberrimum hypogeum effoderet, ubi immanibus in sarcophagis recondebantur taurorum corpora, quos imaginem dei Osiridis esse credebant Ægyptii. Lapis est oblongus, o^m,29 altus, o^m,58 longus et o^m,34 latus, cujus interior pars excavata et interposita pariete in duo labella divisa est; superne canaliculus in rostrum desinens ad effundenda libamina. Titulus aramaicus in facie anteriore exaratus; imaginem damus ex ipso monumento sumptam.

De eo egerunt: Duc de Luynes, in *Bulletin archéologique de l'Athenæum français*, n°s 8 et 9, 1855. — Renan, *Journal asiat.*, avril-mai 1856. — Ewald, *Erklärung der grossen phœnizischen Inschrift von Sidon und einer ægyptisch-aramäischen*, in *Abhandlungen der königl. Gesellsch. der Wissenschaften zu Göttingen*, t. VII, 1856 (separatim cusum); cf. *Nachrichten von der königl. Gesellsch. der Wissenschaften zu Göttingen*, 1856; *Jahrbücher der Biblischen Wissensch.*, 1856, et *Götting. gelehrte Anzeigen*, 1857. — Abbé Bargès, *Nouvelle interprétation de l'inscription phénicienne découverte par M. Mariette dans le Sérapéum de Memphis*, in *Revue de l'Orient*, Paris, mars 1856. — Levy, in *Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, t. XI, 1857, p. 65. — Merx, in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, t. XXII, 1868, p. 693. — Lauth, in *Sitzungsber. der k. b. Acad. der Wiss. zu München*, Phil.-philol.-hist. Classe, 1878, t. II, p. 131. — Prætorius, in *Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, t. XXXV, 1881, p. 442. — Ledrain, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, 1884, p. 21.

Titulus sic legitur :



Vocabula sic scindimus et hebraicis litteris transcribimus :

חתפי לקרבת בנת לאוס

רי חפי עבד אביטב בר

בנת כהי עבד קדם אוס

(ח) רי חפי

Lin. 1. חתפי ægyptiaci vocabuli HTP «oblatio» meram esse transcriptionem Levy primus conjecit. Assentitur Prætorius, nescit vero utrum terminatio י ægyptiaca sit an semitica. Maspero autem nos docet priorem vocabuli formam fuisse *Hotpit;* posterius vero terminationem T feminini generis evanuisse, ita ut, Persarum ætate, *Hotpi* pronuntiatum sit. Aramæus igitur scriba vocabulum scripsit sicut audivit. — קרבת = קַרִיבוּת chald. et syr. «accessio» de adventu mortui in Orcum agitur qui «ad Osiridem accedere» dicebatur, quippe qui Osiris ipse fiebat, si justificatus. Levy קרבת = קֻרְבָּן sumebat et «oblatio pro sacrificio» vertebat. Merx verum sensum proposuit. — בנת nomen proprium ægyptiacum Levy agnovit; quem secuti omnes interpretes; nos etiam assentimur; sed de pronuntiatione et interpretatione disputant. Levy *Bennith* contractum ex בֵּן־נִת «filius deæ Neit» legit; obstat quod בֵּן hebraicum et a titulis nostris alienum, qui semper vocabulo בַּר utuntur. Merx litteram ב pro articulo ægyptiaco *pa* sumit, unde *Pa-nut* vel *Pa-neit* «qui deæ Nut, vel deæ Neit, est». Prætorius negat ægyptiacum *p* per semiticum ב unquam transcriptum fuisse, meliorem vero nominis interpretationem proferre nequit. Maspero nos docet simias quæ solem occidentem adorant, in textu hieroglyphico *Baniti, banit*, nominari id est «salientes»; quod nomen etiam viri potest esse. *Banit* ergo defunctus qui ad Osiridem accedit et cujus filius monumentum consecravit.

Lin. 2. אוסרי חפי nomen dei Osiridis-Apidis quem Serapidem Græci dicebant, quique Memphi peculiariter colebatur; primus legit Renan. אוסרי = jam notum (cf. supra, n^um 113). חפי = *Hapi*, nomen dei Apidis, eodem modo transcriptum in compositione plurium propriorum nominum legitur (cf. inf., n^um 142), quæ transcriptio a Septuaginta etiam nota erat, nam, ut ingeniose notat Levy, vocabulum נִסְחַף «computruit» (Jer., XLVI, 15) in duas partes dividentes, נס חף, verterunt : ἔφυγεν Ἄπις ὁ μόσχος. — אביטב nomen semiticum haud dubium, conf. hebr. nomen אֲבִיטוּב «pater felicitatis», I Chr., VIII, 11; vertendum ergo «pater boni». Nomen viri voventis qui et defuncti Banit erat filius.

Lin. 3-4. Verbum עבד hic denuo repetitum novæ pericopes initium indicare videtur. כהי «sic» interpretatur Levy, collatis talmudicis voc. כהאי et כין ex כהין et כהן fortasse decurtatis, cf. sub n° 122 כן אמר «sic dixit»; putaverunt Merx et Ledrain hic de altera oblatione agi, vel de frusto panis, ut vult Merx, conferens copticum ⲕⲟϩ et ⲕⲟϩ ⲛ̄ⲟⲉⲓⲕ, vel de victimæ humero qui ægyptiace *kahu* nuncupatur, ut mavult Ledrain; cui vero interpretationi non assentimur; vas enim libatorium ipsum obtulit Abiṭab, aram scilicet multis libaminibus per longum ævum præparatam, et ad offerendas victimas minime aptam. — Ultima verba אוסרי חפי haud dubia; nota vocabulum אוסרי חפי, ut in lin. 1-2, scissum, scilicet אוס superna in linea et רי חפי inferiore in linea scriptum esse; litteram ח, quæ lineæ initio ultimæ apparet, errore aliquo exaratam esse manifestum. Lapicida totum nomen אוסרי in fine lineæ superioris se scripsisse credens, initio lineæ alterius nomen חפי insculpere incepit; postquam primam litteram ח insculpsisset, erroris sane conscius, spatium parvum erroris notandi causa reliquit et finem nominis Osiridis exaravit; littera ista ergo omnino omittenda.

Verte igitur :

Oblationem pro accessione Banit ad Osiridem-Apidem fecit Abiṭab, filius Banit; sic fecit coram Osiride-Apide.

De ætate monumenti pauca addemus. Si superius monumentum comparabis, cujus ætas certa, videbis litteras ב, ר, ס in titulo nostro antiquiorem formam exhibere, reliquas vero, et præcipue litteram י, recentiorem. Recentius ergo nobis est monumentum, id est exeunti quinto ante J. C. sæculo adscribendum.

124

(Tab. XIII.)

Sigillum in scarabei formam effictum, in ea Saqqarensis cœmeterii parte repertum, quæ sepeliendis Aramæis addicta videtur; nunc in museo Bulacensi asservatum sub n° 5797, ornamenta

varia exsculpta præbet quæ artem ægyptiacam redolent, sed manum syriacam produnt : scarabeos scilicet alatos, deæ Past caput inter duos uræos, et caules papyraceos in ordinem distributos. Titulus aramaicus superiore in parte exaratus; imaginem ex monumento damus.

De eo egerunt : Maspero, *Guide du visiteur au musée de Boulaq*, 1883, p. 396. — J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, in *Sitzungsberichte der königlich-preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, 1885, fasc. XXXV, sub n° 45 (separatim cusum, p. 11).

Titulus sic legitur :

(*Sigillum*) τοῦ *Hadadezer*.

Nomen proprium *Hadadezer* « cujus auxilium Hadad est », Davidis tempore a rege Syriæ Sobensis gestum, e Bibliis bene notum. De deo solari Hadad confer quæ supra sub n° 75 dicta sunt.

Litteræ ad antiquam scripturam aramaicam pertinent et eamdem ætatem produnt quam sigilla in Assyria reperta, id est, sextum vel septimum ante J. C. sæculum. Monumentum septimo potius sæculo adscribendum nobis videtur, ergo eo tempore exaratum quo Ægyptus in Persarum ditionem nondum subacta erat.

ARTICULUS II.

ABYDUS.

Quum de phœniciis graphidibus seu proscynematibus Abydi, in templo Osiridis, repertis ageretur (vide supra, part. I, t. I, p. 119), monitum est aliquot inscriptiones aramaicas eodem in loco eisdemque incisas parietibus inventas esse, quæ a mole phœnicia segregandæ et ad aramaicam nostram partem remittendæ erant. Numeris eas 4, 7, 9, 13 in apographis suis Deveria designavit, numeris 7 et 9 Brugsch in suis (quorum posterior Deverianis nis 4 et 7 respondet). Apographa autem Deveriana et Brugschiana in tabulis primi primæ partis voluminis XVIa, XVIIa et XVIIIa depicta invenies. Titulos aramaicos, una cum phœniciis, e Deverianis apographis primus edidit et interpretatus est Zotenberg (*Journal asiatique*, 1868, sér. VI, t. II, p. 431-450), et post eum sedulo discussit A. Levy (*Phœnizische Studien*, fasc. IV, 1870, p. 18 et seq.). Exeunte anno 1883, alia graphidum istarum apographa sumpsit vir doctus Sayce, quæ cum interpretatione et commentatione nova juris publici fecerunt Josephus et Hartwigius Derenbourg (*Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, ann. 1, n° III, p. 81-101). Cave autem ne ultra valorem Sayciana apographa existimes; quo tempore enim delineata fuerunt, jam plures fere omnino evanuerant litteræ, teste Maspero (vide supra, part. I, t. I, p. 119), easque ex conjectura restitutas fuisse verisimile est; inde illa inter et Deveriana Brugschianaque apographa frequens discrepantia; priores vero lectiones potius quam posteriores sequendæ. Verum disquisitiones utriusque Derenbourg, quod ad titulos aramaicos attinet, minoris nobis erunt auxilii, quoniam auctores isti titulos pro phœniciis habuerunt.

Titulos quos sub nis 3, 5 et 14 Deveria, sub nis vero 3, 4, 5 Brugsch delineavit, omittendos esse putavimus, quamvis aramaicam quamdam speciem præbeant, utpote qui de illis nihil certi elicere potuerimus.

Typis jam commissus articulus iste tabulæque nostræ insculptæ erant, quum nobis pervenerunt apographa quæ Maspero, adjuvante Grebaut, anno 1886 Abydi ipse sumpsit. Nuperrime etiam tria apographa nobis benevole misit Euting, quæ mense martio hujus anni 1889 delineavit. Quæ infra in textu inserta invenies.

125

Deveria, 4; Brugsch, 9; Sayce, 6.

(Tab. XVI et XVII *primæ partis.*)

Apographon a Maspero et Grebaut sumptum hic damus.

De hoc titulo egerunt : Zotenberg, A. Levy, Josephus et Hartwigius Derenbourg locis citatis.



חורי בר בנבנא

Ḥori, filius Bagbagæ.

Litteræ conspicuæ et vix dubiæ; Sayciano vero in apographo ultima ultimi vocabuli littera prave delineata. Notanda est littera י in voc. חורי eodem modo ac in papyris aramaicis scripta; in nomine בנבנא tertiam litteram ב esse ex apographo v. cl. Maspero liquet; ultima cursivam præbet formam. Nomen חורי, quod Zotenberg חורא, Levy vero חפרא legebant, in Bibliis, I Chr., v, 14, reperitur; non longe abest nabataicum חורו; cf. Vogüé, *Syrie centrale*, p. 122; Euting, *Nabatæische Inschr.*, nos 10 et 14. Hic ægyptiacum esse videtur, ab Ḥori nomine detractum et virum significare « qui Ḥori dei est ». — בנבנא, patris nomen, quod Zotenberg et Levy intentatum reliquerunt, aliunde adhuc non notum; cf. arabica voc. بَجْبَاج et بَجَاج « corpulentus ».

126

Deveria, 7; Brugsch, 9; Sayce, 5.

(Tab. XVI et XVII *primæ partis.*)

De eo egerunt iidem qui de titulo præcedente.

ברך פטמן בר ש...

Benedictus sit Petammon, filius Š...

In Deveriano et Brugschiano apographis litteræ certæ, in Sayciano prima et tertia litteræ partim evanidæ, atque י in nomine פטמון omissa. — ברך cum בריך, quod nabataeis in titulis sæpius legitur (vide *Zeitschr. der deutschen morgenl. Gesellsch.*, 1860, t. XIV, p. 390 et sqq.), bene contulit Levy vertitque « benedictus sit »; nos assentimur.

(Impressum mense augusto 1889.)

— פטמון «deo Ammoni devotus», ægyptiacum nomen cum voc. ægypt. *peṭ* et nomine dei Ammonis compositum; cf. supra, n^um^ 113, et infra, n°s 138, 147. Zotenberg et Levy, primam pro ג litteram habentes, legebant נטמון, quod sensu caret. — Nominis patris prima tantum superest littera.

127

Deveria, 9; Sayce, *ad calcem, sine numero.*

(Tab. XVII *primæ partis.*)

De eo egerunt iidem qui de superioribus numeris.

Titulus duabus constat lineis quarum prior certa, altera vero lectu difficillima. Legimus :



ברך בלהבה

. . . . . .

Benedictus sit Belhabe.

. . . . . .

Lin. 1. De voc. ברך vide quæ sub præcedente numero dicta sunt. — בלהבה «Bel, da eum» interpretamur, nomenque e nomine divino בל et verbo יהב «dedit» cum suffixo pronominali contractum esse putamus. Zotenberg legebat כל חבה et vertebat «omnis.....»; Levy rectius nomen proprium agnovit et legit, nullam vero nominis interpretationem proferre ausus est.

De secunda linea nihil certi asserendum. Initio fortasse signa numeralia; aspectu potius demotica quam aramaica. Zotenberg tacet; Levy vero conjicit tres priores litteras signa numeralia esse, scilicet numerum 10 bis repetitum lineolamque monadem 1 indicantem; cæteras litteras legit נכא «Necho», dubitanter vero; quasi «annos XXI regis Necho» notatos haberemus; quod non probandum videtur. Signa similia in n° 5 Deveriano, quod prætermisimus, agnoscenda etiam esse putabat Levy.

Apographo suo notulam *probably demotic* superscripsit Sayce; Josephus et Hartwigius Derenbourg titulum pro phœnicio, ut jam dictum, habuerunt. Nobis litteræ sine dubio aramaicæ.

128

Deveria, 13; Sayce, 14.

(Tab. XVI *primæ partis.*)

De eo egerunt : Zotenberg, *l. c.* — Doctor Ricque, *Journal asiat.*, 1889, sér. VI, t. XIII, p. 382. — Denuo repetiit Zotenberg, *ibid.* — A. Levy, *l. c.* — Josephus et Hartwigius Derenbourg, *l. c.*



ברך ... אבל לאסרי

Ex apographo Deveriano plura eruere difficile. Insulsa doctoris Ricque versio omnino rejicienda. Zotenberg et Levy unum vocabulum ברך retinuerunt. Nos ad calcem nomen dei Osiridis legendum esse putamus sicut in titulo

sub n° 130 descripto. Cætera intentata linquimus. Apographon Saycianum nobis parvi pretii, nam nonnullæ litteræ ex conjectura delineatæ vídentur; J. et H. Derenbourg ergo assentiri nequimus, qui eo usi sunt.

Vertimus igitur :

Benedictus sit ..... ab Osiride.

129

Brugsch, 7; Sayce, 11.

(Tab. XVIII *primæ partis.*)

Titulus tribus constat lineis, negligentius scriptus quam ut certa interpretatio dari possit. Imo apographa quibus uterque Derenbourg usus est, Brugschianum scilicet et Saycianum omnino differunt. Sermone phœnicio titulum interpretari conati sunt in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale,* l. c., sequente modo :

אנך טלכש בם	*Ego, Malikhuš filius...*
יתן בם עגלפתח בם נמפש	*...yathon, filii Agliftah, filii Namfaš*
תיפני.....	..... *ex....*

Quos sequi non possumus, litteras enim pro aramaicis habendas esse clare ex apographis a Maspero et Julio Euting sumptis apparet; quæ hic inserenda, v. cl. Maspero apographon sub *a* et Julii Euting apographon sub *b*, curavimus, quia tabulæ nostræ jam confectæ erant, ut supra diximus.

a



b



Ex his apographis titulum sic legimus :



תרדמנא פשר זא

וקרב מי פלותא....

.....

Lin. 1. תרדמנא forsan « somnium nostrum » vertendum, si hebraicum vocabulum תַּרְדֵּמָה confers. — פשר « explicuit, interpretatus est », in libro Danielis frequens. — זא, pronomen demonstrativum femininum, quod in stela Teimensi et in papyris Blacassianis occurrit; cf. n°s 113 et 145 *b*.

Lin. 2. Initio lineæ וקרב « et obtulit » valde probabile. — Quod sequitur forsan מי פלותא « aquæ miraculorum (?) ». Finis sane nomina propria continebat, quæ elicere non valemus.

Lin. 3. Signa eruere non potuimus. De somnii interpretatione et libatione aliqua agi videtur; versionem tamen haud sine dubio proponimus, quum pro somnio vocabulum חלמא et non תרדמא e tessera Elephantina usitatum fuisse compertum habemus; cf. infra n^um^ 137.

Verte igitur si lubet :

Somnium nostrum interpretatus est hoc
et obtulit aquas miraculorum (?).....
.....

130

Titulus ineditus unius lineæ quem primus Maspero et deinde Julius Euting (hic bis eodem die, mane scilicet et sero) delineaverunt; quorum apographa hic damus, v. cl. Maspero apographon sub *a* et apographa Julii Euting sub *b*.

a



b



Collatis apographis textum sic legendum esse putamus :

כמר הפרא (?) בר חרי קרם אוסרי

Primum vocabulum ex apographo v. cl. Maspero nobis certum videtur : כמר « sacerdos », notum, verbum vero ex eo deductum cum sensu « sacerdotali munere functus est » hactenus non repertum, sed hic agnoscendum existimamus. — הפרא, nomen proprium incertum; si vero הפרא legis, confer cum Maspero ægyptiacum *ḥopri* vel *ḥoprii* significans « qui dei ḥopri (scilicet solis) est ». — Nomen patris idem nobis videtur ac חורי (cf. n^um^ 125). Finis certus. Confer stelam Saqqarensem sub n° 122 et stelam Carpentoractensem sub n° 141.

Vertimus igitur :

Munere sacerdotali functus est Hofra (?), filius Ḥori, coram Osiride.

131

Titulus eodem in loco a Julio Euting delineatus; cujus apographon, sicut superius, hic insertum damus.



Duabus constat lineis quæ non eadem manu exaratæ videntur. Priorem, minoribus litteris conscriptam, legere non valemus; posterior unum vocabulum præbet, conspicuis litteris scriptum, quod sine dubio legitur :

 ברכא

ברכא = בְּרִיכָא « benedicta »; cf. n°s 126, 127, 128, 135 et 136.

Verte igitur :

Benedicta sit !

132

Proscynema cujus apographon a Maspero sumptum hic insertum damus. Ineditum.



נפרחונת

ברך מן

קדם....

Lin. 1. Nomen proprium incertum, forsan נפרחונת legendum, quod ægyptiace scriptum esset  aut  *Nofirḥontu* (*Neferḥontu*) aut *Nofirḥonti* (*Neferḥonti*) « qui bonus (felix) est ascendendo vel subeundo flumen ». Nomen non adhuc inventum : exstitisse autem existimat Maspero ex analogia nominum  Νεφεσώχρις,  Νεφώθης, etc., quæ eodem modo formata sunt quo 

Lin. 2-3. De vocabulis ברך מן קדם cf. infra, sub n° 141, stelam Carpentoractensem, l. 4; sequebatur dei nomen, quod deletum.

Verte igitur :

Neferḥont (?).....
Benedictus sit coram.....

133

Apographa damus quæ Maspero et Grebaut, quisque pro sua parte, delineaverunt, apographon vero v. cl. Maspero sub *a* et apographon Grebautii sub *b*.

a



b



בר מתת....

.... *filius Mattat.*

Nomen prius deletum, agnoscere non potuimus; alterum a radice hebraica נתן derivandum; cf. מַתַּת «donum» et nomina propria מַתַּתָה et מַתַּתְיָה.

Quod ad proscynematum istorum ætatem attinet, quæ sub nis 125 et 128 quinto ante J. C. sæculo, cætera vero quarto adscribenda nobis esse videntur.

ARTICULUS III.

LOCUS DICTUS AHMIN.

134

Proscynema quod Maspero et Grebaut anno 1886 in valle Aḥmin dicta invenerunt. Sane inter numerosos titulos, ægyptios, græcos, copticos etiam et arabicos exaratum est. Apographon v. cl. Maspero sub *a*, Grebautii sub *b* damus. Ineditum.

a



b



.....בר פ[ט]פתח קדם.....

Nomen initiale deletum; nomen patris פטפתח restituendum esse putamus, id est «qui dei Ptaḥ est»; ægyptiace . Ultimi nominis vestigia aliqua tantum supersunt; Maspero nos docet apud Panopolitanos deum *Mânu* vel *Ḥônu*, græce Χέμμις, cultum esse; an de hoc numine hic agatur, dubium.

..... *filius Petphtaḥ coram*.....

Hoc proscynema quarto ante J. C. sæculo adscribendum esse putamus.

ARTICULUS IV.

LOCUS DICTUS WADI ES-SABA RIGALEH.

135

(Tab. XI.)

Doctus vir Flinders Petrie, dum littora Nili anno 1887 explorabat, ægyptiaca proscynemata innumerabilia saxis inscripta, in loco dicto Wadi es-Saba Rigaleh, invenit et transcripsit; inter quæ duo aramaica. Unius delineationem professori Sayce tradidit qui versionem textus proposuit; alterum vero ineditum remansit. Prioris imaginem a delineatione Sayciana damus.

Flinders Petrie, *A season in Egypt*, 1888, tab. XVI, n° 523. — Sayce, in *Babylonian and Oriental Record*, t. I, p. 193.

Titulum sic legimus :



ברכא הגה לאסי

ברכא = בְּרִיכָא part. pass. fem. quod sub n° 131 jam occurrit; confer et n°s 126, 127, 128 et 136. — הגה, nomen propr. fem. a radice הגא «meditatus est». — לאסי, nomen deæ Isidis cum præp. ל. אסי = sicut אוסרי = ; Sayce nomen divinum agnovit, primi vero vocabuli sensus eum fefellit.

Vertimus igitur :

Benedicta sit Haga ab Iside.

Sexto vel quinto ante J. C. sæculo adscribendus videtur titulus.

136

(Tab. XI.)

Proscynema ut superius saxis eisdem inscriptum et a Flinders Petrie delineatum; cujus apographon damus.

Flinders Petrie, *A season in Egypt*, tab. XVI, n° 519.

Textum negligenter exaratum et insolerti manu transcriptum, haud sine dubio legimus ut sequitur :



ברך עזיזו בר שפר לעחר

Benedictus sit Azizu, filius Šapir ab Aḥor.

עזיזו, nom. proprium a titulis palmyrenis et nabatæis jam notum, sed lectu dubium; necesse est ut credamus illum qui apographon delineavit, litterarum formam non clare agnovisse. — שפר = שַׁפִּיר «pulcher» nom. proprium. — עחר, nomen numinis quod etiam in papyro Luparensi reperiemus (infra sub n° 146), hactenus ignotum. In textu hieroglyphico non occurrit, teste Maspero, qui illud potius semiticum esse deum putat.

ARTICULUS V.

ELEPHANTINA.

137

(Tab. XII.)

Tesseræ seu ὀστράκου fragmentum, quod anno 1886, mense februario, propter Syenen, in insula Ægypti cui nomen Elephantina egr. vir Erman reperit; nunc in museo Berolinensi asservatum. In utraque facie titulus aramaicus calamo inscriptus est; imaginem damus ex monumento sole expressam.

Edidit cum interpretatione Julius Euting in Academia scientiarum Berolinensi : *Sitzung der philosophisch-historischen Classe vom 12 Mai 1887* (separatim cusum cum titulo : *Epigraphische Miscellen*, zweite Reihe, von Julius Euting, p. 1, n° 99, tab. VII).

Titulum sic legimus :

A

כען הלו חלם	𐡊𐡏𐡍 𐡄𐡋𐡅 𐡄𐡋𐡌
1 חזית ומן	1 𐡄𐡆𐡉𐡕 𐡅𐡌𐡍
עדנא הו אנה	𐡏𐡃𐡍𐡀 𐡄𐡅 𐡀𐡍𐡄
חמם שגא	𐡄𐡌𐡌 𐡔𐡂𐡀
[א]תחזי חז[ו]	[𐡀]𐡕𐡄𐡆𐡉 𐡄𐡆[𐡅]
מלוהי	𐡌𐡋𐡅𐡄𐡉
שלם	𐡔𐡋𐡌

B

כען הן צבתי	𐡊𐡏𐡍 𐡄𐡍 𐡑𐡁𐡕𐡉
כל תזבניהמו	𐡊𐡋 𐡕𐡆𐡁𐡍𐡉𐡄𐡌𐡅
יאכלו יאנקיא	𐡉𐡀𐡊𐡋𐡅 𐡉𐡀𐡍𐡒𐡉𐡀
הלו לא	𐡄𐡋𐡅 𐡋𐡀
שאר	𐡔𐡀𐡓
קטין	𐡒𐡈𐡉𐡍

(Impressum mense augusto 1889.)

Titulum integrum nos habere e pluribus signis manifestum. Inspecta enim tessera te non fugiet extremas versuum partes integras esse; modo vacua manent spatia quæ lineam perfectam denotant, modo litteræ pressæ vocabulum produnt arctiore in loco desinens; imo א ultima littera lineæ tertiæ B ab auctore superscripta est, quia illi spatium sufficiens deficiebat. Quas rationes pro initio linearum æque valere profitendum est; etenim, titulis utraque in facie inscriptis, si finis linearum tituli A integer est, initium linearum tituli B quoque intactum nobis pervenisse liquet; et, vice versa, si ad calcem linearum tituli B nihil deest, perfectum æque initium litterarum tituli A agnoscendum est. Qua re permoti sensum consentaneum eruere conati sumus. De somnii interpretatione sine dubio agitur. In Elephantinæ ruderibus, ut notum, sexcentæ tesseræ inventæ sunt, ægyptiacis, græcis aut copticis litteris conscriptæ, quæ ad omnes vitæ usus spectant. Inter quas multæ somnii aut somniorum narrationem continent. Doctus vir Revillout, qui his monumentis illustrandis peculiariter studium dedit, nos textuum ordinationem docuit. Mulier aut vir, qui somnium aut somnia viderat, brevem visionis narrationem tesseræ inscribebat, tesseramque sacerdoti porrigebat ad accipiendam interpretationem. Si plurium somniorum narrationes eidem tesseræ commiserat, eas in ordinem distribuebat et numero designabat. (Conf. Revillout, *Revue égyptologique*, an. II, p. 144; Brunet de Presle in *Notices et extraits des manuscrits*, t. XVIII, part. II, p. 320-323.) Responsiones nullæ inventæ sunt, quippe quæ verbatim a sacerdotibus sæpius datæ sint. A tessera nostra liquet interpretes, etiam lingua aramaica loquentes, in præcipuis templis Ægypti sacris functos esse officiis. Restat ut sensum textus elicere conemur, quod difficile, quum non solum litteræ arduæ, sed et materia obscura valde. Euting, fragmentum esse reputans, lineasque credens et initio et fine carere, verborum connexum non agnovit, etsi vocabula sicut nos fere omnia separatim legerit.

Facies A, lin. 1. כען «nunc» e libris Danielis et Esdræ bene notum, procul dubio hoc in sermone usitatissimum, utpote initio faciei alterius repetitum. — הלו «ecce» in libro Danielis אֵלּוּ scriptum, rursus in B invenitur.

Lin. 2. Primam litteram Euting ג legebat, cujus hastæ superne separatæ; nobis hasta prior numerus I; hasta altera nihil aliud nisi cauda elongata litteræ כ quam initio lineæ primæ habemus. Ergo «somnium primum». Τὸ *πρῶτον ἐνύπνιον* (papyr. n° 50, Brunet de Presle, *loc. cit.*). — חזית «vidi» primam personam perfecti esse e vocabulo אנה, quod sequitur, liquet (cf. Ὦμην, *ibid.*).

Lin. 3. שנא «errans»; a radice סנא «multum esse» hoc vocabulum deducebat Euting et pro adverbio «multum» tenebat, sed adverbium סניא vel, alto in aramaismo, שניא scribebatur.

Lin. 5. תחזי errorem putamus pro אתחזי «visum est». — חז = חזו cum Eutingio pro «visione» habemus; conf. חזותא דליליא (Targ. ad Esdr., XL, 3; I, 26) et חלמי חזויא (Targ. ad Esth., VI, 1). De spectro sane agitur quod somnianti apparuit et loqui visum est.

Lin. 6-7. מלוהי «verba ejus», id est «dixit» : שלם «salve». Conf. in papyro n° 50, *op. cit.*, Ἀπολλώνιον *εἶδον · προσπορεύεταί μοι · λέγει · Χαῖρε.*

Facies B, lin. 1. Continuatio sermonis. צבתי «ornamenta» pro statu constructo pluralis habemus; Euting, suo apographo deceptus, ערבתי «mixtio mea» legebat, sed lectura צבתי nobis omnino certa, de littera צ cf. papyrum Luparensem (infra, p. 156).

Lin. 2. Littera prima partim evanuit; nihil aliud autem esse potest ac כ. Conf. tertiam quartæ lineæ litteram, quæ certe כ. — תזבני tertia persona feminina imperfecti videtur esse verbi זבן «vendere»; sed si המו ei suffigis, hoc est תזבניהמו «vendes ea», nihil obstat quin secunda persona masculina sit; nullum exemplum pronominis suffixi המו noscitur; in libro Danielis הֵמּוֹ a verbo separatum reperitur.

Lin. 3. יאכלו «comedant», deficiente ad calcem littera *nun*, optativum vel jussivum modum esse bene notat Euting, cf. ינסחוהו in titulo Teimensi, supra, p. 109, l. 14. — ינקיא «lactentes, infantes».

Lin. 5. שאר, a radice hebraica שאר, fortasse participium activum שְׁאַר cum futuri sensu vel nomen verbale «reliquum».

Lin. 6. קטין «exigua res», forsan cum sensu «aliquid», ut מנדעם dicunt; cf. infra stelam Carpentoractensem, lin. 2, sub. n° 141, vel ܩܛܝܢ syriace.

Verte igitur si lubet

A. — *Nunc ecce somnium primum vidi et a tempore isto ego fervescens et aberrans; apparuit spectrum; dixit (mihi) : Salve!*

B. — *Nunc si ornamenta omnium vendideris, comedant infantes. Ecce non reliquum exiguum.*

De ætate monumenti pauca dicenda. Litteræ *aleph* et *yod* priscam formam non omnino exuerunt; cæteræ etiam et præcipue *reš* nescio quid vetus retinent; titulum ergo initio quarti ante J. C. sæculi adscribendum putamus.

138

Musei Britanniei, n° 14219.

(Tab. XII.)

Fragmentum tesseræ seu *ὀστράκου* in insula Elephantina repertum et nunc in museo Britannico asservatum. Utraque facies aramaicum titulum præbet calamo inscriptum; litteræ perspicuæ; attamen in imagine solis luce expressa quam in tabula XII damus, non clare apparent, propter rubrum tesseræ colorem; ideo Vogüé nobis ex ipso monumento apographon maxima cura delineavit, quod infra invenies; ex uno tantum latere integra videtur esse ora tesseræ, unde conjicere licet nos initium linearum A et finem linearum B habere. Objicere posses ad calcem linearum B initium vel partem solummodo vocabuli reperiri, sicut in lineis 2, 3 et 5, ergo finem linearum istarum non perfectum videri. Animadvertendum est tamen finem vocabuli arctiore in loco incepti ad lineam sequentem haud raro rejectum fuisse; quod hic factum esse suspicamur. Mediam partem tituli tantum servatam nos habere vix dubium; titulum enim a verbo «fecit» incepisse non credes; finem vero deesse liquet. Textus ineditus.

A



1 פעל אסמן בר....
2 באלו מנחמן זי הו....
3 וידניה נשוריא מ...
4 ושאל על פטוסרי
5 שחומו באלו ש...
6 ושאל על חנ...
7 פטחרפחרט
8 בר כומן כ...
9 מ....

B



1 צחא בר חברטיסן...

2 תנון והן אמרו ס...

3 חרתבא ובגטף חברטי...

4 ן לן על פוחדך אמר.

5 אבתם לה סרן ו.....

6 לא יהב לן.....

7 מלכיה סרן.....

8 [פ]טנתר בר.....

9 ינלף.....

A. — Lin. 1. פעל «fecit», quo sensu verbum עבד apud Aramæos frequentius. — אסמן, nomen proprium; proponit Maspero  *Isi-men* «Isis stabilis est», aut  *Asmen*, «stabilis est» (quamlibet dearum subaudi), quæ quidem nomina in ægyptiaco textu nondum occurrerunt.

Lin. 2. באלו, quod etiam lin. 5 invenitur, vertimus «pro eis»; conf. אֱלֵוּ talmud. = אֵלֶּה hebr. — מנחמן = מְנַחֲמִין «consolatores»; forsan de testibus agitur aut defensoribus qui aliquem adjuvabant.

Lin. 3. וידניה = וידיניה «et judicabit eum». — Nomen quod sequitur proprium sane sed obscurum; nil aliter ac גשוריא legi potest; an vero de Gæsureis agatur dubitandum.

Lin. 4. Sensus clarus; nomen פטוסרי jam notum. Cf. supra sub n° 113.

Lin. 5. שחומו, nomen proprium aramaicum, cum terminatione nabatæa. Cf. שחים «fuscus». — באלו ut supra «pro eis».

Lin. 7. פטחרפחרט, nomen proprium mere ægyptiacum quod etiam in papyro Vaticano (cf. infra sub n° 147) inveniemus : «devotus deo Harpocrati.» Ægyptiace , Πετεαρποχράτης. Vide quod Rougé de transcriptione aramaica litterarum ægyptiacarum scripsit in Vogüé, *Syrie centrale, Inscriptions sémitiques*, p. 130.

Lin. 8. כומן, nomen æque ægyptiacum  *Kamen, Kaumenu* (Lieblein, n°s 79, 375, 752, cf. etiam n°s 18, 49, 1355), vel cum articulo  *Pakamen.*

B. — Lin. 1. צחא, nomen proprium quod etiam in papyro Luparensi, col. 2, l. 4, inveniemus (infra sub n° 146). Secundum Maspero,  *Zeho* contractum ex  *Zed-ho*, græce Τεώς vel Ταχώς (Lieblein, 1191, 1192, 1248, 1050, 1059, 1071, etc.). — חברטיסן, nomen patris, integrum videtur, sed valde obscurum, forsan persicum.

Lin. 2. תנון forsan תנון[י] «dabunt» restituendum. — אמרו «dixerunt», idem verbum in linea 4ª invenitur. — Littera ס, lineæ ultima, forsan initium vocabuli סהדיא «testes» quod lineæ sequentis initio continuabatur.

Lin. 3, 4. Nomina propria, quæ interpretari non valemus, neque aramaico neque ægyptiaco sermoni adscribenda sunt.

Lin. 5. Primum vocabulum interpretari non possumus. — לה «illi» certum. — סרן, quod sequitur, in linea 7 etiam invenitur; nobis סרן = שרנא «princeps,

dominus noster» videtur esse. Copulativam ו sequenti lineæ adjungendam esse putamus.

Lin. 6. Sensus liquet, לן = לנא «nobis».

Lin. 7. מלכיה = מלכיא, plur. emph., supplendum מלכא זי מלכיא «rex regum», id est rex Persarum sub cujus ditione tunc Ægyptus erat.

Lin. 8. דרנ[פ]טנתר nomen proprium ægyptiacum *Peṭenutîru* «qui deis devotus est».

Lin. 9. יגלף a verbo גלף «sculpere» forsan «sculpet» vertendum, quamvis hic sensus a contextu alienus videatur esse; quod si enim documentum judiciariæ rei habemus, ut probabile, non liquet cur de sculptura agatur.

Verte igitur si lubet :

	A	B
1	*Fecit Isimen, filius*	. . . . *Seḥo, filius Ḥabraṭisan*
2	*pro eis adjutoribus* (?) *quos ipse*	. . . . *dabunt* (?) *et si dixerint testes* (?)
3	*et judicabit eum Gešuria* . . .	. . . . *Ḥortaba et Bagaṭef : Ḥabraṭi*[*san*]
4	*et interrogavit de Peṭosiri*	. . . . *nobis contra Puḥadak. Dixit*
5	*Šeḥumu, pro eis*	. . . . . *ei dominus noster et*
6	*et interrogavit de Ḥen*	. . . . *non dedit nobis*
7	*Peṭeḥarpoḥrates*	. . . [*rex*] *regum dominus noster*
8	*filius Kaumen*	. . . . . *Peṭenutîr, filius*
9	. . . . .	. . . . . *sculpet.*

Documentum judiciarium videtur esse, ad causam forensem spectans, regnante Persarum rege scriptum; nobis initio quarti sæculi adscribendum videtur.

139

Musei Britannici, n° 14220.

(Tab. XII.)

Ostracon sicut superius ex Elephantina oriundum et in museo Britannico asservatum; forsan ejusdem tesseræ fragmentum; nam color idem, curvatura eadem, scripturæ atramentique species eadem; eodem calamo textus conscripti videntur. Imagini sole expressæ, quam in tabula XII invenies, delineationem addimus a Vogüeo effictam. Facies A faciei A superioris fragmenti, facies B faciei B respondet; A interiorem, B exteriorem vasis superficiem designat. Textus ineditus.

A



. . . . פשתא זי . . . .

. . . . חנתי זי חנ . . .

. . . זה אף ק . . .

. . . . מנה . . . .

B



...ביתי...

...ח נדנבו שמה...

...טח ולא דכו....

....אלה לא...

A. — Lin. 1. Primum vocabulum sane נפשתא «personæ» restituendum.

Lin. 2. חנתי «gratia mea» certum videtur; ultimum vocabulum forsan restituendum [הה]חנ «largitus sum eam».

Lin. 4. מנה «mina», *μνᾶ*, pondus.

B. — Lin. 1. ביתי «domus mea» certum.

Lin. 2. נדנבו, nomen proprium mere aramaicum, ex נד «fortuna» et נבו nomine dei Nebo compositum, ergo «Fortuna Nebo». Conf. נדיאל, *Num.*, XIII, 10; נדי, II *Reg.*, XV, 14; *Num.*, XIII, 11.

Ex duabus ultimis lineis nil elicere possumus: אלה nobis non «deus» vertendum, sed pron. «illi» vel conjunctio אלא לא = אלה לא «nisi» est. Duæ litteræ א et ל alligantur sicut in stela Teimensi; nota etiam litteræ *aleph* formam, quam jam in titulo regis Adadnadinahi vidimus. Cf. supra, n^um^ 72. Litteræ vero cæteræ sicut in superioribus tesseris effictæ sunt.

Verte igitur si lubet :

A	B
.... *Personæ quæ*....	.... *Domus mea*....
.... *gratia mea quam* [*largitus sum*]	.... *Gadnebo nomen ejus*....
.... *etiam*	.... *nec*....
.... *mina*....	.... *nisi*.....

De pacto aut lite aliqua agitur et nil obstat quin fragmentum ad idem monumentum pertineat ac superior tessera, quod initio quarti ante J. C. sæculi adscribendum est.

ARTICULUS VI.

LOCI IGNOTI ÆGYPTI.

140

(Tab. XIII.)

Sigillum ex achate calcedonico quod doctus vir Golenischeff Cairi emit et apud seipsum asservat; titulum bilinguem præbet, ægyptiacum scilicet et aramaicum; litteræ recto ordine exsculptæ

sunt, ita ut, ceræ molli impressæ, inverso ordine appareant. Imaginem damus ex cereo ectypo expressam.

Edidit Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéologie orientale*, 1887, fasc. III, p. 238.

Titulum ægyptiacum sic legit et vertit Golenischeff :

Ḥor en Ḥeb, id est *Ḥor ex loco Ḥeb.*

Titulus aramaicus legitur :

חר חבי מן מצי *Ḥor Ḥebensis.*

Tituli ambo mire quadrant : nomen proprium mere ægyptiacum quod sæpius in monumentis ægyptiacis occurrit : *Ḥorenḥeb* vel *Ḥorḥebi;* Horus « ex Ḥeb » dicebatur quia infans in palude Hebensi a matre absconditus latuerat. Civitas Ḥebi, gr. Χέμμις, in Ægypto inferiore sita. Nomen ægyptiacum aramæus scriba aramaicis litteris transcripsit; ethnicum more aramaico adjuncta littera י formavit. Litterarum species eadem ac in papyris. Ḥorenḥeb sane magistratus qui cum Persis et cum indigenis commercium habebat.

Titulus quarto aut exeunti quinto sæculo adscribendus.

141

(Tab. XIII.)

Stela, Carpentoractensis dicta ab urbe *Carpentras* ubi nunc asservatur, lapide constat calcario $0^{m},33$ lato. Imaginibus ornatur ægyptiaco more sculptis, quæ ægyptiacam originem clare produnt. Lapis ipse ex Ægypto ortus; ubi vero et a quo stela inventa sit, ignoramus; videtur apportata fuisse ex Ægypto a nautis Francogallis Massiliam; ineunte enim decimo octavo sæculo, apud Rigordum quemdam exstabat, Massiliæ commissarium nauticum (*commissaire de la Marine*), qui primus eam in *Mémoires de Trévoux* descripsit; sed de inventione ejus et Massiliam translatione tacuit. Monumentum postea in manus egregii viri de Mazaugues, præsidis curiæ Aquisextiensis (*président au parlement d'Aix*), jure hæreditatis venit (v. Millin, *Magasin encyclop.*, 1805, t. I, p. 352), a cujus hæredibus venerabili domino Inguimberto venditum est, episcopo Carpentoractensi, qui illud cum totis collectionibus suis urbi Carpentoracti testamento dedit. Nunc in publica urbis bibliotheca asservatur. Imaginem damus ex ipso monumento expressam.

Lapis funereus; sicut ægyptiaca monumenta ejusdem generis, ritus funereos præbet et mortui adventum in Orcum. In tres tabulas divisus est. Superior tabula summo fracta, sed facile e monumentis similibus restituenda[1]. Defunctam mulierem præbet in Orcum apud Osiridem deum advenientem. Stat illa tunica longa induta, erectis manibus deum adorans, qui solio suo insidet et dextra flagellum, sinistra vero pedum tenet; pone dei solium stat Isis; utriusque simulacri caput fractura

[1] Rigord ipse fractam lapidis partem restaurandam curavit; quæ vero addidit, ex imagine nostra delevimus ita ut tabula antiquas solum monumenti partes exhibeat.

avulsum. Osiridem inter et mulierem mensa variis oblationibus onusta, quæ quatuor ordinibus disponuntur; superiore in ordine quinque turibula videmus; in secundo, tres panes et duo vasa; in tertio vas aliud, anserem et fortasse agnum vel vitulum mactatos; in quarto vasa varia et anatem gradientem. Media tabula defunctæ corpus exhibet feretro in leonis speciem efficto stratum et fasciis involutum. Sub leonis ventre quatuor vascula, vulgo canopi dicta; sacerdotes duo, unus Anubidis, alter Hori personam gerentes, sacris ritibus funguntur; a dextra sinistraque adstant Isis et Nephthys flexis genibus; figurarum habitus non mere ægyptiacus, et nescio quid peregrinum sapit. Colorum vestigia apparent, quibus imagines inficiebantur. Infima tabula titulum habet aramaicum $o^{m},28$ longum, $o^{m},o8$ altum et in quatuor lineas distributum. Ordo eorum qui de monumento egerunt hic est :

Rigord editionem primam instituit nulla tentata interpretatione in *Mémoires de Trévoux*, 1704, p. 994. — Montfaucon, in *Antiquité expliquée, Supplém.*, 1757, t. II, p. 207. — Caylus, in *Recueil d'antiquités*, t. I, p. 74, tab. XXVI. — Barthélemy accuratam editionem ex ectypo gypseo dedit et duas priores lineas primus interpretatus est, in *Mémoires de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, t. XXXII, in-4°, p. 725, et t. LIX, in-12, tab. I. — Repetierunt : Gabriel Fabricy, in *De Joannis Hyrcani numo*, t. I. — O. G. Tychsen, in *Act. nov. Upsal.*, t. VII, p. 92. — Hamaker, *Diatribe*, p. 69. — Kopp, *Bilder und Schriften*, t. II, p. 231. — Michelangelo Lanci rursus monumentum delineavit et fuse commentatus est, in *Osservazioni sul Bassorilievo fenico-egizio che si conserva in Carpentrasso*, Roma, 1825. — Rödiger, in *Allg. Lit.-Zeit.*, 1828, t. III, p. 267 et sq. — Angelo Mai, in *Catalogo de' Papiri Egiziani della biblioteca Vaticana con previo discorso*, p. 31 et sq. — Ed.-Fried.-Ferd. Beer, in *Inscriptiones et papyri veteres semitici quotquot in Ægypto reperti sunt*, Lips., 1833, lib. prim., cap. I, et tab. I. — Fürst, *Formenlehre der chaldäischen Grammatik*, Leipzig, 1835, p. 23. — Gesenius, in *Scripturæ linguæque phœniciæ monumenta*, p. 226 et sq., accuratam pro more historiam lapidis usque ad tempus suum narravit et titulum commentatus est, tabulis XXVIII et XXIX exemplum Barthelemium et delineationem Lancianam exhibuit. — Judas, *Étude démonstrative*, p. 86-88. — François Lenormant, *Journal asiat.*, 6° sér., t. X, p. 513. — J. Derenbourg, *ibid.*, 6° série, t. XI, p. 277 (separatim cusum, p. 58 et sq.). — Merx, *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, t. XXII, p. 697. — J. Halévy, *Mélanges d'épigraphie sémitique*, p. 152, et *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, t. XXXII, p. 206. — Schlottmann, *ibid.*, t. XXXII, p. 187-197 et 767-768; t. XXXIII, p. 252-291. — Paul de Lagarde, *Götting. Nachrichten*, 1878, n° 10. — Lauth, *Sitzungsber. der königl. Bayerischen Akad. zu München*, Philos.-hist. Classe, 1878, t. II, p. 115. — Clermont-Ganneau, *Origine perse des monuments anciens d'Égypte*, in *Revue archéologique*, 1878 et 1879, t. XXXVI, p. 93 et sq.; t. XXXVII, p. 21-31 (separatim cusum, p. 25). — Lund, in *Nordisk Tidskrift*, 1880, t. IV, p. 213. — W. Wright, in *The palæographical Society, Oriental series*, plate LXIV, imaginem sole expressam et commentationem Nœldekio et Lepsio adjutoribus edidit. — Ledrain, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, 1884, p. 18.

Titulum aramaicum sic habes :



בריכה תבא ברת תחפי תמנחא זי אוסרי אלהא
מנדעם באיש לא עבדת וכרצי איש לא אמרת תמה
קדם אוסרי בריכה הוי מן קדם אוסרי מין קחי
הוי פלחה נמעתי ובין חסיה.....

Lin. 1. בריכה, part. pass. fem. « benedicta ». Textus eodem modo incipit ac inscriptio stelæ Memphiticæ n[i] 122; genus idem; precatio scilicet pro defuncta; nomen vero precantis hic omissum; בריכה rursus in lin. 3[a] apparet, addito vocabulo הוי quod pro imperativo, omnium interpretum consensu, habendum est; ergo « benedicta sis ». Inde consequitur totam inscriptionem in secunda persona scriptam esse; id quod verba עבדת, אמרת bene quidem ferunt. Cum בריכה ægyptiacum voc. *makheru* confert Clermont-Ganneau. — תבא, ægyptiacum nomen feminæ, quod infra in papyro Vaticano, fragm. B, sub n° 147, rursus invenies,  *ta-bai* « quæ spiritus est » (Lieblein, n[is] 765, 1252); simplex nomen instar compositi mavult Maspero, ut  *Tobi*, (Liebl., n° 705)  *Tabit* (id., n° 10). — תחפי, æque ægyptiacum nomen femineum « quæ dei Hapi est » in dictionario Lieblein non invenitur, masculinum vero nomen *Pahapi* frequentissimum. Animadvertendum est defunctam non patris sed matris suæ nomine designari; quod cum ægyptiacis moribus congruit; ita et in stela Vaticana. (Cf. n[um] 142.) — תמנחה, vocabulum ægyptiacum aramaicis litteris transcriptum; adjectivum scilicet femininum,  *Menḫ*, ut monet doctus vir Lefébure, ægyptiace « perfectus, absolutus » significat; de Osiride dicitur qui « animus Menḫ » erat, et de defunctis beatis qui, in Osiridem absorpti, quasi divinæ perfectionis participes facti erant. (Conf. Naville, *Todtenbuch*, I, tab. I, l. 26; tab. CVIII, l. 7; II, 376; Mariette, *Abydos*, I, p. 62.) Adjectivum idem, masculinum vero, in stela Vaticana invenitur, ubi defunctus מנחה זי אוסרי dicitur, sicut Taba nostra תמנחה זי אוסרי. — De אוסרי אלהא confer supra sub n° 122.

Lin. 2. מנדעם « aliquid », prima littera partim erasa sed certa; Gesenius legebat מן רעם et « ex ira » vertebat; primus verum sensit Nœldeke et post eum J. Derenbourg; de vocabuli forma cf. Fleischer, *Nachträgliches zu Levy's chaldäisches Wörterbuch*, part. II, p. 567, et Nœldeke, *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, t. XXIII, p. 292, et *Mandäische Gramm.*, p. 186, § 150. — באיש primum « contra hominem » vertebatur, sed Merx illud a verbo באש « malum esse, fœtere » derivatum idemque esse ac voc. ביש vulgo scriptum monstravit. — Verba עבדת et אמרת nonnullis tertiam personam notant, aliis vero quibus assentimur, secundam. — וכרצי certum Vogüé declarat post sedulam ipsius monumenti inspectionem; quod imago photographica confirmat; antea ambigebatur utrum וכרצי an קרצי legendum esset. Gesenius כרצי idem esse atque קרצי volebat et « calumnias in neminem dixit » vertebat, collata locutione aramaica אכל קרצי אנש « aliquem calumniavit ». Haud probavit J. Derenbourg qui interpretatus est « nihil secundum hominis voluntatem dixit », collato hebr. voc. רָצוֹן « voluntas ». Schlottmann lecturam קרצי vindicat et litteram ק litteris וכ similem factam esse imperitia lapicidæ conjicit. Nœldeke vero Gesenianam sententiam firmat et כ pro ק permutatione haud rara scriptum esse ostendit, collatis mandaico כרץ pro קרץ, כושט pro קושט et syriaco ܩܘܫܛܐ « sagittarius » a ܩܫܬܐ « arcus »; כרץ « calumniare » arabico قَرَضَ respondere bene vidit Gesenius. — איש voc. heb. quod et in papyris Blacassianis, infra sub n° 145, reperitur, pro hebraismo hujus dialecti habendum est, sicut voc. קחי in linea sequente, nec propter hebraismos istos cum Beer existimandum est auctorem tituli Judæum fuisse in Ægypto degentem et ægyptio cultui addictum, quam interpretationem jam refellit Gesenius. — תמה primum « o integra! » vertebatur, sed Paulus de Lagarde « unquam » reddere maluit; collato syriaco ܬܡܗ a radice ܬܡ, quam sententiam non improbat Nœldeke, qui tamen meliorem sensum proposuit « hic, his in terris », ut in biblico chaldaico (cf. Esdr., v, 17; vi, 1, 6, 12). Observat etiam Nœldeke quod « o integra! » aramaice non תמה dictum esset sed תַּמִּיתָה vel statu emphatico תַּמִּיתָה. Sententiæ istæ, secunda linea inclusæ, ægyptiam mentem produnt; licet enim eas cum capite 125 ritualis funerei conferre, quod ægyptologi « confessionem negativam » appellant, et in quo defunctus culpas enumerat quas non commisit; hæc, teste Lenormant (*op. cit.*, p. 514), leguntur quæ a sententiis nostris non multum discrepant : « Insidiose non locutus sum; insidiose contra neminem egi, » etc.

Lin. 3. Initium lineæ nullam præbet difficultatem; prima littera damnum subiit, sed haud dubia. De fine vero disputatum est; מין קחי nos, inspecto monumento, legimus; quæ vocabula Beer et Schlottmann jam agnoverunt et verterunt « aquas accipe », quibus assentimur. Tituli enim et papyri hieroglyphici aquas frigidas ut summum donum ab Osiride accipiendum memorant; non desunt et græcæ inscriptiones in Ægypto repertæ et eamdem aquam celebrantes : ΕΥΨΥΧΕΙ ΚΥΡΙΑ ΔΟΙ COI Ο ΟΣΙΡΙΣ ΤΟ ΨΥΧΡΟΝ ΥΔΩΡ; paucos ante annos invenit Maspero in Ægypto titulum græcum, quem Miller cum sociis suis in Academia inscriptionum Parisiensi, die 25 julii anni 1879, communicavit; titulus iste æque mulieris mortuæ mentionem facit et his verbis finitur : *δῶκε ψυχρὸν Ὄσιρις ὕδωρ.*

Lin. 4. הוי פלחה « sis adorans », a verbo פלח quod semiticis in linguis colendi sensum habet; nota verbum auxiliarium hic verbum principiale non sequi, ut in linea secunda, sed præcedere. — נמעתי nullum sensum præ-

(Impressum mense augusto 1889.)

bet : ægyptium non est, teste Maspero. Gesenius duarum litterarum ordinem, errore lapicidæ, inversum conjiciens, נעמתי legere proposuit et « deliciæ meæ » interpretatus est; quem omnes secuti sunt, etsi invito animo. — חסיה, ultima littera certa, etsi partim deleta ה; non enim est א, quam exspectares statu in emphatico. Primi interpretes fere omnes, vocabulum semiticum existimantes, verterunt « pios ». Ledrain autem vocabulum ægyptium esse demonstravit, *Hosiou* scilicet, , quo ægyptologi eos designare affirmant quibus Osiris favet, hoc est « personas gratas ». — Quæ sequebantur omnino deleta. Vogüé lapidem ipsum sedulo inspiciens, nullum litterarum vestigium detexit, quas Gesenius et Lanci restituere conati sunt : litteram quam ל legebant fortuitam incisionem esse putat; imo, si qua vestigia apparent, litteram ת ei potius indicare videntur; vocabulum תהוי, quod J. Derenbourg restituit, valde probabile. Ultimum vocabulum quod Lanci et Gesenius שלם legebant, J. Derenbourg שלמה restituit. Inscriptionem enim poeticam esse ipse credit; ei linea quæque versus est, cæsura media instructus; imo versus in pedes solvit, eosque similem in sonum desinere putavit (gall. *rimer*). Halévy et Clermont-Ganneau, etsi modum poeticum agnoscunt, cæsuras et desinentias consonantes hic reperiri negant; vocabulum שלמה probant; nos quoque assentimur, sed id vocabulum « beata » vertunt; nos « perfecta » malumus; ultima verba ergo תהוי שלמה restituimus et « sis perfecta » interpretamur.

Textus ergo vertendus nobis est :

Benedicta sis Taba, filia Tahapi, perfecta in Osiride deo.
Nihil mali fecisti, et calumnias in neminem dixisti his in terris.
Coram Osiride benedicta esto. Ab Osiride aquas accipe.
Sis adorans, deliciæ meæ (?), et inter gratas (deo animas) [sis perfecta].

Stelam recentiorem esse quam stela Saqqarensis palæographia docet; nota litterarum *zain* et *jod* formam; monumentum nobis ultimis sæculi quinti annis vel quarto sæculo adscribendum videtur.

142

(Tab. XIV.)

Stela quæ nunc in museo Vaticano asservatur stela sepulchralis est ex Ægypto oriunda; quando vero et a quo Romam translata sit, non constat. Eam Franciscus Lenormant detexit primusque delineavit et edidit. Imaginem damus a gypseo ectypo expressam. Tres in tabulas infabre exsculptas divisa est stela. Superiorem tabulam occupat cadaver feretro stratum in speciem leonis efficto; sacerdos, Anubidis personam gerens, sacris ritibus fungitur, sinistra erecta vas lustrale sustinens; ab utroque latere duo viri lugentes, fortasse proximi cognati; etsi ægyptiaca *šenti* induti, facies, coma, barba semiticam originem produnt. Fascia tabulam primam a secunda separans titulum aramaicum una linea scriptum gerit. Secunda tabula vasa varia mensasque cibis onustas præbet, necnon et sacerdotem qui globum cippo superpositum baculo tangere videtur. Tertia tabula hominum seriem exhibet a sinistra ad dextram incedentium; primum itineris locum tenet sacerdos patellam capiti impositam et oblationibus refertam portans; quem sequuntur tres sacerdotes, alter gallum vivum, alii signa Anubidis gerentes; deinde tres incedunt mulieres lugentes et plorantes.

De eo egerunt : F. Lenormant, in *Journal asiat.*, 6ᵉ série, 1867, t. X, p. 511. — Clermont-Ganneau, in *Revue archéologique*, 1879, t. XXXVII, p. 21 (separatim cusum, p. 27). — Ledrain, *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, 1884, p. 22.

Titulus sic legitur :

שנחחפי בר תחבס מנחה זי אוסרי אלהא

ענחחפי בר תחבס מנחה זי אוסרי אלהא

ענחחפי, nomen ægyptiacum  cum *anḫ* et *Ḥapi* compositum, quod a F. Lenormant « Apis vivens », a Ledrain vero « vita Apidis » vertitur, sed rectius « vivit Apis » significare videtur; de deo Apide vide quæ supra sub n° 123 dicta sunt. — תחבס, nomen ægyptiacum  cum articulo ægyptiaco *ta* feminino et *Ḥabis* « lampas » vel « stella » (stellas enim *lampadas* appellabant et in formam lampadum a cœlo pendentium depingebant Ægyptii ») compositum; defunctus ergo, more ægyptiaco, a matris suæ non a patris sui nomine designatus est, ut in stela Carpentoractensi (cf. n^am 141). — De voc. מנחה, cujus femininum תמנחה in stela Carpentoractensi reperitur, cf. quæ supra sub n° 141 dicta sunt; de voc. אוסרי אלהא, cf. n°s 122, 141.

Vertendum igitur :

Anḫḥapi, filius Taḥabis, perfectus in Osiride deo.

Titulus fere eamdem litterarum formam ostendit ac papyrus Vaticanus; ambo ultimis Persarum temporibus adscribendi videntur, id est quarto ante J. C. sæculo. Notat Ledrain litteram *reš* apice a littera *daleth* distingui, sed nos, inspecto monumento, nullum apicem vel punctum animadvertimus.

143

(Tab. XIV.)

Stela, lapidi Carpentoractensi simillima, a Salt in Ægypto reperta et Londinum cum magna rerum antiquarum copia advecta. Eam in publica Saltianarum rerum venditione anno 1836 emit Rogers poeta, apud quem a Gesenio visa est. Post Rogersii mortem, in eximiam Caroli Forman transiit collectionem, quæ hodie integra penes Formani sororem et hæredem, D^am Burt, in anglica urbe Dorking asservatur. In domum egregiæ matronæ nuperrime admissus Vogüé monumentum rursus inspexit et sedulo delineavit, cujus delineationem in tabula nostra XIV invenies.

Stela, e lapide ægyptiaco calcario excisa, o^m,39 alta et o^m,31 lata est; superiorem marginem occupat globus alatus uræis utrinque instructus.

Stela in duas divisa est tabulas. Superior tabula Osiridis effigiem præbet, solio insidentis, flagellum dextra, pedum sinistra gestantis. Ante dei effigiem altare seu mensa solitis oblationibus onusta : panibus scilicet, vasis, mactato ansere, fructibus; vir regio habitu, corona cinctus quam Ægyptii *pšent* dicunt, coram deo adstat, adorans, mysticum oculum dextra impositum offerens. Ut nos docet Maspero, rex quasi mediator omnium Ægyptiorum apud deum erat; ita ut in stelis recentioribus appareat defuncti personam sustinens, ad placandos deos. Fascia quæ superiorem tabulam ab inferiore separat cœlum significat; duabus vero appendicibus caret, quæ in stelis mere ægyptiacis semper videntur, et fasciæ formam hieroglyphici signi dant — quod « cœlum » vertitur. Hanc fasciam lineolæ nigræ et virides, calamo depictæ, alternatim exornant. Inferior tabula notam nobis imaginem exhibet, mortuum scilicet feretro jacentem, in speciem leonis efficto; quatuor vasa dicta *canopi* sub

funereo lecto ordinata sunt. Tabellæ quadratæ, ad recipiendas hieroglyphicas inscriptiones, in utraque tabula paratæ sunt; nunquam vero conscriptæ. Opus suum sculptor calamo complevit. Alarum pennæ, solii imbricationes, simulacrorum oculi, singulæ rerum partes nigris lineolis insigniuntur.

Præ viri stantis capite, aramaicum vocabulum inscriptum.

Primam stelæ delineationem dedit Athanasi, *Brief account of discoveries in Egypt*, London, 1836, n° 429, tab. IV. — De textu disseruerunt Gesenius: *Scripturæ linguæque Phœniciæ monumenta*, I, p. 232. — Clermont-Ganneau, *Revue archéologique*, 1879, t. XXXVII, p. 34 (separatim cusum, p. 28). Crassam etiam edidit monumenti delineationem quam Franks fecerat.

Titulus sic legitur :

שמיתי

Vocabulum haud dubio defuncti nomen est; quomodo vero efferendum sit, pro certo non habemus. An semiticum, vel ægyptiacum, æque incertum; defunctus certe peregrinus. Ex figurarum arte et totius operis genere existimat Maspero monumentum secundo ante J. C. sæculo adscribendum esse. Litterarum forma non obstat.

ARTICULUS VII.

PAPYRI IN ÆGYPTO REPERTI.

Papyros, etsi ad rem epigraphicam proprie non pertinent, inscriptionibus adjungendos esse putavimus. Ut jam diximus, papyri et inscriptiones ætatem et indolem suam invicem illustrant. De quibus agemus papyri, aramaicis litteris conscripti, in diversis collectionibus asservantur; eos ex Ægypto advectos fuisse constat; quo in loco autem reperti sint, incertum, exceptis tamen illis qui in museo Bulacensi asservantur et quos Mariette ipse in cœmeterio Saqqarensi detexit. Verisimile autem est omnes ex eodem fonte oriundos esse, id est ex ruderibus antiquæ urbis Memphis.

144

(Tab. XV.)

Papyrus Taurinensis, inter ægyptios papyros ex Ægypto a Drovetti advectos et museo Taurinensi venditos, anno 1823 vel 1824 repertus est. Continet duas primas libelli lineas in finem mutilas. Imaginem damus ex ipso monumento cura egregii viri Fabretti expressam.

De eo egerunt : Hamaker, *Miscellanea phœnicia*, p. 67, tab. III, n° 3. — Ferd. Beer, *Inscriptiones et papyri veteres semitici*, tab. I. — Gesenius, *Scripturæ linguæque phœniciæ monumenta*, p. 233, tab. XXX. — Merx, *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, 1868, t. XXXI, p. 696. — Ariodante Fabretti, *Il Museo di antichità della università di Torino*, 1872, p. 56, cum tabula. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propagation de l'alphabet phénicien*, I, p. 331, cum tabula. — Clermont-Ganneau, *Revue archéologique*, 1878, t. XXXVI, p. 95 (separatim cusum, p. 3), cum tabula.

Sic legitur :



אל מראי מתרוהשת עבדך פחים....

חיא חדה ושרירא מראי יהוי יק....

De lectura et sensu diu hæsitarunt interpretes. Hamaker deliravit; Gesenius ipse in similes errores incidit et orationem e libro liturgico decerptam suspicatus est, a Judæo Jehovæ cultore scriptam; primus Merx libelli initium agnovit, nomen *Mithravahischt* legit, prioremque lineam recte vertit, sed alteram lineam inexplicatam reliquit. Clermont-Ganneau monumenti pretium manifestum fecit; collata suscriptione epistolæ a Samaritanis ad regem Artaxerxem missæ (Esdr., IV, 11), conjecit papyrum libelli fragmentum esse, quo vir Ægyptum inhabitans, seu peregrinus seu incola, rem aliquam a magistratu persico, publice aramaice loquente, flagitabat. Papyrum ergo regnante Achæmenidarum domo et non Ptolemæorum temporibus scriptum existimavit, cui assentimus.

Lin. 1. Notanda præpositio אל « ad » quæ in hebraico sermone frequens, in aramaico vero nunquam invenitur; in loco supra citato (Esdr., IV, 11) incipit epistola cum particula על, quæ eodem sensu usurpatur. Quapropter interpretes veteres אל « deus » vertebant et vagabantur. מראי « dominus meus » cum *alef* radicali scriptum, ut in Dan., IV, 16 et 21, *ketibh;* cf. in papyr. Blacassianis, A, l. 7, infra sub n° 145, מראה, et in titulis nabatæis מראנא (Euting, *Nabat. Inschriften*, sub n^is 9, 11 et 12). — מתרוהשת, nomen persicum cum Mithræ dei nomine et پیشت « paradisiacus », secundum Merx, compositum; Clermont-Ganneau confert nomina Μιθραύσ̣της, Μιτρώσ̣της et Μητρώσ̣της. — פחים, nomen proprium quod respondere videtur nomini *Paḥim* et significare hominem « qui dei Khim est ». Confert Clermont-Ganneau nomina in papyris frequentissima : Παχὸμ, Παχοὺμ, Παχούμιος, Πάχουμις, Παχύμης, Παχύμιος, Παχώμιος.

Lin. 2. Tria prima vocabula, ut recte agnovit Clermont-Ganneau, tribus ægyptiacis vocabulis respondent apud veteres usitatissimis; honoris causa nominibus regum aut magnatum addita sunt. Verbo יהוי textum epistolæ incipere verisimile est; duæ litteræ יק fortasse יקים « firmet, erigat » explendæ.

Vertimus igitur :

Ad dominum meum Mithrawahišt servus tuus Paḥim.....
vivus, felix, et firmus (sis), Domine mi! sit.....

Litteræ antiquam formam ostendunt, easque initio quinti sæculi ante J. C. adscribere non absurdum videtur.

145

(Tab. XVI.)

Papyri, qui Blacassiani vocantur, in Ægypto reperti sunt; Saqqaræ inter multos alios effossi esse dicuntur; primum in possessionem mercatoris antiquarum rerum ægyptiarum Papandriopulo nomine, Romæ degentis, venerunt, deinde anno 1825 vel 1826 a viro cl. Michelangelo Lanci jure venditionis acquisiti sunt. Eos hic edidit et explanavit, posteaque duci de Blacas dono dedit, cujus in collectione permanserunt. Post mortem ducis de Blacas cum tota ejus collectione in museum Britannicum translati sunt, ubi nunc inter duas laminas vitreas exponuntur. Inde a tempore quo a Lanci depicti et descripti sunt detrimentum non parvum ceperunt. Litteræ aliquæ, linearum ad calcem nunc mutilæ, olim integræ erant; eas ex prioribus apographis restituimus.

Duo fragmenta exstant, ex medio quodam volumine papyraceo decerpta; utrumque ab utraque parte conscriptum est; alterum majus litteris A et B, alterum minus litteris C et D notavimus. Quæ

supersunt nimis pauca ut ex eis sensum consentaneum elicere possis; vocabulum ergo quodque separatim interpretari ex inopia satis erit; notandum vocabula intervallo separata. Imaginem ex ipso monumento effictam damus.

De eis egerunt : Lanci, in *La scrittura illustrata con monumenti fenico-assyri et egyziani*, Roma, 1827, p. 18, et tab. I-II; cf. versionem gallicam hujus operis ab abbate André editam, Aurantii (Orange), 1844. — Gesenius, *Scripturæ linguæque phœniciæ monumenta*, p. 236, tab. XXXI et sq. — Merx, *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, t. XXII, p. 695. — Clermont-Ganneau, *Origine perse des monuments araméens d'Égypte*, in *Revue archéologique*, t. XXXVI et XXXVII (separatim cusum, p. 20). — W. Wright, *The palæographical Society, Oriental series*, part. II, London, 1877, tab. XXV et XXVI, fragmenta A et B, adjuvantibus Nœldeke et Euting edita et translata.

A

Majoris fragmenti facies A maximam unius paginæ partem continet, nonnullasque litteras ad paginam superiorem pertinentes. Novem lineis constat, initio integris, ad calcem vero mancis, ultima linea excepta quæ initio et fine caret. Facies B septem lineas habet ab utroque latere plus minusve mutilas.



.....	ולא ימלא בטנהם לח[ם] .....
.....	איש כיבי אלהיהם .....
...ין	קימיהם עד יבנון קר[יה] .....
...ע	וביומן אחרנן יאכל .....
...והי	צדקה לאבוהי ויזב[ן] .....
.....	ויתקלנהי בלבה ויקטל איש ל[בני]
....תך	מראה וישרה איש בנ מראה .....
...אשה	לחם ויתכנשן אלהי מצרין .....
.....	..... שנן 43 וח .....

Lin. 1. Litteræ ultimæ partim erasæ, sed a vestigiis adjuvante apographo Geseniano (tab. XXXI) facile restituendæ; post לח supple cum Lancio et Gesenio ם, scilicet לחם «panis»; de vocabulorum sensu «ne impleatur venter eorum pane», cf. Job, xv, 2, et xx, 23.

Lin. 2. איש, vocabulum hebraicum in hoc textu et in similibus haud rarum, cf. stelam Carpentoractensem, n° 141. — Vocabula כיבי אלהיהם «dolores deorum eorum» vix aptum sensum præbent; Lancius interpretabatur «dolores magnatum eorum». Interpretes enim nonnulli אֱלֹהִים quibusdam in locis Bibliorum «magnates» vertunt, nuperque Halévy אלהין in stela Teimensi ita interpretatus est, sed hanc sententiam jam refellit Gesenius. Pronomen suffixum plur. הם in אלהיהם habes, quod æque nabatæis in titulis et aliquando in Esdra invenitur, ut jam notavit Nœldeke apud Euting, *Nabatäische Inschriften*, p. 77.

Lin. 3. Voc. קימיהם cum syriaco ܩܝܡܐ «pactus» comparandum; quartum voc., cujus initium tantum superest, ex hebraico קִרְיָה et syriaco ܩܪܝܬܐ «urbs» explendum, sed quomodo efferendum sit non liquet.

Lin. 4. אחרנן bene legit Nœldeke; אחרון quod suspicabantur Lanci et Gesenius certe falsum; pluralis est voc. אחרן, syr. ܐܚܪܢ «alius»; notandum pluralis terminationem *in* per *nun* sine *yod* indicatam esse, dualis autem desinentiam per *yod* et *nun* ut infra in מצרין, hebr. מִצְרַיִם.

Lin. 5. Primum vocabulum Lanci et Gesenius חרקה legebant; veram lectionem צדקה eruerunt Nœldeke et Euting, qui ultimum voc. ויזבח «et immolavit» vix legi posse dicunt, quum Aramæis וידבח pronuntiarent; quapropter ויזבן «et vendidit» vel «et acquisivit» probabilius.

Lin. 6. ויתקלנהי. Vocabulo isto docemur pronomina imperfecto verborum cum *nun energico* suffixa esse, ut in biblico aramaismo fieri solet; notandumque suffixum tertiæ personæ sing. הי. In fine lineæ unum vocabulum solum deesse videtur, cujus prima littera ל certa et secunda ב esse videtur; Nœldeke et Euting e vestigiis litteram *nun* suspicabantur; nos legere malumus præpos. ל et vocab. בני quod sequente in linea æque præ מראה adstat, et vertere : «Alter occidet filios domini sui et alter liberabit filios domini sui.»

Lin. 7. In vocabulo מראה «dominus ejus» tertiam litteram radicalem א quæ seriore in aramaismo evanescit, servatam, ut in Dan., iv, 16 et 21, et in papyro Taurinensi, bene notat Clermont-Ganneau. — וישרה primus legit Gesenius, qui vertit «scissurum», melius Nœldeke et Euting «liberabit». — In voc. איש *yod*, quod omissum erat, supra lineam scriptum est. — In ultimo voc. מראה ultima littera, adjuvante apographo Geseniano, facile restituitur.

Lin. 8. ויתכנשון pro ויתכנשון jam notavit Gesenius.

Lin. 9. Hujus lineæ supersunt tantum paucæ litteræ; primum voc. שנן num. plural. est voc. שנתא «annus»; quæ sequuntur non propria nomina, ut existimabant nonnulli, sed numeralia signa.

Vertendum igitur existimamus :

Nec impleatur venter eorum pane. . . .
quisque dolores deorum ipsorum. . . . .
fœdera eorum donec ædificabunt urbem. . . .
et diebus posteris edat. . . . . .
justitiam patri suo et vendat. . . . .
et perpendat in corde suo et alter occidet [filios]
domini sui et alter liberabit filios domini sui (ob)
panem et congregabuntur dii Ægypti. . . .
. . . . . annos XLIII et . . . . . .

Prioris columnæ nullum superest integrum vocabulum, nec ex ea aliquid certum proponere valemus. Quanquam altera in columna majorem linearum partem servatam habemus, sensus tamen papyri nos fallit; collatisque cæteris fragmentis argumentum libelli non clarius evadit. Quid de auctore, sermone et ætate fragmentorum istorum senserimus, ad calcem post D invenies. Hoc tantum constat fragmenta ea ab aliis in Ægypto adhuc repertis papyris sensu differre.

B

Majoris fragmenti facies adversa septem lineas continet ad unam paginam pertinentes; initium et finis desunt.



.....לבני על תסהדא זי מלכא ושמע.....
.....בר פונש הו אחר ענה מלכא.....
.....בר פונש מליא זי מלכא אמר וע[נה]...
.....[ק]טלת המו תחך בחרב חילך וח.....
.....ף יחלף לך ושביא זי שבית בזא שנתא.....
.....באלך ונרמיך לא יחתון שאול וטללך.....
....[בר פונ]ש על אלפי מלכא.....במנצ.....

Lin. 1. Vocabulum תסהדא quod Lanci et Gesenius תבהרא legebant et «splendor» vertebant, Nœldeke vero et Euting תבהבא, ægyptiacum censentes, a *bā-bā*, copt. ϧⲟⲩϧⲟⲩ «splendere», Vogüé תסהדא legit «testimonium», quod nobis certum. — זי recentiori pronomini די respondere bene notum, cf. supra lapidem Carpentoractensem, n° 141. — Ultima littera ע adjuvante apographo Geseniano restituenda.

Lin. 2. פונש, apud Lancium et Gesenium falso חנש, nomen ægyptiacum esse suspicantur Euting et Nœldeke, *pi-unsch* vel *p-unsch* efferendum, conferuntque copticum ⲡⲓⲟⲩϣϣ «canis, lupus», quod probat Maspero, qui nomen pr. *P-uonšu*  exstitisse affirmat, etsi in textu hactenus non occurrit : sed  , græce Πόωρις, invenitur, quod eumdem sensum præbet (cf. Brugsch, *Samml.-demot. griech. Eigennamen*, p. 26). Clermont-Ganneau ait duas primas litteras pro duobus *vav* sumi posse et nomen persicum esse, quod vix probandum, forma enim differunt istæ litteræ non solum hac in linea sed in sequente. — Voc. אחר «cunctatus est» melius interpretantur Nœldeke et Euting quam Lanci et Gesenius, qui «postea» vertebant; malumus vertere «moratus est», id est «destitit, tacuit». — ענה «respondit» in libro Danielis frequens.

Lin. 3. מליא «verba», ut in Dan. מִלַּיָּא, efferendum. Vestigium ultimæ litteræ ע perspicuum, fortasse restituendum וענה «et respondit».

Lin. 4. Primum voc. cum Lancio et Gesenio קטלה «occidisti» restituendum. — Voc. sequens cum Nœldekio et Eutingio המו legendum, nec המן cum Lancio et Gesenio, cf. הֲמוֹ in Esdra et הֲמוֹן in Dan. — תחך «ibis» a verbo הלך «ire», cujus imperfectum יהך in Targumis et in Esdra haud rarum invenitur.

Lin. 5. Initium incertum, fortasse יחלף לך «mutetur

tibi»; quæ sequuntur clara. — זא «hæc», vetus pronomen demonstrativum, confer lapidem Teimensem, n° 113, p. 112.

Lin. 6. באלך «in illis», cf. אִלֵּךְ in Daniele et Esdra. — שאול «Orcus» seu «sepulchrum», locutio biblica.

Lin. 7. אלפי secundum Lancium = אַלְפֵי «duces», secundum vero Gesenium «millia». Priori assentimur. — מנן, sane nomen proprium loci.

Vertimus igitur :

. . . . *filiis meis ob testimonium regis et audivit* . . .
. . . . *filius Puneš ille moratus est. Respondit rex* . . .
. . . . *filius Puneš verba quæ rex dixerat et respondit* . . .
. . . . *occidisti eos, ibis cum gladio fortitudinis tuæ et* . . .
. . . . *mutetur tibi, et captivi quos fecisti hoc anno* . . . . . .
. . . . *in illis et ossa tua non descendent in Orcum et umbra tua* . . .
. . . . *filius Puneš* (?) *in duces regis* . . . . . *in Manaṣ* (?)

C

Fragmenti minoris facies C octo versus continet utrinque mancos, qui sic leguntur :



. . . . . מלכא וזעק ומשה . . . . . .
. . . . זנה זי קרא . . . . . .
. . [ת]תלנהי כן כזי עבדת לבנוהי . . .
. . . . לולא באתר ים יקטל . . . . . .
. . . . . שעתרם בתמאי ומנה[ם] . . . . . .
. . . . . ך תהך ותשלה . . . . . .
. . . . ה עם אלהן ולחש עזור . . . . . .
. . . . י . . . ן ב . . . . . .

Lin. 1. Ultimum voc. ומשה «et unxit» vertit Gesenius, quod sensum vix aptum præbet; duæ ultimæ litteræ hodie difficillime leguntur.

Lin. 2. De voc. זנה «id» conf. lapidem Teimensem supra, n° 113.

Lin. 3. Voc. primum תתלנהי restituit et «dabis hoc» interpretatus est Gesenius, sed animadvertendum imperfectum verbi נתן in D יִנתֵן esse (cf. יִתֵּן in aramaismo biblico), formamque cum ultima radicali ל pro ן Syris solummodo usitatam; ergo quid sit initium vocabuli non liquet, nisi תתלנהי a verbo תלה «suspendere» derivetur; non obstat quin tertia radicalis ה elidatur, elisionis enim non desunt exempla in biblico aramaismo, cf. תְּהַחֲוֵנַנִי, Dan., II, 9. Sensus contextui non repugnat, si de suppliciis hic agi admittes; e suffixo pronominali imperfectum verbi esse verisimile est, cf. supra A, l. 6, ויתקלנהי; verte ergo «suspendes eum». — כן כזי «ita sicut», conf. biblicum aram. הַא־כְּדֵי, Dan., I, 43. Ultimum voc. explendum לבנוהי «filiis ejus».

Lin. 4. Voc. ultimum יקטל «interfecisset» explevit Gesenius; vestigia litteræ י adhuc apparent.

Lin. 5. Vocabula hujus lineæ nomina propria esse

(Impressum mense augusto 1889.)

valde probabile : תמאי = *Tamai* ægypt. « felis ». Ultimum etiam מנחם esse videtur quod mere semiticum.

Lin. 6. De voc. תהך vide quæ supra sub B, l. 4, diximus.

Lin. 7. עם אלהן « cum deo eorum » vertit Gesenius, at exspectares עם אלההם, cf. A, l. 1, אלהיהם; vertendum ergo « cum deo nostro ». — ולחש עזור « et susurravit : da auxilium »; verbum עזור archaicam formam hebraico sermoni similem præbet.

Lin. 8. Ex ista linea paucæ tantum supersunt litteræ, e quibus nihil est eliciendum.

Vertimus igitur :

. . . . . *rex et clamavit et unxit* (?) . . . . .
. . . . . *id quod vocavit* . . . . . .
. . . . . *suspendes eum ita sicut fecisti filiis ejus* . . .
. . . . . *nisi in loco maris interfecerit* . . . . . .
. . . . . *Šaʿatram* (?) *in Tamai* (?) *et Menaḥem* . . .
. . . . . *ibis et sistes* . . . . . .
. . . . . *cum deo nostro et susurravit « da auxilium »*.
. . . . . .

D

Fragmenti minoris facies aversa novem lineas continet ab utraque parte mutilas, quas legimus ut sequitur :



Lin. 1. ינתן forma plena imperfecti verbi in perfecto inusitati נתן « dare », cf. biblicum aramaicum יִתֵּן.

Lin. 2. Voc. primum שר legebant Lanci et Gesenius vertebantque « princeps »; secundam vero litteram ו esse parum dubium; legendum ergo שו, quod pro fine verbi habendum est.

Lin. 3. Primum voc. cum Gesenio מצרין « Ægyptus » fortasse explendum.

Lin. 4-5. Pauca voc. quæ integra manserunt clara, quæ initio vel ad calcem linearum manca haud restituenda.

Lin. 6. עלך pro עליך « super te » sumpsit Gesenius; ex-

spectares ante בר «filius» nomen proprium, sed עלך vix nomini proprio respondet. — כבוה, nomen proprium, haud semiticum, quomodo efferendum nescimus; Gesenius legebat כבדה «gloria ejus», sed e conjectura solummodo.

Lin. 7. יברכון «benedicent» incertum. — לקברה «sepulchro ejus» certum videtur. Gesenius legebat : לקראה «ad vocandum», quod vero sensum meliorem non præbet.

Lin. 8. Nullam præbet difficultatem hæc linea.

Lin. 9. בפלג more hebraico «in rivo» vertebat Gesenius; sed aramaico sermoni alius sensus nempe «in medio» aptior. — תלך finis vocabuli cum pronomine suffixo secundæ personæ videtur esse, cujus initium non liquet; ne hebraico more תֵּלֵךְ legas et «ibis» vertas; etenim sermone in isto imperfectum verbi הלך esse יהך sub B, l. 4, et C, l. 6, vidimus. Ultimi vocabuli initium tantum superest.

Vertimus igitur :

. . . . . *Quod dabit ei pater ejus* . . . . . .
. . . . . *runt dii Ægypti qui* . . . . . .
. . . . . *Ægypti et erunt* . . . . . .
. . . . . *et peribit justitia et* . . . . . .
. . . . . *et foras ductus est vir* . . . . . .
. . . . . *Allak* (?) *filius Kibvah* (?) *qui* . . . .
. . . . . *benedicat sepulcro ejus* . . . . . .
. . . . . *et dicent ei angorem meum* . . . . . .
. . . . . *in dimidio* . . . . . .

Versionem verbatim fragmentorum dedimus, sed libri tam fracti et mutili argumentum exponere vix audendum. Sunt qui paginis in istis vestigia commentationis haggadicæ a Judæo quodam de exitu Israelitarum ex Ægypto conscriptæ cernunt; aliis fragmenta sunt libelli a pagano aramæo contra deos Ægypti compositi. Clermont-Ganneau conjicit librum illum nihil aliud esse atque relationem seditionis ex Ægypto ad regem Persarum missam. Aliquid verisimile sententiam ejus præbere non negandum; fortasse historiam totam rebellionis hic conscriptam habere non negares, scilicet : jussa regis in noxios, descriptionem suppliciorum peractorum, et munerum ducibus regis datorum; qua sententia intelliges cur imperfectum verborum tam frequens sit. Quidquid id est, haud dubium duo fragmenta A-B et C-D ejusdem libelli esse; eodem calamo scripta sunt, iisdem locutionibus scatent : utrum auctor Aramæus fuerit an Judæus aliquis aramæa lingua loquens, dubium; sermo enim, etsi aramaicus, certis tamen hebraismis distinguitur; sic et titulus Carpentoractensis.

Scriptura papyrorum Blacassianorum recentior est quam scriptura papyri Taurinensis; ergo ultimis quinti sæculi ante J. C. annis adscribendi nobis videntur.

146

(Tab. XVII.)

Papyrus a Drovetti quondam in Ægypto repertus et cum maxima Drovettianæ collectionis parte museo Luparensi emptus. Magno fragmento constat utraque facie conscripto; facies quæque reliqua præbet duarum columnarum, quas numeris I, II, III, IV designabimus. Imaginem photographicam ex ipso monumento efficiendam curavimus.

Primus edidit : Abbas Barges, *Papyrus égypto-araméen appartenant au musée du Louvre*, Paris, 1862. — De textu postea

egerunt : Prætorius, *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, t. XXXV, p. 444. — Clermont-Ganneau, *Origine perse des monuments araméens de l'Égypte*, in *Revue archéologique*, janvier 1879 (separatim cusum, p. 18). — William Groff, *Journal asiat.*, 8e sér., t. XI, p. 305, et t. XIII, p. 114. — M. de Vogüé, *Journal asiat.*, 8e sér., t. XIII, p. 277.

A



Col. I. Col. II.

Quod hebraicis litteris transcriptum restituimus ut sequitur :

	Col. I.	Col. II.
1	...[בירח] פאפי זי מת[כ]תב	נפקתה בירח פאפי
2	...[חמר] מצרין קלבי 1	ב 1 לפאפי לשרתא חמר צידן קלבי 1 מצרין [קלול 1]
3	...[מצר]ין קלול 1 קלבין 2	ב 2 לפאפי לשרתא מצרין קלול 1 קלבין 2
4	.....	היב לצחא בר פמת חמר מצרין מאנן 5 ו.....
5	.....	בנף קלולן 2 קלבין 3 עליך זער שר.....
6	.....	.....ב..ל עליך קדם עחר מ[צר]ין קלול 1
7	.....	..... מצרין קלול 1

8 ....[ב]ל[י]לא מצרין קלבי 1

9 ....זי בצ.נה מצרין קלול 1

10 .... [ב...לפאפי] לשרתא חמר צידן קלבי 1 מצרין [קלול 1]

11 .... [ל]....בר פחה מצרין קלול 1

12 ....ל [שרתא] מ[צרין קלו]ל 1

B

Col. IV. Col. III.



Hebraicis litteris transcriptum et restitutum :

1 .... ב 23 לשרתא קלול 1 קלבי 1

2 .... ב 24 לבנור 1 קלבין 2

3 .... לנקיה קדם אפתו אלהא רבא קלבי

4	.....	לנקיה קדם אסי רבתי קלבי 1
5	...התון 10	לשרתא חמר צידן קלבי 1
6	...[קלבי] 1	ב 25 לביחך זי הו יום לנדר לשרתא קלולן 2
7	.....קלבי 1	ב 26 קדם א[וסרי].....
8	.....	עליך אנוומי.....
9	...[קלול] 1	ב 28 ל.....
10	...[קלב]י 1	ב 29 ל.....
11	... פינתא	עחרנפי ה....
12		לב....א.....
13		ל.....

Fragmentum libelli habemus, in quo pincerna aut major domus principis alicujus impensas in diem inscribebat : confer papyrum Vaticanum de quo infra agetur (sub nº 147), papyros etiam græcos ex Ægypto oriundos, qui impensas domus privatæ continent.

Col. I, lin. 1. Initium deest. פאפי, nomen mensis secundi anni civilis apud Ægyptios, qui 27° vel 28° die octobris incipiebat; græce Παωφι, arabice بابه, *babih*. Sequitur זי et vocabulum quod Bargès מתציב legebat a צוב, et « veniens » vertebat, id est « mensis Paophi præsentis »; quod vix probandum; nam dubium est צוב hoc sensu usurpari. Legimus מתכתב « scriptum ».

Lin. 2. Deest initium. — מצרין, nomen Ægypti; e contextu columnæ secundæ apparet vocabulum חמר restituendum esse et de vino ægyptiaco agi. — קלבי, vocabulum quod sæpius in textu occurrit et post quod signum numerale sequitur; ergo mensuræ cujusdam nomen; tertiam litteram quæ sæpius cum sequente littera י ligatur, Bargès ו putabat esse, et קלוי legebat, quod « coctum » interpretabatur. Cui assentiri nequimus. Virum enim doctum fefellit vocabulum modo singulari, modo plurali numero occurrere, et, quum singulari, monadem sequi, quum plurali, signa numeralia plurima; monadem non agnovit et siglum esse putavit, unam amphoram designans. Eodem errore deceptus, vocabulum קלול, quod sequente in linea et passim legitur, pro epitheto habendum censuit et « commune, vile » interpretatus est; nobis vero « amphora ». Sic et vocabulum מאן « dolium » (col. II, lin. 4) non dignovit, ita ut, etsi generalem textus sensum optime discreverit, singulas partes non intellexerit. Nobis de tribus vasis agitur ad liquida metienda : de « dolio » מאן, de « amphora » קלול, et de minore sane mensura, forsan « lagena », cujus nomen קלבי. Tertia vocabuli littera nobis haud dubio ב. Littera ו nunquam cum sequente littera alligatur; confer etiam in linea 1ª vocabulum בירח in quo litteræ בי similes omnino sunt et simili modo alligantur. William Groff vocabulum קלבי cum vocabulo *kelbi* contulit, quod doctus vir Revillout (*Revue égyptologique*, t. I, p. 66) in demotico textu ægyptiaco cum sensu « vinum » reperit, sed a sermone ægyptiaco alienum esse declaravit. An cognatio aliqua inter ambo vocabula agnoscenda sit, non valemus dicere, et vocabulum aramaicum pro mensura habendum firmiter existimamus. Etymologiam vero ejus nescimus; confer tamen arabicum voc. قالب « forma », quod etiam speciem thecæ aliquam significare nos Dozy docet, vide *Supplément aux dictionnaires arabes*, II, p. 391.

Lin. 3. Initium deest. מצרין certe restituendum. Ad calcem legimus 2 קלבין 1 קלול « amphora una, lagenæ duæ ». — קלול legendum est et non קלל ut putabat Bargès, vocab. aramaicum quod « vas fictile » significat; forsan ex ægyptiaca lingua assumptum, nam Groff affirmat voc. *qerer, qelel* « vas » remotissimis temporibus usitatum fuisse, unde copticum ⲕⲉⲗⲉⲗ « vas parvum ». Hodie etiam Arabes قُلَّة, plur. قلل, hydrias parvas fictiles vocant quibus aqua Nili ad potum continetur.

Col. II, lin. 1. נפקתה « impensæ »; terminatio ה statum emphaticum designare videtur. — בירח פאפי « mense Paophi ». Titulus capitis a posterioribus lineis majore intervallo separatus.

Lin. 2. ב 1 לפאפי « primo die mensis Paophi ». Impensæ in singulos dies inscriptæ sunt. — לשרתא « pro

prandio» cum abbate Bargès vertimus; שרתא defective pro שרותא scriptum. Addit Bargès שרתא «domina» (a שר «princeps») vel «minister» (a שרת «ministrare») significare posse, sed minus probabile. — חמר צידן «vinum Sidonium», vinum a Phœniciis vel Syris fabricatum apud veteres quæsitissimum (conf. Athenæum, *Deipnosophistæ*, I, 23.) — קלבי nobis non «coctum» ut vertit Bargès, sed vas seu mensura est, sicut jam diximus, et signum quod sequitur non amphoram sed monadem designare pro certo habemus. — מצרין vertendum est «vinum ægyptiacum», subaudito voc. חמר; postea sequebatur numerus amphorarum, sed nunc deletus. De vino ægyptiaco cf. Gen., XL, 9-11, et Athenæum, *Deipnosoph.*, I, 25.

Lin. 3. Vocabula lineæ istius jam in superioribus lineis inveniuntur : 2 קלבין 1 קלול, sicut in columna prima, sine ullo dubio legendum; quod vertimus «amphora una, lagenæ duæ».



Lin. 4. היב. Prima littera sine dubio ה et non ח ut censebat Bargès; ergo defective pro יהיב «datum», quod cum contextu magis congruit quam «debitum». — צחא nom. pr. jam notum, cf. supra, n^um 138 B, ægypt. [hieroglyphs], græc. Τεώς, Ταχώς. — פמת, nomen propr. ægyptiacum [hieroglyphs] «qui deæ Mut est» secundum Maspero, qui illud legitimum existimat etsi in textu hieroglyphico hactenus non apparuit. — מאנן «dolia» sine ullo dubio; ergo «dolia quinque» et non «septies centum» ut vertebat Bargès, quod ab aramaica notatione omnino alienum. Finis lineæ deest; supersunt tantum copulativæ ו vestigia; sane nominabantur homines quibus datum fuerat vinum de quo mentio fit in linea sequente.

Lin. 5. בגף haud dubium (cf. infra papyrum Vaticanum sub n° 147, l. 1), quod «viritim» vertimus; de vino sane igitur «viritim» distributum. Legebat Bargès בגו et dubitans vertebat «in medio», id est «in medio mense Paophi», quod haud verisimile; בגוה «in medio ejus» saltem exspectares, si crederes diem insolita illa notatione indicatum fuisse. Quod sequitur sensus est obscuri : עליך «a te» certum videtur, quippe quod sæpius in textu appareat; de domino sane agitur cui ratio reddita est; זער «parvum» æque certum, ultimum vero vocabulum mutilum; restituit Bargès שנין et vertit עליך זער שנין «super te parvum annorum», id est «super te, o adolescens», quod cum contextu minime congruit : שרתא e vestigiis legendum esse crederes, incertum vero valde; vocabulum malumus imperfectum relinquere; forsan de parva mensura seu portione vini agitur, quam dominus ipse sumpserat; sic et in linea quæ infra sequitur.

Lin. 6. Inde a linea ista usque ad papyri finem linearum initium deest. בכל «in totum» legebat Bargès; nobis vero dubium, nam secunda littera cum sequente alligata ב potius quam כ videtur esse. — קדם certum; bis in facie adversa apparet, dei alicujus nomini præpositum, cui libamina offeruntur; verisimile ergo est divinum nomen sub sequente vocabulo latescere; hoc עמך legebat Bargès et vertebat «coram populo tuo», quod minime aptum; secunda etiam littera non מ sed ח legenda, ergo עחד vel potius עחר; conf. divinum nomen quod in proscynemate agnoscendum existimavimus (supra sub n° 136). — Voc. מצרין facile restituendum; quod sequitur est mensura.

Lin. 9. Vocabulum, quod post præpos. ב sequitur, videtur esse nomen loci. Deest secunda littera; si ע restitues, fiet צענה, ægypt. [hieroglyphs], nomen urbis Tanis satis notæ.

Lin. 10. Lineæ secundæ omnino similis; diei solum notatio differebat.

Lin. 11. Nomen viri deletum. בר «filius» certum, ergo quod sequitur פחה nomen proprium et non «præfectus provinciæ» ut credebat Bargès collatis Dan., III, 2; VI, 8; Esdr., V, 3, etc. Nomen ægypt., teste Maspero, [hieroglyphs] *Paḥa*, *Paḥai* (Lieblein, n° 1204).

Lin. 12. A superioribus lineis facile restituitur.

Facies B, col. III. Paucissima supersunt, quæ sensum fere nullum præbent. Litterarum tamen vestigia indicant etiam in hac columna conscriptas fuisse impensas in mense aliquo solutas, cujus nomen sequentis columnæ textu docemur, *Koihak* scilicet.

Lin. 5. Finis vocabuli quod Bargès התוור, *Hathur*, legebat; sed valde dubium.

Lin. 6. Signum numerale cui certe præponebatur mensura, seu קלבי seu קלול.

Lin. 8. 1 קלבי certum, quod etiam in fine linearum 9 et 10 legebatur.

Lin. 11. פינתא «angulus» vertitur; quis sit vero vocabuli istius cum contextu nexus, minime liquet.

Col. IV, lin. 1. Post præp. ב numerale signum 23 et non 4 ut credebat Bargès; subaudiendum nomen mensis quod infra in lin. 6 *Koihak* esse videbimus. Cætera e facie anteriore jam nota.

Lin. 2. לבגור virum designare videtur, cui vinum datum est; si mensis nomen, ut putabat Bargès, mentio impensæ imperfecta esset. Præterea non possumus legere כיחך ut in linea 6. Sequitur signum numerale 1, quod interpretari non valemus; forsan ו prave scriptum, בגורו.

Lin. 3. לנקיה «pro libatione», cf. syr. ܢܘܩܝܐ. Nomen dei, coram cujus imagine libatum erat vinum, legebat

Bargès אפתח, *Phtah*, cum א prosthetico. Ultima vero littera non ח sed ו vel ף; hasta est unica. Quis autem sit deus אפתו obscurum. Maspero nos docet aliquam dei Anubidis formam esse , *Uapuaïtu*, *Apuaitu*, quod cum nostro אפתו forsan conferre licet, etsi ægyptiacum nomen potius אפויתו transcriptum fuisset; «deus magnus» dicitur, אלהא רבא, quod ægyptiaco respondet.

Lin. 4. Hic quoque de vino agitur pro libamine coram numinis imagine dato; sed numinis nomen non clare apparet; legebat Bargès אסירי אמתי «Osiris, fulcrum meum», litteras scilicet novem; textus vero septem tantum continet; legimus אסי רבתי «Isis domina» (de רבתי cf. *C. I. S.*, part. prim., t. I, p. 5). Vocabulum קדם, quod scriba omiserat, postea super lineam scriptum est.

Lin. 6. Initio signa numeralia 25 certa. Postea nomen mensis כיהך *Koihak*, ægypt. *Kahika*, posterius ab Arabibus كيهك transcriptum. Quartus erat civilis anni mensis. Dies vigesimus quintus dicitur «ad votum solvendum» consecratus : זי הו יום לנדר.

Lin. 7. Hic etiam de libatione mentio erat, sicut liquet e vocabulo קדם; de numinis nomine prima littera א solum superest; forsan restituendum אוסרי «Osiris» vel אסי «Isis», ut supra.

Lin. 8. אנווטי interpretari non valemus.

Lin. 11. Vocabulum valde obscurum; Bargès legit עת מנוי «tempus statutum», quod sensui minime aptum videtur. Nobis litteræ claræ, excepta secunda quæ ח esse videtur; ergo עחרנפי. Terminatio נפי certa; quam nobis Maspero affirmat ætate papyri nostri frequentissimam esse, id est «bonus», cujus antiqua pronuntiatio *Nufir*, recentior vero *Nufi* erat. Nomina propria multa cum nomine divino et *Nufi* composita sunt : *Phtah-nufi*, *Thot-nufi*, etc., id est «Phtah est bonus, Thot est bonus», etc. Nomen nostrum forsan cum numinis istius עחר nomine compositum, quod jam bis (supra, col. II, lin. 6, et sub n° 136) agnoscendum esse putavimus : *Ahornufi*, id est «Ahor bonus est».

Lin. 12. Nomen proprium, cujus prima et ultima litteræ solum certæ.

Verte igitur si lubet :

Facies A.

Col. I.

1 . . . . .[*mensis*] *Paophi quod scriptum.*

2 . . .[*vini*] *ægyptiaci qelbi* I.
3 . . .[*vini ægyptia*]*ci qelul* I *qelbi* II.

Col. II.

1 *Impensæ in mense Paophi.*

2 *Die* I (*mensis*) *Paophi, pro prandio vini Sidonii qelbi* I, *ægyptiaci* [*qelul* I].
3 *Die* II (*mensis*) *Paophi, pro prandio* (*vini*) *ægyptiaci qelul* I, *qelbi* II.
4 *Datum Seḥo, filio Pamuti, vini ægyptiaci dolia* V, *et . . .*
5 *viritim qelul* II, *qelbi* III. *A te paulum s . . .*
6 . . . . . *in . . . a te coram Aḥor* (?) (*vini*) *ægyptiaci qelul* I.
7 . . . . . *ægyptiaci qelul* I.
8 . . . . . *noctu ægyptiaci qelbi* I.
9 . . . . . *quod in Ṭani* (?), *ægyptiaci qelul* I.
10 [*Die . . . Paophi*] *pro prandio vini Sidonii qelbi* I, *ægyptiaci* [*qelul* I].
11 [*datum . . . . . .*] *filio Peḥæ* (*vini*) *ægyptiaci qelul* I.
12 [*Die*] . . . . . *pro* [*prandio*] (*vini*) *æg*[*yptiaci qelu*]*l* I.

FACIES B.

Col. III.

5 . . . . . x.
6 . . . . . [*vini ægyptiaci qelbi*] I.
7 . . . . . *qelbi* I.
9 . . . . . [*qelul*] I.
10 . . . . . [*qelb*]*i* I.
11 . . . . . *angulus.*

Col. IV.

1 *Die* XXIII *pro prandio qelul* I, *qelbi* I.
2 *Die* XXIV *pro* . . . . . *uno qelbi* II.
3 *pro libatione coram Apuaïtu Deo Magno qelbi* I.
4 *pro libatione coram Iside domina qelbi* I.
5 *pro prandio vini Sidonii qelbi* I.
6 *Die* XXV (*mensis*) *Koihak, qui est dies in votum, pro prandio qelul* II.
7 *Die* XXVI *coram O*[*siride?*] . . . . . .
8 *A te* . . . . . .
9 *Die* XXVIII *pro* . . . . . .
10 *Die* XXIX *pro* . . . . . .
11 *Aḥornufi* . . . . . .
12 *pro B*. . *a* . . . . . .
13 *pro* . . . . . .

De ætate papyri pauca dicenda : Clermont-Ganneau, qui vocabulum פחה « satrapem » vertebat, eum eo tempore conscriptum esse dixit, quo Ægyptus Persarum imperio subdita erat. Etsi argumentum versio nostra falsum ostendit, recta tamen sententia nobis manet. Papyrum regnantibus Achæmenidis conscriptum esse putamus, posterius vero quam Blacassianos; quarto ergo sæculo adscribendum.

147.

(TAB. XVIII.)

Fragmenta papyracea aramæis litteris scripta, quæ in museo Vaticano nunc asservantur, Lanci anno 1827 (*La scrittura ill. con mon. fenico-assyr. ed egiz.*, Roma, 1827) primus nota fecit; ea vero nec descripsit nec vertit; paulo post Seyffarth illorum apographum sumpsit, quod ad Ferd. Beerium et ad Gesenium misit. Gesenius (*Scripturæ linguæque phœniciæ monumenta*, I, 245), amico suo nolens justam primæ editionis laudem præripere, ab omni commentario abstinuit; Beerius autem mortem obiit antequam opus suum persolvisset, et mox eum in Orcum sequutus est magister et amicus Gesenius. Tunc nemo fragmenta Vaticana curavit, donec Vogüé, anno 1881, eximium eorum apographum fecit, quod in egregio ejus opere *Syrie centrale* cum fusa commentatione invenitur.

(Impressum mense augusto 1889.)

Sunt septem fragmenta litteris A, B, C, D, E, F, G insignita; imaginem damus sole expressam quam nobis doctus vir J. B. de Rossi faciendam curavit.

De eo egerunt : M. de Vogüé, *Syrie centrale, Inscriptions sémitiques*, p. 125-131, et tab. XVI. — Prætorius, *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, 1881, t. XXXV, p. 444. — Ledrain, *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, 1884, p. 23.

A et B.

Fragmenta A et B ad eumdem libellum pertinere et scripturæ species et papyri fibræ demonstrant; imo unam paginam efficere videntur; ea ergo simul tractabimus. Hoc vero dignum est quod notetur, documentum nostrum generis istius esse quod *palimpsestus* dicitur; si enim imaginem sedulo inspexeris, duo textus tibi clare apparebunt, alter ablutus, alter superscriptus. Textus abluti hæc sunt vestigia : inter primam et secundam lineam numeralia signa [illegible], id est LXXXVIII; sub linea octava litteræ [illegible]; inter decimam et undecimam vocabulum [illegible]; post ultimam lineam linea tota perspicua, etsi litteras et sensus discernere non valemus. Magni tunc pretii erat papyrus; nil mirum si chartarum folia, ad domesticos usus usurpata, post completum negotium lavabantur et ad novas scripturas accommodabantur. Libellus noster rationum tabulas vicissim scriptas continebat; ergo ejusdem generis ac papyrus Luparensis. Fragmenta A et B unam columnam fere completam et posterioris columnæ nonnullas litteras exhibent, hoc modo distributas :



	Col. I.	Col. II.
1 A	[illegible]	[illegible]
2	[illegible]	[illegible]
3	[illegible]	[illegible]
4	[illegible]	[illegible]
5	[illegible]	[illegible]
6	[illegible]	
7 B	[illegible]	
8	[illegible]	
9	[illegible]	
10	[illegible]	
11	[illegible]	
12	[illegible]	
13	[illegible]	



Hebraicis litteris transcribendum et restituendum :

	Col. I.	Col. II.
1 A	....עלן בגפא גפיא	ע מפ.....
2	....מ גו	כל.....
3	13887....	ע בנדומ...
4	[יהי]ב לענחחפי בר פטאסי למורא (?)	מפש....
5	850....	ע לעז.....
6	.....מו ככל רעי 10	
7 B	[נ]פקת נפשה	
8	יהיב לתבא בר[ת] מ.....	
9	[ל]ענחבס בר פטאסי.....	
10	לשחפימו בר חרוט.....	
11	לפטחרפחרט בר פ[ט].....	
12	ע לפטסבק [רעי] 14	
13	לפמסח בר שחפימו רעי 124	
14	נפקת מדינתא	
15	ע לפטתום רעי 60	
16	לאחרחיב בר חפימו 60	
17	כל רעי 814	

Col. I, lin. 1. Voc. עלן בנפא גפיא cum titulo « Ἔσλω δὲ τὸ κάτανδρα τῶν σωμάτων » papyris græcis ex Ægypto oriundis inscripto, qui pecunias pro sepultis corporibus debitas enuntiant, confert Vogüé, cf. *Notices et extraits des manuscrits*, t. XVIII, part. II, p. 123. Voc. עלן « charta » aut « æstimatio » vertit ille, prout ad hebr. עֲלָה « folium » vel ad targumicum עילויא « æstimatio » referendum est. Voc. בנפא גפיא « in corpora », hoc est « in capita, viritim » interpretatur : attamen בנפא cum גפיא constructum non videtur; alterum singulare, alterum plurale est. עלן fortasse עֲלָן efferendum est et pro participio plurali verbi על « intrare » sumendum, hoc est « intrant » vel explendum [הַ]עֲלַן « introduximus », hoc est « inscripsimus ». Quidquid id est, de ratione sane agitur impensarum ad corpora spectantium, seu viventium, seu defunctorum; verum textus ita mutilati sensum elicere haud facile.

Lin. 2. מנו. Ledrain conjicit מנפתא, quod «conclusio» vertit, sed vix probandus; etenim littera מ a litteris נף spatio separatur, nobis potius מינו «scilicet».

Lin. 3. Hæc linea numerum continet quem Vogüé 3887 legebat; primus ille signum *mille* agnovit, demonstravitque monades quæ a dextris signi inscriptæ sunt millies numerandas esse; signum vero ipsum non numerandum; sic et quum centenos numeros indicat; signum autem , quum *decem* valet, semper numerandus; ergo = 3000 et = 800, dum = 13 et = 103. Duas lineolas quæ initio versus apparent Vogüé omittebat; hodie vero numerandas censet; superior certe , id est *centum*, si monades a dextris scriptæ erant, vel *decem*, si nihil a dextris deest. Inferiorem lineolam interpretari non valemus; fortuite forsan scripta. Nobis = 13000. Conf. signum *mille* in titulo phœnicio nuper ex urbe Tyro effosso (Schröder, *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, t. XXXIX, 1885, p. 317; Euting, *Uebersicht der aramäischen Ziffern*, in *Nabatäische Inschriften*, p. 96 et 97, et Prætorius, *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, t. XXXIX, 1885, p. 516). Numerus ergo totus 13887. Quæ sequuntur litteras Vogüé legebat דרכמן = δραχμαί, quem Ledrain secutus est. Postea vero agnovit litteras ad secundam columnam pertinere, vel ad textum ablutum. Pecuniæ nomen ergo subauditum.

Lin. 4. Initio littera ב certa; Vogüé restituit [יהי]ב «datum» e fragm. B, l. 8. — ענחחפי, nomen proprium ægyptiacum *Anḫḥapi* «vita Apidis», quod jam in stela Vaticana legimus (cf. supra, n^um 142). — Nomen patris, quod etiam in linea 9 invenitur, Ledrain פטאסי legit, id est «qui deæ Isis est»; ægyptiace ; cui assentimur. — Quæ sequuntur haud clara; quæ Vogüé sine interpretatione reliquit, Ledrain למורא מפש legit, hoc est «pro myrrha memphitica»; litteræ vero מפש separandæ, initium enim sunt versus ad secundam columnam pertinentis; למורא accipiendum et vertendum «pro myrrha» ad sepelienda cadavera empta.

Lin. 5. Initium deest, deinde numerus 850 certus; quæ sequuntur Ledrain «drachmas pro pecude» vertebat; columnæ vero secundæ adjungenda sunt.

Lin. 6. Vocabula maxima e parte fragmento papyri anepigraphi tecta : בכל «in toto» vel ככל «sicut totum» satis perspicuum; sequitur vocabulum quod etiam infra in lineis 13, 15 et 17 invenitur et pecuniam designat; רעי vel דעי legimus; quis sit sensus dicere non valemus. Ledrain כתי legebat et *kite* vertebat, id est ponderis genus quod doctus vir Revillout pecuniæ vicem ante Lagidarum tempora explevisse demonstravit (*Revue égyptologique*, ann. II, p. 259 et seq.). Assentiri nequimus; si enim vocabuli litteras cum (l. 3, 6, 17) et (l. 4, 9, 10, etc.) contuleris, tibi lectio falsa certe apparebit. Deinde signum «decem» certum.

B, lin. 7. Initium Vogüé restituit : נפקת נפשה, verbatim «impensæ personæ ejus», id est «impensæ pro domino ipso», vel impensæ domesticæ quæ ab impensis «pro urbe» vel publicis in lin. 14 et seq. inscriptis distinguuntur.

Lin. 8. De nomine ægyptiaco תבא «Taba», quod in lapide Carpentoractensi invenitur, vide quæ supra sub n° 141 dicta sunt. — Vocabulum sequens restituit Vogüé ברת «filia»; nomen patris vel matris et pecuniæ mentio desunt.

Lin. 9. ענחחבס, nomen proprium cum *anḫ* «vita» et *ḥabis* «stella, decanus» (cf. stelam Vaticanam sub n° 142) compositum; Vogüé legebat רוחחבס et vertebat «spiritus decani», hodie vero alteram lectionem ipse proposuit. Initio ל restituendum.

Lin. 10. שחפימו vel שחכימו, nomen proprium ignotum : forsan *Šaḥpiramu* , lapso ut ea ætate solet : nomen Maspero in textu ægyptiaco nondum invenit, sed Σάχπηρις, quod exstat, cum eisdem elementis compositum esse putat; sensus foret : «Is qui in eis initium sumit.» — חרוט nomen patris, seu חרוטי, nam finis vocabuli deest; Maspero idem esse putat ac vel *Hrudi*, *Hruti* «juvenis», quod frequentissimum esse ea ætate docet.

Lin. 11. De nomine פטחרפחרט, *Peṭeḥarpoḥrates*, vide quæ supra diximus sub n° 138.

Lin. 12. Initio signum , quod sæpius in nostro textu invenitur et forsan pericopen indicat. Nomen proprium Vogüé נוטברק legebat; hodie vero melius פטסבק, dum primam litteram ad textum ablutum pertinere censet; quod nomen Maspero græce transcriptum fuisse docet Πετέσουχις, ægyptiaceque transcribendum esse putat *Peṭe-Sobkou* «datus a deo Sobku (Crocodilo)».

Lin. 13. Primum nomen lectu difficile sine interpretatione reliquerat Vogüé, hodie פמסח, *Pamsuḥ*, legit, quod Maspero «crocodilus» vertit et hoc modo ægyptiace scribendum affirmat, , etsi hactenus in textu hieroglyphico non repertum. Sunt et hodie in Ægypto homines quibus nomen inditum *Timsaḥ*, تمساح, «crocodilus» : Maspero duos cognovit in vico Karnak, quorum prior عقيل تمساح, *Aqîl Timsaḥ*, alter autem سباق تمساح

Sabak Timsaḥ appellabatur, addito veteri nomine *Sabak*, *Sobku*, quod Crocodili dei proprium erat. — De nomine patris שחפימו cf. supra, lin. 10. — De pecuniæ nomine רעי vel דעי jam disseruimus sub lin. 6. — Numerus 124 certus.

Lin. 14. Initium pericopes alterius, titulo designatæ נפקת מדינתא « impensæ urbis », id est impensæ urbanæ, publicæ.

Lin. 15. Nomen quod sequitur Vogüé legebat לפטקדם, scilicet פטקדם cum præpositione ל; Ledrain vero legit לפטתום « qui dei Tum est »; probat Maspero, etsi nullum cognoscit vocabuli exemplum, quod vero legitime scribendum esse putat hoc modo :  *Peṭetumu.* Longo separatus intervallo scriptus est numerus 60, ita ut superioribus posterioribusque numeris facile addi possit. Ante signa numeralia vocabulum, quod Ledrain כטין legit, Vogüé autem רעי.

Lin. 16. Nomen proprium semiticum cum præpositione ל, quod אחרחוב « frater extensionis vel plateæ » legit de Vogüé; Ledrain vero אחרחיב « frater extensus ». Fortasse רחוב, vel רחיב nomine in isto epitheton maximi dei est et vertendum « cui Extensus frater est »; cf. biblica nomina אֲחִירָם, אֲחִיָּה, etc. — Patris nomen חפימו Vogüé nunc legit; cui assentimur.

Lin. 17. Hæc linea summam totam continet omnium impensarum, scilicet 814 *Ra'i*. Sin autem numeros superstites computatione una comprehenderis, summa tota erit 258, unde patet summam impensarum, cujus mentio evanuit, 556 esse, inter quatuor viros, lineis 8-11 inscriptos, distribuendam. Nota consummationem numerorum eodem modo factam esse, quo apud nos fieri solet, excepto eo quod a sinistris initium ducitur.

E columna II supersunt tantum pauca e quibus nil certum elicere possumus.

Verte igitur si lubet :

Col. I.

A	1	*Ratio corporum viritim*	
	2	*scilicet* (?)	
	3	....*13887*.	
	4	*Datum Anḫḥapi, filio Peṭisi, pro myrrha* (?)	
	5	.....*850*.	
	6	.....*in toto R. 10*.	
B	7	*Impensæ domesticæ*	
	8	*Datum Tabæ, filiæ M*.....	
	9	*Anḫḥabis, filio Peṭisi*,.....	
	10	*Šaḥpimu, filio Ḥruṭi*,....	
	11	*Peṭeḥarpoḫrati, filio Peṭ*.....	
	12	*Peṭesobku*	*R. 14.*
	13	*Pamsuḥ, filio Šaḥpimu,*	*R. 124.*
	14	*Impensæ urbanæ*	
	15	*Peṭetum*	*R. 60.*
	16	*Aḫreḥib, filio Ḥapimu,*	*R. 60.*
	17	*Summa tota*	*R. 814.*

Fragmenta alia papyracea sine ullo ordine eidem paginæ agglutinata sunt; sensum nullum præbent; ea brevissime transcribimus :

C



... *manu factum est in*.....

D

Lin. 1. בגופא forsan «in corpus» vertendum et cum בנפא in fragmento A, lin. 1, conferendum.

Lin. 2. לי «mihi», si vocabulum integrum habes.
Lin. 3. Nihil certum.

E

Forsan נפשה «persona ejus».

F

Lin. 1. Forsan idem vocabulum, quod pecuniæ alicujus genus designans jam vidimus.

Lin. 2. Supersunt solummodo duæ litteræ e quibus nihil certi eruere valemus.

Mutili istius libelli conscriptio ultimis Achæmenidarum temporibus adscribenda nobis videtur.

148

(Tab. XV.)

Fragmentum papyri, qui olim Romæ in museo Borgiano, nunc vero in museo Sacræ Congregationis de propaganda Fide asservatur. Hoc Lanci memoravit in suo opere jam laudato (1827), sed neque descripsit neque interpretatus est. Apographon, quod Seyffarth fecerat et cum apographo papyri Vaticani ad Gesenium et Beerium miserat, eadem fata habuit (vide supra, p. 161). Abbas Bargès et Vogüé brevem monumenti mentionem fecerunt, textus vero exemplum assequi non potuerunt. Anno tandem 1884, quum Ledrain imaginem sole expressam accepisset, textum edidit et interpretari conatus est; fere eodem tempore Euting textum notum faciebat, nulla vero versione adhibita. Imaginem damus quam nobis clarus vir J. B. de Rossi sole exprimendam curavit.

De textu egerunt : Ledrain, *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, 1884, p. 30, cum tabula. — J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, 1885, ex *Sitzungsberichte der Akad. der Wissensch. zu Berlin*, fasc. xxxv (separatim cusum, p. 2), cum tabula.

Textum sic legimus :

פטי בר פחפי ל..תזחא	נסי בר נמני [illegible]חומא
פסמשך בר פ.ת בר נטצב בר..	נתשען בר נ[illegible]ן בר נסקב בר[illegible]
פמן בר בנ[ת]	נתן בר נ[illegible]
סמתו בר ענחמ[ט]	נתיו בר ינמת[illegible]
הדיו בר פטא..	תדיו בר נסא[illegible]
חנס בר פטאסי	תנג בר נסאגי

Tabulam rationum habemus ejusdem generis ac tabula papyrorum Luparensis et Vaticani; hominum nomina in seriem distributa supersunt; desunt numeri impensæ pecuniæ. Nomina pleraque a sermone aramaico aliena et ad ægyptiacam linguam pertinentia; quæ docti viri Maspero auxilio interpretati sumus.

Lin. 1. פטי, nomen proprium ægyptiacum, (Lieblein, n° 1339), quod Maspero ætate regum Saitarum et Persarum frequens esse docet. — פחפי, nomen pr. ægypt. quod in papyris græcis Πάαπις transcriptum invenitur (*Notices et extraits des manuscr.*, t. XVIII, part. II, p. 347). Ægyptiacam transcriptionem in textu hieroglyphico Maspero nondum vidit, eam vero affirmat fuisse . Quæ sequuntur difficillima. Ledrain vocab. חיתא « butyrum » suspicatur, quod vix probandum.

Lin. 2. פסמשך nom. pr. certum; sed quid significet incertum; neque aramaicum neque ægyptiacum videtur, forsan persicum; quæ sequuntur incerta; nomen patris forsan פרת = (Lieblein, n° 1052).

Lin. 3. פמן, nom. pr. ægypt., græce Φάμινις, id est *Pa-Amen* « qui dei Amen est ». — Nomen patris sane בנת. Cf. supra, n^um^ 123.

Lin. 4. סמתו, nom. pr. ægypt., græce Σμήτ. Secundum Maspero ægyptiace *Nsmit* scriptum in demotico textu insulæ Philarum; potest etiam ex nomine *Nsmut* derivari, quod Maspero exstitisse existimat, etsi hactenus non cognitum : *Ns*, *Nsi* Græci semper Σ vel Z transcripserunt : exempli gr. *Nsbindidi* = Σμένδης, Ζένδητις; nil mirum si Araməi eodem modo sonum perceperunt et reddiderunt. — ענחמט, nomen patris vel matris mere ægyptiacum, etsi in textu ægyptiaco non occurrit, *Anḫ-mut* « vita deæ Mut ».

Lin. 5. הדיו, nom. propr. aramaicum; cf. supra הודו sub n° 84. — Patris nominis initium ægyptiacum, finis vero deest.

Lin. 6. חנס, nom. propr. ægypt. *Ḥonsu* (Lieblein, p. 111, 183, 234, etc.) e nomine dei qui Thebarum colebatur. — פטאסי *Peṭisi*, hoc est « qui deæ Isis est », jam occurrit; confer quæ supra diximus sub n° 147, col. I, lin. 4.

Verte igitur :

Peṭi, filius Paḫapi, ...
Pasmašak, filius Peduti, filii Nutseb (?), *filii*. . . .
Pamen, filius Banit.
Smitu, filius Anḫmut.
Hadiu, filius Peṭa, ...
Ḥons, filius Peṭisi.

149

(Tab. XIX.)

In museo Berolinensi asservantur octo parva papyrorum fragmenta, quæ ex Ægypto a Lepsio allata sunt et ab eo in egregio ejus opere *Denkmäler aus Ægypten und Æthiopien*, t. XII, part. VI, tab. CXXIV, publici juris facta. Imaginem damus solis luce expressam. Fragmentum A a cæteris litterarum amplitudine differt.

A



...המו כן אמ[רו]...

...שימו לח.....

...נזא....

...ברת(?)...

...בר(?)...

Lin. 1. Pronomen המו «ii» certum; necnon כן «sic»; restituimus אמרו, cf. stelam Saqqarensem, l. 3, supra sub n° 122.

Lin. 2. Forsan שימו[י] = יסימו «ponent».

Lin. 3. נגזא «thesaurus» conjiciebat Clermont-Ganneau (*Origine perse des monuments araméens d'Égypte*, separatim cusum, p. 21); cf. pers. گنج, arab. كنز, hebr. גִּנָּז, aram. גִּנְזָא; sed valde dubium.

Lin. 4. ברת «filia» incertum.

Lin. 5. בר «filius» æque dubium.

B-C

Fragmenta B et C quæ Lepsius separata edidit nunc in unum agglutinata sunt; lectu sunt difficillima. Superne apparent tituli vestigia majoribus litteris scripti; tum duæ columnæ; e columnæ dextræ vestigiis nulla elicere valemus, e sinistra pauca.



יחוה י...

מלל על פטנפחתן.....

וכן אמר כן חו.....

ברת סרותא ו.....

לא שבחתה. עד עי.....

א.....



כל.....בדף.....
..ת ואתו.ט..ציהן.....
..ח...יהיב על גופן.....
.....ציהן...מלל.....
זי לא באנר יהבת לה א...
אלף אנשן בכל יתן.....

Quod sic vertendum esse putamus :

ostendet.....
locutus est de Peṭenefḥotan (?).....
et sic dixit : ita.....
filia Sarutæ.....
non laudavit (*ea*) *eum. Usque*.....
.....
omnis.....
..et venerunt.....
..datum in corpora nostra (?) (vel *in Gofan*)
.....*locutus est*.....
quod non pro mercede dedit (*ea*) *illi*.....
mille (?) *viros* (?) *in summa dabit*.....

Lin. 2. פטנפחתן, vel forsan, monente Maspero, פטנפחתף, quod mire congruit cum ægyptiaco nomine *Peṭenofirḥotpu*, græce Πετενεφώθης, et *Peṭenefḥotp* transcribendum. Ptolemæorum temporibus e fine verborum excidere solet, ut , *nofir* antiquorum, tunc ΝΟΥΦΡ in compositis νεφ-, eveniat. *Peṭenefḥotp* autem significat « quem dedit deus Nefḥotp (bonus consilio) ».

Lin. 3. Ultimum vocabulum חור « adspecta » vel חַוִּי « ostende » forsan restituendum.

Lin. 5. Loco שבחתה posses שבחנה « laudavimus eum » legere.

Lin. 9. גופן æque nomen proprium esse jure dices. Attamen paucissima certa sunt et operam perderes si sensum probare velles; penultima linea sola certa videtur.

D



.....תף.....
...פתברות פנש...
...חמחלת בר....
.....אלהי.....
.....עפט.....

(Impressum meuse junio 1893.)

Lin. 2. Sane nomina propria; de priore nil certum; si hoc nomen pro פתחרות male scriptum conjicis, cum Maspero confer ægyptiacum *Petehroti* «donum infantis dei»; de altero nomine cf. supra, פונש, n° 145 B.

Lin. 3. Æque nomen proprium, sequente בר «filius».

Lin. 4. אלהי, vel in statu constructo pluralis «dii», vel cum pronomine suffixo «deus meus, dii mei»; nisi restituendum אלהין vel אלהיא vel aliquid ejusdem generis; hoc solum constat, hic de deo aliquo vel de diis agi.

E



. . . . . 21 . . . . . .

. . . חנד ברת זי . . .

. . . . . לי . . . . . .

Lin. 1. Numerum 21 habes. — Lin. 2. חנד ultima pars nominis proprii, sequente voc. ברת «filia».

F

Fragmentum numeros aliquos continens.



. . . . . 21 . . . .

. . . . . 21 . . . .

. . . . . 5 . . . .

. . . . . 3 . . . . .

G



. . . . . .

. . . . חמחלת

. . . . . הבתי

De nomine חמחלת cf. supra fragmentum D. Loco הבתי restituendum יהבתי «dedi», cf. יהבת «dedit» in fragmento B-C, lin. penult.

H

. . . הי . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . ש . .

I



ובית.....

חה ביד מלי....

ח תכס זי....

Lin. 1. ובית « et domus ».
Lin. 2. ביד מלי « per dicta mea ».
Lin. 3. תכס forsan « reprobabis » a radice כסס « reprobare »; זי « quod ».

150

(Tab. XX.)

Papyri fragmentum a Mariette e Serapeo Memphitico effossum, nunc in museo Bulacensi asservatum. Initio lineæ sunt integræ, sed ad calcem mancæ. Imaginem damus cura docti viri Grebaut sole expressam.

Papyri mentionem fecerunt : Abbas Barges, *Papyrus égypto-araméen*, Paris, 1862, p. 2. — M. de Vogüé, *Syrie centrale*, p. 132. — Primus textum obtinuit et edidit Julius Euting, *Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, 1887, fasc. XXV (separatim cusum cum titulo : *Epigraphische Miscellen*, zweite Reihe, von J. Euting, p. 2, tab. VII).

Hæc legimus :



רבתכה במרע קדם....

וחנמיא קרבתא.....

אהבתה במרע ק[דם]...

פקרקפתח קדם.....

כל אשלן.....

תני אמת.....

רבתכה אשל.....

אחותה ח.....

.....

Quæ sic vertimus :

Domina tua in ægrotatione coram. . . .
et propitiationem aquarum obtulisti. . . .
dilexisti eum in ægrotatione coram. . . .
Paqerqeptaḥ coram . . . .
omnes. . . . .
da ancilla . . . .
domina tua . . . .
sorores ejus . . . .

Lin. 1. רבתכה «domina tua» certum, denuo enim in linea 7 invenitur; nota pronomen affixum כָה quod etiam in Bibliis hebraicis pro ךָ quandoque invenitur. — במרע, quod rursus in linea 3 occurrit, «in ægrotatione» vertimus; potest etiam et במדע «cum cognitione» legi.

Lin. 2. חן מיא «propitiatio aquarum» vertimus, conjicimusque hic de oblatione aquarum agi, cujus in stela Carpentoractensi, vide supra, p. 145, mentio facta est. Vocabula ista ægyptiacam locutionem ad verbum reddere videntur.

Lin. 3. אהבתה a radice hebraica אהב «amavit» Aramæis inusitata derivandum; non enim יהבתה legere fas est.

Lin. 4. פקרקפתח nomen ægyptiacum, de quo optime disseruisse doctum virum Erman nos docet Euting. Dixit ille nomen *Pa-qerqe-Ptaḥ* legendum esse; *κερκεφθα* in papyro græco Londinii asservato inveniri; *κερκε* autem ægyptiaco  = ϭⲱⲣϭ = ϭⲣⲏϭⲉ «dos» respondere; *pa* possessionis particulam esse; denique *Ptaḥ* nomen dei ægyptiaci bene noti.

Lin. 5. Quid sit אשלן non valemus dicere; hoc vocabulum rursus in linea 7 apparere videtur.

Lin. 6. Primi vocabuli littera secunda נ videtur esse; si legis תני, imperativum femininum verbi נתן «dedit», cujus imperfecto hoc in sermone utebantur, vel imperativum verbi תנא «narravit» habes.

151

(Tab. XX et XXI.)

Papyri fragmentum a Mariette e Serapeo Memphitico effossum, nunc in museo Bulacensi asservatum; ex utraque parte mutilum. Imaginem in tabula XX damus sole expressam, quam nobis doctus vir Grebaut faciendam curavit, necnon in tabula XXI apographum quod nobis doctus vir Benedite solerter delineavit.

Mentionem fecerunt : Abbas Bargès et Vogüé, *locis citatis.* — Primus edidit Jul. Euting, *Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften zu Berlin,* 1885, fasc. xxxv (separatim cusum cum titulo : *Epigraphische Miscellen,* p. 2).

Hæc legimus :



...חותם עד כמו... למי.10 ע.. ימר ..ך צחא זך

..... ר וכנותה הנש...עביד ל.....ברת צחא זך...

.....ה צחא זך ל...ניה ביום 10 לפאפי כעת....

.....יתפעל משאלת.....ל.עם.....

Generalem fragmenti sensum intelligere non valemus; quæ sequuntur haud sine dubio vertenda sic esse putamus :

..... Sigillum usque..... decem... Seho iste
factum
... et socii ejus..... filia Seho istius
..... Seho iste..... die decima (mensis) Paophi tempore
..... factum est pecunia mutua..... cum...

De pacto pecuniæ mutuæ agi videtur, a viro quodam צחא, *Ṣeḥo* (cf. supra, n°s 138 B et 146 A), peracto. Vocabulum עביד interpolatum videtur. Ultima linea vocabulum משאלתא «res mutua» a verbo *afel* השאל deductum certum videtur. Quarta in linea notatio temporis; de mense Paophi vide supra, p. 158.

152

(Tab. XX.)

Papyri fragmentum in Serapeo Memphitico repertum et nunc in museo Bulacensi asservatum. Utraque in facie litteris aramæis conscriptum. Primus hoc fragmentum in opere supra allato (vide supra, sub n^is 150 et 151) edidit Julius Euting, qui id ad titulum sub n° 151 descriptum pertinere putabat, sed animadvertendum est litteras inter se non paulum differre. Imaginem damus ab ipso monumento luce solis expressam.

Facies A :

שלם רבא שלם רבא

עלים חד תמ... עלים חד תמ

Salve, Domine!
Juvenis quidam.....

Litteræ conspicuæ nullique dubio ansam præbentes. Ultimum vocabulum forsan תמא «integer» explendum, hoc est «juvenis quidam integer».

Initium epistolæ, ut videtur, habes. Nota litteras ל et ע secundæ lineæ jam recentiorem ætatem prodentes.

Facies B :

...זי נדר ע[ל]... [illegible]

Quod vovit(?) *pro*.....

Litteræ minutæ quæ ad alium textum pertinent.

153

(Tab. XX et XXI.)

Papyri fragmentum in museo Bulacensi asservatum. Imaginem in tabula XX damus sole expressam, quam nobis Grebaut faciendam curavit, necnon, in tabula XXI, apographum quod Benedite ex ipso monumento sumpsit.

Ineditum.

Facies A.

[illegible]	עלנה בי[רח...]	*Ratio in mense*...
[illegible]	בגר	(?)
[illegible]	כסף ש 6...	*Argentum siclorum* VI
[illegible]	כמי 1111	..... MCXI
[illegible]	[כ]ל כסף ש 4....	*Summa argenti siclorum* IV
[illegible]	כל כסף כיש....	*Summa argenti*...

Lin. 1. עלנה, cf. supra, n^um 147 A 1. — Lin. 2. ש abbreviatum pro שקל, cf. supra, n^um 64.

Facies B.

Nihil certum a textu tam mutilo eliciendum est. Versus fere omnes vocabulum חלף continent, quod nobis præpositio « pro » esse videtur.

APPENDIX AD ARTICULUM V DE ELEPHANTINA.

154

(Tab. XX.)

Ostrakon Elephantinæ repertum, hodie penes doctum virum Golenischeff, qui id nobis benevolenter tradidit. Imaginem in tabula XX damus, ab ipso monumento sole expressam, necnon infra apographum quod Vogüé propria manu delineavit.

Ineditum.



שלם בר אבא
בית אלנתן בר שורי
ויהו בר רפי
נבונתן בר אחוני
נבואלה בר סומן
פטיו בר נפטרנפש
בית אלש... בר רחם
ענניו בר פומש

Quod vertimus :

Šallum filius Aba (?).
Domus Elinatan filii Šuri
et Iehu (?) filii Rephai.
Nebonatan filius Aḥuni.
Neboelah filius Sumen.
Peṭiu (?) filius Nephṭernepheš.
Domus Eliš... filii Raḥim.
Ananiu (?) filius Pameš.

Nomina fere omnia semitica sunt : שלם, אבא, אלנתן, נבונתן, נבואלה commentarium nullum requirunt.

Lin. 2. שורי, cf. Biblicum nomen שרי.
Lin. 3. יהו, רפי, nomina hebraicam speciem præstantia.

Lin. 4. אחוני diminutivum «fraterculus meus».

Lin. 7. רחם «misericors». Nescimus an littera ע, quæ inter lineas scripta est, nomini רחם jungenda sit, aut nomini ægyptiaco quod sextæ lineæ finem occupat : si posteriori, nomen רחמע efficitur quod nullum sensum præbet.

Lin. 8. ענניו, cf. hebraica nomina ענניה, ענני.

Cetera nomina ægyptiaca.

155

(Tab. XX.)

Ostrakon Elephantinæ repertum, nunc apud doctum virum Golenischeff asservatum, a quo nobis benevolenter traditum est. Utraque facie conscriptum est. Imaginem tabula nostra præbet sole expressam; apographum infra damus quod Vogüé ex ipso monumento sumpsit.

Ineditum.

Facies A.



אסמת שכס

אסחנום ש...

אסטום.....

פטחנום.....

Asimut...

Asiḥnum...

Asiṭum...

Peṭeḥnum...

Nomina mere ægyptiaca. Tria nos Maspero docet ex vocabulo [hieroglyphs] et nomine divino composita esse. [hieroglyphs] Ptolemæorum ætate pro [hieroglyphs] *aus* usitatum, vertitur «illa est». אסמת = [hieroglyphs] = «illa est Mut (deæ)». אסחנם = [hieroglyphs] = «illa est Ḥnumu (dei)». אסטום = [hieroglyphs] = «illa est Ṭumu (dei)». Conf. [hieroglyphs], *Asphtaḥ* (Lieblein, *Dictionnaire des noms propres*, p. 395, n° 1222), Ἀσαήσις (*Papyrus Casati*, 26, 6 et 9) et אסנת (Gen., xli, 45) Ἀσενέθ apud LXX, uxor Josephi. פטחנום = [hieroglyphs] = Πετέχνουμις, «qui dei Ḥnumu est».

Facies B.



אסמת
פטמו בר א. . . . רת
. . . . . צ . . . . .
אסרמלך בר פטואסי
אסרונפר בר אפט. . .
אספטח. ני בר. . . .
. . . א ברת. . . מ. .

Asimut
Peṭemu filius A. . . rat
. . . . . *ṣ* . . . . . .
Osirmelek filius Peṭuasi
Osirunofre filius Apht. . .
Asipṭaḥ. ni filius. . . .
. . . a filia. . . m. . . .

Lin. 1. אסמת nom. propr. jam a facie A notum.

Lin. 2. פטמו nomen ægyptiacum « qui dei Tumu est ».

Lin. 4. אכרמלך nomen cum ægyptiaco nomine *Osiris* et semitico vocabulo מלך compositum. Cf. supra, p. 112. — פטואסי = « qui deæ Isidis est », nomen mere ægyptiacum.

Lin. 5. אסרונפר = « Osiris bonus est ».

Lin. 6. Nomen incertum, forsan cum *Asptaḥ* « illa est dei Ptah » compositum, vide supra sub facie A.

Imprimé mense junio

CAPUT VII.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN PALÆSTINA REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

HIEROSOLYMA.

156

(Tab. XXII.)

Quum monumentum *Sepulcra regum*, قبور الملوك, vulgo dictum et prope Hierosolymam in parte septentrionali e saxo mire excisum exploraret ill. vir de Saulcy, cellam intactam die octavo mensis decembris anni 1863 invenit, in qua lapideus sarcophagus reconditus erat. Duro e calcario lapide confectus sarcophagus, $2^{m},05$ longus, $0^{m},57$ altus, operculo clausus erat, quod $0^{m},35$ altum formam tecti, angulis extremis imminutis, præbet; ab inventore museo Luparensi dono datus est, ubi nunc asservatur. Ablato autem operculo, apparuit cadaver femineum $1^{m},60$ longum, intus recubans; quod vero subito in pulverem resolutum est: nihil remansit nisi pauca ossium fragmenta et fila nonnulla aurea quæ sedulo collecta nunc æque in museo Luparensi asservantur.

In adverso sarcophagi latere, duo tituli, aramaicis litteris inscripti; eorum figuram in tabula XXII sole expressam invenies: quam vero, quum typis excudi non possit, hic solerti manu delineatam rursus damus. Uterque titulus litterarum specie diversus. Tituli B scriptura ea est quam *quadratam* dicimus: ultima scilicet litterarum aramaicarum proprie dictarum forma, quæ a Judæis usurpata, usque ad hodiernum diem ad scribenda Biblia fere immutata servata est. Tituli A vero scriptura medium locum inter nabatæam cursivamque Palmyrenorum scripturam tenet: a syriaca vix differt; titulum tamen inter syriacos inserendum non putavimus, quum eum a titulo B separare non possemus, et de utroque textu uno et eodem sermone disputare necesse nobis videretur.

De titulis egerunt: De Saulcy, qui eos cum sociis suis in Academia inscriptionum et litterarum humaniorum die vicesimo nono mensis decembris anni 1863 et rursus die duodecimo mensis februarii anni 1864 communicavit. — Delineationem et descriptionem sarcophagi cum interpretatione titulorum dedit idem vir in *Voyage en Terre-Sainte*, I, p. 375-410, II, p. 309. — Repetiit in *Annales de philosophie chrétienne*, 1864, I, p. 408 (separatim cusum cum titulo: *Explication de l'inscription qu'on lit sur le tombeau apporté de Jérusalem*, Versailles, 1864); rursus in *Annales de philosophie chrétienne*, 1866, I, p. 302-308, cum nova interpretatione a Julio Oppert præstata; denique in *Revue orientale*, 2e série, 2e année, 1867, I, p. 28, cum titulo: *Sur l'inscription bilingue du sarcophage découvert en 1863 dans le Tombeau des rois à Jérusalem.* — Renan primus veram titulorum interpretationem dedit in *Note lue à la Société des antiquaires le 2 février 1864*, opusculumque suum cum additamentis et titulorum delineatione in *Journal asiatique*, 6e série, t. VI, p. 550-560, publici juris fecit. — Abbas Bargès interpretationem fere eamdem in diario *La Patrie* die quarto februarii mensis anni 1864 dedit, quæ sequente die in diario *La France polit., scient. et litt.*, denuo edita est. — Levy, *Aus Briefen des Herrn Prof. Levy* in *Geiger's Zeitschrift*, III, p. 227. — Geiger, *Die Inschriften auf dem Sarge einer Kœnigin* in *Jüdische Zeitschrift*, III, p. 227; IV, p. 274. — V. Guérin, *Rapport sur le voyage en Palestine de M. de Saulcy* in *Bulletin de la Société de géographie*, 1866, p. 201. — B. Tristam, *The land of Israel*, 2nd ed., p. 172. — A. de Longpérier, *Musée Napoléon III*, pl. XXXI, n° 4. — Fr. Lenormant, *Essai sur la propagation de l'alphabet phénicien*, I, p. 263; II, p. 8. — Harkawi, *Altjüdische Denkmäler aus der Krim*, Saint-Pétersbourg, 1876, p. 114. — D. Chwolson, *Corpus inscriptionum hebraicarum*, Saint-Pétersbourg, 1882, col. 72, n° 8. — Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéologie orientale*, t. I, p. 107.

Titulos manu delineatos hebraicis litteris sic transcribimus et vertimus :



A צדן מלכתא A *Saddan regina.*

B צדה מלכתה B *Sadda regina.*

De titulorum sensu consentiunt omnes interpretes; sensus enim liquet : de ætate vero multum disputatum est; quam tamen, palæographicæ artis auxilio, discernere haud arduum nobis videtur.

Tituli B scriptura ab hebraica quadrata vix differt : eo solum discrepat quod ultimæ litteræ alligatæ sunt : eidem tempori adscribenda est ac inscriptiones in vicinia Hierosolymæ repertæ (Vogüé, *Revue archéol.*, 1864, IX, p. 200 et tab. VII), id est primo sæculo ante vel post J. C.

Tituli autem A ætas non tam manifesta, et ad lumen adhibendum exempla aliquot proferenda sunt. Vocabula igitur tituli A his characteribus transcribemus qui simile aliquid scripturæ ejus exhibent : cursivis scilicet Palmyrenorum litteris, sicut apparent in titulis (Vogüé, *Syrie centr.*, P. n^is^ 68, 69), necnon nabatæis litteris primi sæculi (infra, n° 173), litteris etiam syriacis quæ *estrangelo* nuncupantur. Exempla denique damus nummorum a regibus Osrhroenæ Wael, Abgar et Ma^c^nu intra annos 163-167 post J. C. cusorum, cum inscriptionibus מענו מלכא et אבגר מלכא, ואל מלכא.

Palmyr.

Nabat.

Syr. 

Tituli A scriptura certa affinitate exemplis istis conjungitur : eam syram certe dices, sed antiquiores formas præbentem quam ullus syriacus titulus hactenus notus : littera *kaf* nabatææ necnon et palmyrenæ simillima : nil obstat ergo quin titulum A, sicut titulum B, primo sæculo post J. C. adscribamus et eum a syra manu exaratum fuisse existimemus.

מלכתא syriacam formam præbet; מלכתה ad sermonem aramaicum in Palæstina olim usitatum pertinet : ה terminatio feminina in libris aramaicis Esdræ et Danielis. Vocabula צדן et צדה reginæ in illo loco sepultæ nomen indicant : de hoc consentiunt omnes; de stirpe autem reginæ vel ætate valde dissentiunt. Saulcy quidem et Oppert, monumentum *Sepulcra regum* dictum pro sepultura priscorum Judæorum regum habentes, in serie regum Judæ reginam titulorum nostrorum quæsiverunt. Saulcy צדן legerat, collato nomine צְרוּיָה sororis Davidis (I Chr., II, 16), et reginam Saran uxorem esse Sedeciæ regis hæsitans vero conjecerat; Oppert יערן legere maluit collato יְהוֹעַדָּן nomine matris Amasiæ (II Chr., XXV, 2). Renan, cui nos assentimur, titulos post exilii tempus exaratos fuisse ex ipsa eorum indole ostendit : titulus enim syriacus reginam e Syria oriundam manifeste prodit; titulus autem aramaicus dialectum palæstinensem testatur, qua de exilio redacti et lingua hebraica desueti Judæi vulgo loqui solebant.

Palæographica argumenta vetant ne utriusque tituli scripturam remotiori ætati adscribamus. Litteræ quibus utebantur reges Judæ, a titulo Dibonensi et ab inscriptione fontis Siloe satis notæ, a litteris titulorum nostrorum omnino discrepant. Quin et monumentum ipsum, in quo reperti sunt tituli, argumentum perhibet. Artem græcam sapit, artem vero recentiorem : hoc omnes viri rei architectonicæ periti sine dubio affirmant : membra græcorum ordinum mixta et quasi confusa præbet, sicut nabatæa et cætera Syriæ vel Africæ septentrionalis monumenta, quæ Vogüé primo ante vel primo post Christum sæculo adscribenda esse demonstravit. Ideo fere omnes

auctores, qui nostris temporibus de Hierosolyma scripserunt, sepulcrum istud ab Helena excisum fuisse existimaverunt, Adiabenæ regina, quam Josephus (*Ant. Jud.*, XX, 2; *Bell. Jud.*, V, II, 2; IV, 2; VI, 1) nos docet Hierosolymam advenisse, judaicum cultum professam esse et sibi egregium mausoleum paravisse, quod postea mirati sunt Pausanias, Eusebius, Hieronymus et alii. Filius ejus Izates, teste eodem Josepho (*Ann.*, XX, III, 3), viginti quatuor filios et totidem filias habuit, ex quibus quinque litteris hebraicis indulserunt : Monobazus, frater ejus, cum quibusdam proximis anno 46 post J. C. ad judaicam fidem se convertit. Familia ergo reginæ Adiabenæ numerosa; nil mirum si mausoleum conspicuum, cellarumque numerus ingens. Igitur cum historia congruit monumentum; congruunt etiam et tituli nostri quippe qui reginam indicent indolis fuisse quasi duplicis : prior A propriam stirpem, posterior B adoptatam gentem demonstrant.

Nil obstat quin titulum A adiabenensem existimemus; ne syriaca quidem litterarum species : Adiabenam et Osrhoenam affinitate aliqua junctas fuisse non dubium : Abgar VII et Manu VII, qui Edessæ exeunte primo sæculo et ineunte secundo post J. C. regnabant, filii Izatis dicuntur, conjiciebatque Gutschmid hoc tempore Edessam Adiabenis principibus subjectam fuisse (cf. *Rhein. Museum für Phil.*, 1864, XIX, 171, et *Untersuchungen über die Geschichte des Königreichs Osroëne*, p. 27). Sane propinquitate harum regiarum stirpium deceptus, ait Moses Chorenensis Helenam uxorem Abgari Ukâmâ Edessenorum regis fuisse (cf. *Moïse de Chorène*, liv. VII, ch. XXXV, éd. Le Vaillant de Florival). Nobiles viri, Abdu, Sennaq, Meherdath, Bar-zâti, quos pro Edessenis principibus syriaci auctores habent (cf. *The Doctrine of Addai*, ed. Philipps, p. 17 et 40), Adiabeni principes a Tacito dicuntur (*Annal.*, VI, 31-32; XII, 12-14, cf. Nestle in *Theol. Literaturzeit.*, 1876, p. 644). Denique Josephus (*Bell. Jud.*, V, II, 5) de Adiabeno quodam his verbis loquitur : Ἀδιαβηνός τις υἱὸς Ναβαταίου τοὔνομα κληθεὶς ἀπὸ τῆς τύχης Χαγείρας, ὅπερ σημαίνει χωλός; nomen Χαγείρας = χωλός est syr. ܟܫܝܐ «claudus», quod etiam nominis Abgari æquipollens est; scimus enim catholicum Nestorianorum *Johannem Bar-Ḥgîre*, ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܟܫܝܐ, etiam *Johannem Bar-Abgare*, ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܐܒܓܪ, nuncupatum fuisse. Ex his testimoniis liquet Adiabenos cum Syriacis aliquando confusos fuisse et linguam syriacam in Adiabena usitatam esse.

Ad tempora regum Maccabæorum vel Herodianorum non referendum esse hoc monumentum verisimile fecit Renan. Non probandus etiam Harkawi, qui reginam Saddan conjicit ex ignota quadam regione Hierosolymam, vigente Bar-Kocheba (circa annum 130 post J. C.), venisse ibique mortuam et sepultam esse. Judæorum seditio, duce Bar-Kocheba, paucis annis protracta est; armis nunquam abstinuit : quis credat peregrinam reginam, per continui belli pericula, urbem quasi destructam visitasse et tam immensum sepulcrum fodisse?

De nomine ipso צדן *Ṣaddân* pauca dicenda. Hoc nomen syriacum esse e titulo syriaco patet; ultimam litteram ן in dialecto palæstinensi non pronunciatam fuisse ex forma צדה lineæ alterius compertum habemus. Confer nomen Salomonis hebr. שלמה, syr. ܫܠܡܘܢ, arab. سليمان. Mulieris nomen צדן Carthagine repertum est (*Corpus I. S.*, part. I, p. 348-349, n° 273); ΣΑΔΔΑ Damasci in vicinia (*Corpus I. Gr.*, n° 4519); Nicolais Saddane in Libani monasterio *Deir el-Qala'a* dicto (Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. I, p. 105); forsan e nomine dei צד effictum, cf. nomina composita צדיתן, צדמלקרת, צדתנת, עבדצד, נרצד (*Corp. I. S.*, part. I, p. 122, n° 102); ΣΑΔΔΑΘΟΣ (Wetzstein, *Ausgewählte gr. und lat. Inschr.*, Berlin, 1864, n° 65, Clermont-Ganneau, *l. c.*, p. 132), צדי (Vogüé, *Syrie centrale*, P. n° 75).

Uxorem regis Izatis fuisse vel Monobazi hanc Saddan conjecit Renan. Suspicatur Clermont-Ganneau Saddan eamdem ac Helenam mulierem fuisse, cui duplex nomen, unum semiticum, alterum græcum, sicut ei Saddane in titulo supra laudato memoratæ quæ et Nicolais nuncupabatur; exempla duplicium nominum innumerabilia. Rem tamen in dubio linquimus. Unum nobis constat : sarcophagum vel Helenæ reginæ adscribendum esse, vel mulieri quæ Helenæ genti propinquitatis vinculo conjungebatur : ergo ad primum ævi christiani sæculum referendum. Quanti sit pretii liquet, quippe quod eximium testimonium perhibeat de ætate insignis sepulcri, imo vetustissimum specimen exhibeat scripturæ syriacæ, et scripturæ aramaicæ, quam *quadratam* dicimus, Judæa manu scriptæ, denique argumentum præbeat in sermonem palæstinensem vernaculum temporibus Christi.

SECTIO SECUNDA.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ.

Sicut in proœmio jam dictum est, expedit ut de nabatæis inscriptionibus separatim disputemus. Etsi enim aramaico sermone, litteris tamen conscriptæ sunt quæ suam indolem habent, suaque fata habuerunt. E scriptura quam dicimus *quadratam* originem trahunt, et eo tempore propriam figuram obtinuisse videntur, quo Nabatæi sese in res syras immiscere cœperunt, id est secundo ante J. C. sæculo. Florente Nabatæorum imperio floruerunt, quum Nabatæi, ducibus Areta et Malcho, Damasco potirentur, Hierosolymam obsiderent et Romanis ipsis auderent obsistere. Populus rei militaris et rei mercatoriæ æque peritus, justis etiam legibus parebat (*σφόδρα εὐνομεῖται*, Strab.); ei mos erat, plus quam ulli aramaico populo, monumenta inscriptionibus insignire. Ad littora maris Mediterranei armis frustra conatus est pervenire, quæ tamen commercio assecutus est; mare ipsum tentavit, et nabatæi mercatores, patrios ritus secum ferentes, usque ad Italiam applicuerunt. Hoc docent tituli. Breve tamen curriculum. Post eversum a Romanis regnum, Trajano imperatore, evanuit industria; evanuit nomen ipsum; intra fines Arabiæ Petrææ reducti, Nabatæi paulatim et Arabes in unum populum coaluerunt, scripturaque ipsa in arabicam scripturam transivit.

Tituli de quibus acturi sumus, nomina regis et annum regni sæpe commemorant : quo facilius et brevius sit cujusque tituli ætatem definire, seriem nabatæorum regum hic damus, sicut eam e nummis et titulis constituit Vogüé (*Revue numismatique*, nouv. sér., t. XIII, 1868, p. 153. *Syrie centrale, inscript. sém.*, p. 115) cum emendationibus quas solerter Gutschmid ex inscriptionibus nuper repertis elaboravit (apud Euting, *Nabat. Inschriften*, p. 81). Post regis cujusque nomen annos notamus (sive post, sive ante J. C.) quorum mentio in scriptoribus, titulis aut nummis invenitur.

Aretas I (II Macchab., 5, 8). An. 169 ante J. C.

Malichus I, מלכו : ex nummis solum notus.

Erotimus (Trog. Proleg., 39. — Just., XXXIX, v, 6). An. *c.* 139-103.

Aretas II (Joseph., *A. J.*, XIII, xiii, 3). An. *c.* 97.

Obodas I, עבדת, Ὀβόδας (Joseph., *A. J.*, XIII, xiii, 5. — *B. J.*, I, iv, 4). Nummi. An. 93.

Rabilus I (Joseph., *A. J.*, XIII, xv, 1. — *B. J.*, I, iv, 7). An. *c.* 86.

Aretas III Philhellenus, חרתת, Ἀρέτας Φιλέλλην (Joseph., *A. J.*, XIII, xv, 2; XIV, i, 4; v, 1. — *B. J.*, I, iv, 8; vi, 2-3; viii, 1). Nummi. An. 85-62.

Malichus II, מלכו, Μάλιχος, Μάλχος (Joseph., *A. J.*, XIV, xiv, 1-2, 6; XV, vi, 2. — *B. J.*, I, xiv, 1; xv, 1; xviii, 4; xxii, 3. — Dio, XLVIII, 41; XLIX, 32. — Plut. *Anton.*, 61). Inscriptiones. An. 47-31.

Obodas II, עבדת, Ὀβόδας (Strab., XVI, iv, 24. — Jos., *A. J.*, XVI, vii, 6; ix, 4; x, 8. — *B. J.*, I, xxiv, 6). Nummi. An. 25-9 ante J. C.

Aretas IV *qui amat populum suum*, חרתת רחם עמה, Ἀρέτας; cujus conjux regina Huldu חלדו (Strab., XVI, iv, 24. — Joseph., *A. J.*, XVI, ix, 4; x, 9; XVII, iii, 2; x, 9; XVIII, v, 1. — *B. J.*, I, xxix, 3; II, v, 1). Nummi et inscriptiones. An. 9 ante J. C. — 39 post J. C.

Malichus III, מלכו, Μάλιχος, Μάλχος, filius Aretæ IV, cum regina Suqailat, שקילת, quæ et soror ejus erat secundum nummos. (Joseph., *B. J.*, III, iv, 2.) Nummi et inscriptiones. An. 39-70 post J. C.

Rabilus II, רבאל, cum matre sua Suqailat, deinde cum regina Gamilat גמילת. A nummis solum et inscriptionibus notus. An. 70-95 post J. C.

Anno 106 regnum Nabatæorum a Cornelio Palma in romanam ditionem redactum est; ideo Rabilus ultimus regum esse videtur.

Primo de titulis nabatæis agemus qui extra fines regni reperti sunt; postea de titulis intra fines inventis; incipiemus a septentrione a vicinia urbis Damasci et ordinem geographicum sequemur usque in Arabiam.

CAPUT PRIMUM.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN ITALIA REPERTÆ.

ARTICULUS I.

PUTEOLI.

Puteolorum portus in sinu Neapolitano situs, olim copia negotiatorum celeber; huc ex Oriente et Occidente multi commeabant mercatores. Commercii testimonia haud pauca ipsis Puteolis inventa sunt : *Mercatores qui Alexandr. Asiai Syriai negociantur* in titulo a Mommsen edito (*Inscr. regni Neap.*, n° 2516). Quum Nabatæorum regnum floreret, negotii causa etiam illuc advenisse Nabatæos ibique suum deum Dušarem coluisse docent duo tituli, de quibus nunc acturi sumus; cf. etiam *Dušari sacrum* (Mommsen, *l. c.*, n° 2462).

157

(Tab. XXII.)

Tabula ex italico marmore excisa et litteris nabatæis conscripta, quæ cum copia latinorum titulorum Puteolis et in suburbanis locis repertorum a Giuseppe Maria Fusco museo Neapolitano, ubi nunc asservatur, dono data est. Primum sine interpretatione a Fusco editus est titulus (*Di alcune iscrizioni di Pozzuoli e sue vicinanze*, Nap. 1851, p. 54, tab. IV). Renan, quum Italiam peragraret, lapidem in museo Neapolitano detexit, ejusque gypseum ectypum a custode Fiorelli obtinuit, quod in collectione Academiæ Parisiensis collocatum est, cujusque imaginem photographicam damus. Tituli primæ lineæ fere omnino perfectæ; sed ultimæ mancæ.

De titulo egerunt : J. Gildemeister, qui eum ex oblivione, in quam iverat, eruit, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1869, t. XXIII, p. 150. — Levy, *ibid.*, t. XXIII, p. 652. — Renan, *Journal asiatique*, 7ᵉ série, t. I, p. 319. — Halévy, *Mélanges d'épigraphie sémitique*, p. 108.

Sic legitur :



ה תרי גמליא די . .



קרבו זידו ועבדאלנא



בני תימו לדושרא די
ברהנאו



. . לח 20 נת . . . . . .



. . . . . .

Lin. 1. Initio ה[דנ] «hoc est» restituit Levy; posses autem ה[אל] «hi sunt» conjicere, cf. Nœldeke penes Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 77; Renan ה[ד] explere maluit, sed דה nusquam titulis in istis invenitur, cf. Nœldeke, *l. c.* — תרי גמליא bene legit Renau, qui Levyanam lectionem חרי גמליא et interpretationem «nobiles a Gamala in Gaulonitide» refellit, sed ipse גמליא «cameli» vertendum esse negat et, collato hebraico גְּמוּל, *εὐχαριστήρια* interpretatur. Halévy autem sensum vulgarem «cameli» accipiendum esse ait, conjicitque summo in monumento imaginem duorum camelorum positam fuisse, quos ulterius in patriam redituri duo Nabatæi mercatores suo deo Dušari immolare polliciti erant; addit cl. vir נדב «polliceri» vertendum esse; nos malumus קרבו. Quam sententiam mire firmat titulus sabæus a J. H. Mordtmann et D. H. Mueller (*Sabæische Denkmæler*, p. 10) editus, quem sic vertunt auctores : «Saʿd-Aum et filii ejus..... (deo) Dhu Samai simulacrum et duos camelos inauratos obtulerunt»; basis, quæ titulum inscriptum habet, foraminibus perfossa est ad clavos recipiendos qui simulacra fixa detinebant. Mordtmann, qui Halevyanam versionem non noverat, cum titulo nostro hanc inscriptionem recte contulit (*Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1884, t. XXXVIII, p. 144; cf. *ibid.*, p. 654). Cf. etiam camelos in nummis imperatoris Philippi, qui et ipse ex Nabatæa ortus erat. (F. de Saulcy, *Numism. de la Terre-Sainte*, p. 44, n° 1.)

Lin. 2. זידו, arab. زَيْد, nomen satis notum. — עבדאלגא *Abdêlgê*, hoc est «servus dei Gê», auctore Halévy, qui גא cum hebraico גַּיְא, גֵּיא «vallis» et cum urbe Gaia non procul Petra distante, hodie الجى, confert; חַגָּיָא urbs in terra Moabitarum sita (Num., xxi, 20; Deut., iii, 29; iv, 46). Eponymus ergo deus et protector urbis Gê fuisset. Hoc nomen denuo in titulo Bostrensi n° 172 semel et in sinaiticis titulis sæpe occurrit; cf. etiam אמהאלגא in sigillo syriaco (Levy, *Siegel und Gemmen*, p. 51; Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 106); Nœldeke penes Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 75) nomina Ἀβδάλγου et AMAΘAATH (lege AMAΘAAΓH) a Mordtmann laudata refert.

Lin. 3. תימו, arab. تَيْم, nomen frequens.

Lin. 4. De vocabulo hujus lineæ certaverunt interpretes. Levy ברלהא *Budela* vel *Budeole* conjecit, quod pro nabatæa transcriptione nominis Puteoli vel Ποuτέλοι habuit, collato לאלת ... די בצלחד (infra, n° 181); quo sensu donum deo Dušari Puteolano oblatum fuisset. Renan melius ברהנאו legit, sed nullam interpretationem tentavit. Verum sensum Halévy reperisse videtur, qui notat hoc vocabulum, minutis litteris inter lineas scriptum, a lapicida in linea superiore omissum fuisse, ubi post תימו inserendum est; liquet ergo hoc nihil esse aliud ac בר הנאו «filius Hani'u»; de nomine הנאו, cf. num 161. Quæ ad לדושרא די referenda erant, initio lineæ inferioris sequi debebant, sed deleta sunt; conjicit Halévy ענה להון «quia exaudivit eos».

Lin. 5. Ultimæ litteræ vocabuli שנת «annus» solæ conspicuæ. — Signum numerale formam miram exhibet; 20 sane intelligendum.

Sequebatur sane nomen regis quod facile restituitur : חרתת, scilicet Aretas IV, qui etiam in titulo sequente apparet et cujus nomina ultimam inscriptionis lineam sine dubio obtinebant : ea a ceteris titulis haud dubitantes restituimus.

Textum igitur restituendum et vertendum sic esse putamus :

[אל]ה תרי גמליא די	*Hic sunt duo cameli, quos*
קרבו זידו ועבדאלגא	*obtulerunt Zaidu et Abdelge,*
בני תימו בר הנאו לדושרא די	*filii Thaimu filii Hani'u, deo Dušara qui*
[ענה להון בש]נת 20 לחר[תת]	*exaudivit eos. Anno XX regis Ḥaretat,*
[מלכא מלך נבטו רחם עמה]	*regis Nabatæorum, qui diligit populum suum.*

Titulus anno 20 regis Aretæ IV, id est anno 11 post J. C., adscribendus est.

158

(Tab. XXII.)

Titulus, ut superior, in museo Neapolitano asservatus, ubi eum Renan detexit; stela e marmore italico excisa; summus monumenti margo a dextra parte integer, sed infra fractus est lapis, ita ut initium ultimarum linearum evanuerit : quarta linea unam litteram amisit, quinta quatuor, sexta quatuor vel quinque; a sinistro latere lapis mancus, sed quantum detrimenti ceperit non constat. Litteræ eximia arte et mira linearum conformatione sculptæ; sed plures salinario sedimine obrutæ et deletæ sunt, quum lapis in profundo maris jaceret.

Gypseum ectypum, cujus imaginem in tab. XXII habes, ad Academiam Parisiensem misit doctus vir Fiorelli.

De titulo egit Renan, *Journal asiatique*, 1873, 7ᵉ série, t. II, p. 366-382, cum tabula.

Titulum sic legimus :



דא מחרמתא[די ח]רתו . . . . . ת ועלי נחשא . . . . . .
. . . . . ל . . . . ומרתי די מתקרא זבדת . . . . . .
. . . . . צי צידו בר עבת מן דילה על חיי חרתת מלך נ[בטו ודי]
[ח]לדו אתתה מלכת נבטו ודי בניהם בירח אב שנת 14 [למלכותה]
. . . . אחר זמן אבני מחרמתא קדמיתא די עבד בנהבל בר במ . . . .
[בשנת] 8 למלכו מלך נבטו יהבו בנו מחרמתא דא

Et sic vertimus :

1 *Hoc est sacrarium quod renovaverunt . . . . . et ʿAli, faber ærarius* (?) . . . . . .
2 . . . . . *et Martai qui nuncupatur Zabdat* . . . . . .

(Impressum mense junio 1893.)

3 . . . . . *Ṣaidu, filius ʿAbat de suo pro vita Ḥaretat, regis Na[batæorum,*
4 *et Ḥu]ldu, uxoris ejus, reginæ Nabatæorum, et eorum filiorum. Mense Ab anni XIV [regni ejus]*
5 . . . . . *post tempus quo exstructa sunt sacraria priora, quæ fecerat Banhobal, filius Bam . . . . .*
6 *[anno] VIII Maliku, regis Nabatæorum, deposuerunt in hoc sacrum . . . . . .*

Lin. 1. דא מחרמתא « hoc est sacrarium » optime legit Renan, collatis lineis 5ª et 6ª, ubi rursus occurrit מחרמתא; litteræ partim evanidæ, sed non dubiæ. מחרמתא de ædicula sacra usurpatum fuisse ait Renan, cui nos assentimur, cf. vocab. אבני in lin. 5ª, quod de ædificio solummodo dici potest. Quod sequitur די חדתו restituimus : id est « quod renovaverunt », ædiculam enim jam ante plures annos primum erectam fuisse e linea 5ª discimus. Ad calcem lineæ נחשא legitur; Renan « æs » vertit putatque vocabula mediæ lineæ ad partes aliquas ædificii spectare, sicut portam, pessulos, etc; cum quo sensu vocab. עלי, quod antecedit, non congruere videtur. Malumus עלי pro nomine *ʿAli*, arab. عَلِيٌّ, gr. Ἀλεῖος (Waddington, n° 2520), habere, et נחשא « faber ærarius » vel « vates, hariolus », syr. ܢܚܫܐ, interpretari.

Lin. 2. Litteræ pleræque erasæ. Initio Renan legit עבת בר, sed dubium; de עבת vide lin. 3. — מרתי, nomen proprium *Martai* « directus » (?). — די מתקרא « qui nuncupatur » bene vidit Renan, cf. Palmyr. tit. (Vogüé, P. n^is 36*a*, 66, etc.). — זבדת *Zabdat*, quod cum nomine זבדא infra sub n° 217 conferre licet.

Lin. 3. Initio lineæ nihil eliciendum. — צידו *Ṣâidu* vel *Sayâdu* efferendum, arab. صَائِد vel صَيَّاد, cf. צידא (Vogüé, P. n° 76). — עבת *ʿAbat* vel *ʿAbit*, quis sit sonus hujus nominis nescimus, forsan arabicum nomen a radice عبث vel غبث, cf. etiam عَبَّة et غُبَّة. — מן דילה « de suo », hoc est de sua pecunia, vertit Renan, collato græco ἐκ τῶν ἰδιῶν et palmyreno מן כיסה (Vogüé, P. n^is 22, 23). — לחיי חרתת « pro vita Ḥaretat », de Areta IV hic sine dubio agitur et de regina Ḥuldu uxore ejus; an cognomen רחם עמה « qui amat populum suum » post nomen regis addendum sit dubium; ודי ante חלדו, sicut ante בניהם, necesse : sex litteræ ergo ad calcem lineæ desunt; duodecim vero si integrum cognomen restituendum putas.

Lin. 4. Initio lineæ unam solummodo litteram deesse e lineis superioribus pro certo habemus; legimus ergo [ח]לדו אתתה « Ḥuldu uxor ejus ». Regina Ḥuldu Aretæ IV uxor bene nota; אתתה = אנתתה in palmyrenis titulis; in Targumis אתתא, varius אנתתא, invenitur. — בירח אב « mense Ab »; vocabulum אב non vidit Renan, qui א pro signo aliquo habuerat, et ב ad שנת retulerat; litteram agnoverunt Philippus Berger (*Journal asiatique*, 8ᵉ série, t. XV, p. 479) et J. Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 85) : notandum etiam ב finalem esse. Annorum numerus undecim; augendus tamen nobis videtur : ad calcem enim lineæ restituendum למלכותה « regni ejus », quod vocabulum brevius est ut totum intervallum impleat : très saltem monades addendæ sunt, quæ numerum quatuordecim efficiunt.

Lin. 5. Initio quatuor vel quinque litteræ deletæ; deinde forsan אחר « post »; vertimus ergo, adscito זמן quod sequitur, « post tempus quo », conjicimusque זמן in statu constructo cum insequente אבני esse. — אבני pro אתבני « exstructum est » contractum, vel pro passivo interno sumendum, cf. quæ de similibus formis Tabulæ taxationis palmyrenæ disseruerunt Ed. Sachau in *Zeitschr. der deut. morgenl. Gesell.*, 1883, t. XXXVII, p. 564, et Rubens Duval in *Revue des études juives*, t. VIII, p. 57-63; Renan, qui א non agnovit, בני legerat et formam arabicam passivam بُنِيَ contulerat. Hoc verbum femininum esse vocabulum מחרמתא quod sequitur ostendit; in plurali numero etiam esse conjiciendum, sin minus in ת desineret; æque מחרמתא in plurali numero esse necesse est; vertimus ergo « post tempus quo exstructa sunt sacraria priora ». — בנהבל *Banhobal* compositum cum הבל *Hobal*, deo priscorum Arabum, et בן a radice בנא, hoc est « quem Hobal constituit »; confer in Bibliis nomen regum Syriæ Damascenæ בנהדד male scriptum בֶּן־חֲדַד, et בְּנָיָהוּ, בְּנָיָה; alii בְּנָה בֵל « Bel ædificavit » interpretantur (Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 31). Quod fuerit patris nomen, nescitur; duæ primæ litteræ tantum supersunt; Renan æque בנ[הבל] conjecerat, sed secunda littera מ nec נ videtur esse. Ad calcem lineæ temporis notationem inchoasse, hoc est . . . בירח « mense . . . », conjicimus.

Lin. 6. Initio quatuor vel quinque litteræ desunt; forsan II III I[II שנת] « anno octavo » explendum : monades enim in series trium monadum ordinantur. Malichus, qui hic nuncupatur, secundus est nominis, qui regnum circa quinquaginta annos ante J. C. adeptus est. — יהבו « dederunt, deposuerunt », quod verbum ad viros, qui ædiculam refecerunt, referendum esse putamus. Ad calcem lineæ rem oblatam vel depositam inscriptam fuisse verisimile est.

E titulo tam manco contextum eruere haud facile; nobis hæc intelligenda videntur : duos vel tres viros sacrarium vetus anno octavo Malichi renovasse, ubi aliqua res erat, quam Saidu pro vita Aretæ et ejus uxoris Ḥuldu voverat, anno Aretæ quartodecimo (?). Dubium vero.

Annus 14 Aretæ IV anno 5 post J. C. respondet : annus 8 regis Malichi II anno 46 post J. C.

ARTICULUS II.

ROMA.

159

(Tab. XXII.)

Tabula marmorea, $0^{m},27$ alta et $0^{m},27$ lata, cujus inferior pars deest : Romæ nuper effossa. Locus ubi inventa est nescitur, videtur tamen ab excavantibus detecta fuisse, qui juxta Tiberis ripam crepidinum fundamenta instruebant. Romæ in museo *Museo nazionale romano* dicto asservatur. Titulum bilinguem gerit, cujus ectypum, a docto viro Ign. Guidi sumptum, nobis Euting benevolenter misit. Imaginem ab ectypo expressam damus. Ineditus.

דנה נפש עבדחרתת

. . . . . .

Hoc est monumentum τοῦ *Abdharetat*. . . . .

Titulus latinus sic legitur :

Diis Man[*ibus*], *Abgarus Eutychi f*[*ilius*].
Petræus, Abdaretæ cognato suo Estechi f[*ilio*].
Vixit an[*nos*] *XXX. B*[*ene*] *M*[*erenti*].

De voc. נפש vide infra, n^um^ 162.

עבדחרתת nomen proprium quod in titulis nabatæis occurrit, vide infra, n^um^ 201. Compositum cum עבד « servus » et חרתת nomine regis Nabatæorum qui post mortem inter deos patrios receptus est. De nominibus hujus generis confer quæ scripserunt Clermont-Ganneau (*Recueil d'archéologie orientale*, I, 39), Nœldeke penes Euting (*Nab. Inschr.*, p. 33). Berger (*Nouv. inscr. nab.*, p. 18) hæc nomina interpretatur tamquam vir « servus » vel « libertus » regis esset. Notanda est latina nominis transcriptio *Abdaretas*. Ab urbe Petra oriundus Romæ peregrinus mortuus et sepultus est, primo sane ævi nostri sæculo.

CAPUT II.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN PHŒNICIA REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

SIDON.

160

(Tab. XXII.)

Titulus bilinguis anno 1866 in ruderibus urbis antiquæ Sidonis repertus, in loco trecentos circiter passus distante a porta australi recentis urbis Saida, prope viam qua itur ad urbem Tyrum. Tabula marmorea exaratus est, $0^{m},15$ alta, et $0^{m},14$ solum longa, dum sinistra pars fracta sit.

Tabula ab A. Parent empta est; sed post mortem viri istius venum data est et ubi lateat nescitur.

Imaginem ab ectypo chartaceo efficiendam curavimus, quod olim ab A. Parent Vogüé nostro datum est.

De titulo egerunt : F. de Saulcy, *Bulletin archéologique du musée Parent*, 1867, fasc. 1, p. 9. — Renan, *Journal asiatique*, 1868, I, p. 538. — M. A. Levy, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1869, XXIII, p. 435. — M. de Vogüé, *Syrie centrale, inscr. sémitiques*, p. 113, cum delineatione.

Titulus nabatæus sic legendus :



	דא רבעתא די.....
	אסרתנא בר זו[אל.....
	לדושרא אלה[א בירח..שנת]
5	לחרתת [מלך נבטו.....

Et sic vertendus :

Hoc est cubile, quod [*obtulit*.....
strategus, filius Zoï[*li*.....
Dušara deo [*Mense*..... *anni*
V Ḥaretat [*regis Nabatæorum*].

Titulus græcus sic legitur et restituitur :

[Θεῷ Δουσαρῇ ὁ δεῖνα Ζ]ωίλου στρατηγὸς [ἀνέστη]σεν.

Lin. 1. רבעתא a radice רבע «quadratum est» deduxerat Saulcy et «sacrarium quadratum» verterat; Renan autem et Vogüé, cui nos assentimur, radicem רבע, hebr. רבץ, afferunt et interpretantur «cubile, pulvinar», cf. ܪܒܥܐ, græce *κοίτη* (Hexapl., Ies., XVII, 2). (Vogüé, *Syrie centr.*, p. 50, not. 1, et quæ supra, p. 116, sub n° 114, diximus.) Nœldeke, monente Levy, attulit ܪܒܥܬܐ (Hexapl., IV Reg., XXXIII, 17), quod græce *σκόπελον* vertitur (vide Bernstein *Zeitsch. der deut. morg. Gesell.*, III, p. 424), intellexitque lapidem sepulcralem; quod probat Levy, qui addit tabulam marmoream ipsam sic designatam videri. Sed hic nec de tabula votiva nec de sepulcro agi liquet. Vogüé interpretationem aliam (*Syrie centr.*, p. 121) adhibuit, conjiciens hoc vocabulo lapidem quadratum designari, qui simulacrum dei esse dicebatur et a Nabatæis colebatur; sed lapidem hujus generis traditione proavorum sacratum esse oportuit, nec aliquis novum offerre ausus esset, qui pro deo venerandus foret. — Ad calcem lineæ forsan cum Vogüé קרב «obtulit» restituendum; deinde sequebatur nomen voventis, quem strategum ex initio lineæ secundæ fuisse constat.

Lin. 2. אסרתנא «strategus», nabatæis in titulis sæpe occurrit, cf n°s 161, 169, 195, 196, etc. — Patris nomen ad calcem mancum, sed e græco facile restituitur; [זו]אל = [Z]*ωίλου*. Quid secutum sit non certe dicendum; forsan על חיוהי «pro sua vita».

Lin. 3. אלה[א] legimus cum Nœldeke (*Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1888, XLII, p. 475, not. 1). Postea בירח... שנת «Mense... anni» e linea ultima supplendum.

Lin. 4. Numeralia signa initio lineæ numerum 13 efficere putavit Saulcy, 32 autem Levy et Vogüé; nunc, collatis aliis titulis ante paucos annos repertis, 5 ea valere constat (cf. Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 97, n° 5.) — חרתת «Ḥaretat» hunc Aretam quartum nominis fuisse, vix dubium. Forsan רחם עמה ad calcem lineæ addendum.

Titulus anno 5 regis Aretæ IV, id est anno 4 ante J. C., adscribendus.

CAPUT III.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN DAMASCENA REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

ADMEDERA.

Admedera, prima statio viæ romanæ Damasco Palmyram ducentis, secundum tabulam Peutingerianam; hodie *Dmêr* ضمير, etiam *Maqsura* مقصورة dicta. Ibi ruinæ antiquæ detectæ sunt, inter quas titulus græcus (Waddington, *Inscr. gr. et lat. de la Syrie*, n° 2562 g.) et gemmæ semiticæ (Sachau, *Zeitsch. der deut. morgenl. Gesell.*, 1884, XXXVIII, p. 535) et nabatæum monumentum de quo acturi sumus. Notum est e S. Paulo (II *Cor.*, XI, 32) Damascum sub imperio regis Aretæ IV fuisse.

161

(Tab. XXIII.)

Stela hexagona, $1^{m},14$ alta, $0^{m},41$ larga, quam Doctor B. Moritz, anno 1884 in domo pagani Dmeriani invenit. Singulæ sex facies in duas partes toro divisæ sunt : summa pars simulacrum humani thoracis exsculptum præbet, cujus nomen in toro inscriptum; inferior pars titulum exhibet in tres columnas distributum, necnon ornamenta varia exsculpta, gladios scilicet mucrone deorsum inverso, caput arietinum, coronam; tæniola, flexuosis lineis sub gladiis et supra arietinum caput curvatis, stelam cingit. Simulacra humana, præter unum, mutila : e titulis brevibus nomina docentibus et quos litteris A, B, C, D, E, F signamus, duo etiam evanuerunt. Titulus maximus fere integer : initium duarum primarum linearum deest, sed facile restituitur; duæ ultimæ primi secundæ columnæ versus litteræ, deficiente loco, in sequentem faciem rejectæ sunt; sic et tres ultimæ secundi tertiæ columnæ versus litteræ. Imaginem damus ab ectypo chartaceo effictam quod Moritz sumpsit et Sachau nobiscum benevolenter communicavit; schema addimus, sub 160 *a*, a Moritz delineatum.

De his titulis egerunt: Eduard Sachau, qui primus eos edidit et explanavit, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1884, t. XXXVIII, p. 535-542. — M. de Vogüé, qui cum sociis Academiæ inscript. et litt. hum. anno 1885 communicavit, *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, t. XIII, 4ᵉ série, p. 22 et p. 45-52. — Clermont-Ganneau, *Revue critique d'histoire et de littérature*, 2 février 1885; *Journal asiatique*, 8ᵉ série, t. V, p. 324; et fuse, *Recueil d'archéologie orientale*, fasc. I, p. 48-74.

Titulus maximus sic legitur :



Quod transcribimus, restituimus et vertimus ut sequitur :

Col. III.	Col. II.	Col. I.
אסרתנא בירח איר	בגרת אם אדרמו אסרתנא	
שנת 405 במנין ארהומיא	ונקידו מן על טעמא	
די הי שנת 24 לרבאל	בני עבדמלכו	
מלכא		

Col. III.	Col. II.	Col. I.
Strategi; mense Iyar	*Bagrat, necnon matris Adramu strategi*	
anni CCCC V juxta fastos Romanorum	*et Naqidu, jure adoptionis*	
qui est annus XXIV Rabel regis.	*filiorum Abdmaliku*	

Col. I, lin. 1. Primum vocabulum [מ]סגדא sine ullo dubio restituendum; Sachau de secunda littera hæsitavit, quam litteræ צ haud absimilem esse aiebat (cf. Euting, *Nabatæische Inschriften*, p. 62). Hoc vocabulum, quod infra (nis 176, 185, 188, 190, 218) rursus occurrit, a סגד «adorare» derivatum : ergo monumentum designat ad sacros ritus pertinens, aram votivam scilicet vel stelam. מסגדא quod in loco dicto *Omm el-Gemal* repertum est, duobus metris altum, ara certe non est (infra, n° 190); sic et מסנדא, quod sub n° 185 describemus, ara non videtur stricto sensu esse; altius enim quam latius, capite basique munitum, columnæ quadratæ speciem quamdam præbet. Monumentum nostrum ad offerenda sacrificia usitatum fuisse vix credamus : aris enim divina simulacra potius quam voventium effigies mos erat insculpere. Vertimus ergo «hæc est stela». Pronomen fem. דא initio Sachau restituit, sicut in titulo Bostranensi n° 176 et non, ut solitum, pron. masc. דנה. Titulus sub n° 190 a מסגדא sine pronomine incipit. — הקים «erexit» conj. aphel cum ה præfixo.

Lin. 2. Initio nomen, cujus ultimæ litteræ נאו satis conspicuæ, restituendum cum Sachau נאו[ה] *Hani'u*, quod integrum sub simulacro *A* reperimus : arab. هَانِئ : apud Nabatæos frequens (cf. supra, num 157) : græcis in titulis Ἀναῖος et Ἀνέος. — בר חרי «filius libertatis», hoc est «libertus», optime vertit Sachau. — גדלו *Gadlu*, nomen femininum, quod et *Garlu* efferri posset.

Col. II, lin. 1. בגרת, *Bagrat*, titulis in græcis Βάγρατος, arab. بُجَرَة et بُجْرَة (cf. Euting, *Nabatæische Inschriften*, p. 41); Sachau male גדרת legerat. — אדרמו, *Adramu*, nomen proprium quod etiam sub simulacro *B* legimus : confert Sachau arab. أُدْرُم «edentulus». — אסרתנא «strategus», nabatæis in titulis frequens, cf. num 159; ne cum Sachau אצרתנא legas.

Lin. 2. נקידו *Naqidu* nomen proprium quod etiam

Naqiru legi potest : confert Sachau נְקוֹדָא in Esdr. et Nehem. — מנעלטעמא valde obscurum : de sensu dubitavit Sachau, qui vocabulum cum biblico בְּעֵל טְעֵם (Esdr.) contulit, nullam vero interpretationem tentavit; Vogüé muneris alicujus nomen suspicabatur, e græca lingua forsan transcriptum, et quo functus esset Neqidu. Clermont-Ganneau verum detexit dum טעם cum vocabulis ܛܥܡ «inseruit», ܐܬܛܥܡ «insitus, insertus est» contulit et מן על טעמא «jure adoptionis» interpretatus est : sic Romani «adoptionem» de insitione arborum dicebant et «hæredem insitivum» de eo qui adoptatus erat. Conjecit ergo Clermont-Ganneau Abdmaliku filios adoptavisse quos Hani'u e domina sua Gadlu susceperat, et eis sic jus civile obtinuisse, quod negabat servilis patris conditio. Quod valde probabile : e contextu enim liquet Adramu et Neqidu filios esse Gadlu, et ex titulis qui sub simulacris insculpti sunt, mox videbimus eos etiam Hani'u filios esse.

Lin. 3. עבדמלכו nomen compositum cum עבד «servus» et מלכו nomen regis Nabatæorum, qui post mortem inter deos patrios receptus est; confer supra, p. 187, sub n° 159. Vacuum spatium, quod in tabula cernitur, summus obtinet exsculptæ coronæ margo : nullum deest inscriptionis vocabulum.

Col. III, lin. 1. איר nomen mensis Iyar, qui in titulis palmyrenis mensi Artemisio Macedonum, Maio Romanorum respondet.

Lin. 2. Numerum qui שנת sequitur Sachau 410 legerat, Euting vero 405 (*Nabat. Inschr.*, p. 86, 96-97), cui assentimur. Hic primo signum apparet quo numerus *quatuor* notatur : quod nuper Vogüé in nummo regis Malichi detexit : annus 405 secundum æram Seleucidarum. — במנין ארהומיא «juxta rationem Romanorum» bene vertit Sachau : legerat vero במנינא רהומיא; notavit autem Vogüé alteram *nun* finalem esse et veram vocabulorum distributionem agnovit : א ergo prosthetica. Putat recte Clermont-Ganneau מנין de «fastis» intelligendum esse, id est de calendario Juliano quod Palmyreni cæterique Syriæ populi vicissim usurpaverunt : ergo apud Nabatæos inde a rege Rabilo in usu apparet. (Cf. Gutschmidt penes Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 86, not. 2.)

Lin. 3. Numerum omnes 24 legunt. Ergo annus 405 Seleucidarum anno 24 לרבאל מלכא «regis Rabili» respondet. Rex igitur anno 381 Seleucidarum regnare cœpit, id est anno 70 post J. C. Rex Rabilus a nummis notus quos Vogüé edidit (*Rev. numism.*, nouvelle série, t. XIII, 1868, p. 167) : nomen ille *Dabel* legerat, quod Euting, assentientibus cunctis et Vogüé ipso, in *Rabel* emendavit.

Simulacra quæ summam stelæ partem occupant effigiem præbent non solum viri voventis Hani'u, sed virorum et mulieris in quorum memoriam erectum est monumentum. Tituli, qui cujusque nomen docent, distincti sunt et a priore titulo omnino separandi; quod non agnovit Sachau, unde aliquot ortæ sunt difficultates quas doctus vir solvere non valuit : Vogüé et Clermont-Ganneau justum sensum restituerunt. Simulacra secundum rationabilem ordinem disposita sunt. Mediam partem occupat Hani'u, auctor monumenti; sequuntur a sinistris ceteræ effigies : primus Adramu, quem titulus maximus natu majorem esse docet, postea frater ejus, et ceteri. Titulos sic legimus.

C	B	A	F
נקידו ברה	אדרמו ברה	הנאו	...לענו אתתה
Neqidu filius ejus	*Adramu filius ejus*	*Hani'u*	*...laʿnu uxor ejus*

Nomina propria nobis e titulo maximo jam nota, præter nomen mulieris sub littera F designatum : initium deest et nomen restituere non valemus. Cujus sit uxor non liquet : unum certum, nomen et simulacrum mariti ejus in loco exsculpta fuisse quod sub littera E designamus : nobis Abdmaliku. Vacuum spatium unum superest, sub littera D : ibi Gadlu effigies collocanda esse nobis videtur. — ברה «filius ejus» certum, æque ac אתתה «uxor ejus». Ea dispositio in palmyrenis titulis frequentissima : ה finalem non dignovit Sachau.

Integram seriem ergo restituendam putamus ut sequitur :

A	הנאו	*Hani'u*
B	אדרמו ברה	*Adramu filius ejus*
C	נקידו ברה	*Neqidu filius ejus*
D	[גדלו]	[*Gadlu*]
E	[עבדמלכו]	[*Abdmaliku*]
F	לענו אתתה . . .	. . . *laʿnu uxor ejus.*

Monumentum mensi maio anni 95 post J. C. adscribendum est.

(Impressum mense junio 1893.)

CAPUT IV.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ
IN BATANÆA, TRACHONITIDE ET AURANITIDE REPERTÆ.

In regione quæ antiquas provincias Batanæam, Trachonitidem et Auranitidem complectitur, hodie *Hauran* حَوْرَانُ nuncupata, monumentorum vestigia innumerabilia sunt : quæ visitaverunt et descripserunt Seetzen (1805), Burkhardt (1810-1816), Richter (1815), Buckingham (1816), Guillaume Rey (1857), Wetzstein (1858), Waddington et Vogüé (1861-1862) et alii. Tituli græci ibi multi reperti sunt quos Waddington in opere suo (*Inscriptions grecques et latines de la Syrie*, Paris, 1870) edidit : nabatæi etiam tituli plurimi, quos fere omnes Vogüé in opere suo *Syrie centrale* (*Inscriptions sémitiques*, p. 89-124, pl. XIII-XV) collegit et interpretatus est.

ARTICULUS I.

SOADA.

162

Vogüé, H. 1.

(Tab. XXIII.)

Soada, in græcis titulis Σόαδα (Waddington, 2370[1]) hodie *Suwaida*, السُوَيْدَاء (*Yaqût*, III, 197). Ibi, inter rudera templorum et ecclesiarum, conspicuum videtur sepulcrum (M. de Vogüé, *Syrie centrale, Architecture*, pl. I) semicolumnis doricis tropæisque exornatum, in cujus facie bilinguis inscriptus est titulus. Tituli nabatæi chartaceum ectypum sumpsit Waddington, quod sole exprimendum curavimus : litteræ paululum plumbagine denigratæ sunt quo melius apparerent. De titulo græco vide Waddington, n° 2320.

Titulum edidit M. de Vogüé : *Revue archéologique*, 1864, p. 284; repetiit in *Syrie centrale*, etc., p. 88. — De eo egit Schroeder, *Zeitschr. der deut. morgenl. Gesell.*, 1884, XXXVIII, p. 533, cum delineatione.

[1] Brevitatis causa opus Waddingtoni, *Inscriptions grecques et latines de la Syrie*, nomine solum auctoris designabimus, quem sequitur numerus inscriptionis : sic et opus *Syrie centrale, inscriptions sémitiques*, nomine auctoris Vogüé designabimus, cum numeris quos ipse titulis assignavit.

Titulum sic legimus et vertimus :

נפשה די חמרת די בנה לה אדינת בעלה

Monumentum τῆς Hamrat quod erexit ei Odainat maritus ejus.

Textus græcus sic legitur :

Ὀδαίναθος Ἀννήλου οἰκοδόμησεν τὴν σήλην Χαμράτῃ τῇι αὐτοῦ γυναικί.

נפשה « sepulcrale monumentum », græce *σήλη*, titulis in nabatæis sæpe occurrit (cf. supra, nos 115, 116, 159, et infra, nos 191, 192, 194-196, etc.). Vogüé e titulo Petræ reperto (*Syrie centr., I. S.*, p. 90), in quo monumentum figuratum est, conjicit vocabulo נפש exteriorem sepulcri partem designari, et proprie monumentum quadratum pyramide fastigiatum, sicut erat Hamratæ monumentum. נפשה cum *he* pron. femin. vel status emphatici. — חמרת, a radice חמר « ruber esse », græco in titulo mire Χαμράτῃ transcriptum, χ = ח, τ = ת. — אדינת, nomen proprium satis notum Ὀδαίναθος. Vogüé notat istius patrem titulo in græco Ἄννηλος nominari, quod ענאל « quem El exaudivit » aramaice transcribendum nec חנאל « cujus El misertus est », ut in titulo 191, quia ח = χ ut e nomine חמרת = Χαμράτῃ liquet; notandum vero est ח græce sæpe non expressum fuisse, nisi per spiritum asperum. Cf. חורו Οὖρος, חירן Αἰράνος, חירא Αἰρά, חביבו Ἀβῖβος, etc. Quis fuerit Odainat iste qui eximium mausoleum uxori suæ erexit? Tacet historia, ait Vogüé, nisi existimes illum ducem esse tribus *Benu Samayda* vel *Benu Amila el-Amâlik*, quem regiones Syriæ desertæ vicinas secundo in sæculo occupasse dicunt arabici scriptores. Quam sententiam firmare videtur mentio *φυλῆς Σομαιθηνῶν* a Waddington (n° 2308) eodem in loco reperta; valde enim probabile est *φυλὴ Σομαιθηνῶν* eamdem esse gentem ac Benu Samayda. Obstat vero tituli ætas, quem ante Christum natum exaratum esse putamus. Tituli græci scriptura et monumenti ipsius forma ultimum ante J. C. sæculum produnt; eamdem ætatem indicant nabatæi tituli litteræ : litteris enim *quadratis* vicinæ sunt, et quasi medium locum tenent inter *quadratam* scripturam et nabatæam proprie dictam. Titulis sub regibus Malicho II et Areta IV exaratis hi antiquiores sunt sine dubio. Ergo initio primi ante J. C. sæculi adscribendus est titulus.

ARTICULUS II.

SEIA.

Seia, græce Σεεία, hodie *Sîa* سيع; in monte, non procul Kanatha. Ibi Vogüé et Waddington rudera templi conspicui invenerunt, et sedulo effoderunt. Imaginem a Vogüé post detectum monumentum delineatam vide in *Syrie centrale* (*Architecture*, pl. II et III). Docent tituli templum sub rege Herode a quodam Maleichato, filio Moʿaieru, constructum fuisse et a nepote suo Maleichato, filio Aušu, sequentibus annis altius elevatum fuisse.

163

Vogüé, H. 2.

(Tab. XXIII.)

Fragmenta quatuor inscriptionis in epistylio porticus, nunc eversi, exaratæ. Chartaceorum ecty-

porum a Vogüé et Waddington sumptorum imaginem damus : litteræ paululum plumbagine denigratæ sunt.

Titulum edidit M. de Vogüé, *Revue archéologique*, 1864, p. 285; repetiit in *Syrie centrale, inscr. sémit.*, p. 93. — Delineationem dedit Schroeder, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, t. XXXVIII, p. 532, tab. II.

Hæc leguntur :

A [illegible]

B [illegible]

C [illegible]

D [illegible]



Quæ sic restituimus et vertimus :

A דכרון טב למליכת בר אושו בר מ[עירו]

B .....א ותיטרא דא ומט[רתא דא.....

C .....די הו בנה על בעשמין.....

D .....ות ועד חיין בשלם

A *Bona memoria pro Maleikat, filio Aušu, filii Moʿaieru....*

B ..... *et speculas* (?) *has et excubiarum stationes* (?)...

C ..... *quas iste erexit pro Baalšamin.....*

D ..... *et quamdiu viveret. In pace!*

Fragm. A. דכרון טב «bona memoria» in sinaiticis titulis frequens, bene legit vertitque Vogüé. — מליכת *Maleikat*, græcis in titulis Μαλείχαθος, Μαλίχαθος (cf. n^um posteriorem), nomen masculinum cum terminatione *at*, cf. אדינת, עבידת, עבישת, multaque arabica nomina in ة desinentia.— אושו, græce Αὖσος, arabice أَوْسٌ, nomen frequens. — מעירו *Moʿaieru* e titulo posteriore et titulo græco (Waddington, n° 2367) restituit Vogüé, cui nos assentimur.

Fragm. B. ותיטרא «columnarum ordo» intellexerat Vogüé, collato targumico יטור; sed יטור tantum de columna fumi usurpatum est, forsan a radice עטר «fumare», præterita ע littera, ut fit aliquot in dialectis aramaicis; melius Schrœder (*loc. cit.*, not. 1) græcum θέατρον, pl. θέατρα, confert dicitque non incredibile esse Siʿæ theatrum fuisse. Nullum tamen hoc in loco theatri vestigium animadverterunt Vogüé et Waddington, putamusque vocabulum תיטרא de speculis ante portas templi exstructis et forsan excubiarum stationi impositis dictum fuisse; adjectivum demonstrativum דא, quod sequitur, femininum est, sicut vocabulum aramaicum תיאטרון vel תאטרון = θέατρον; exspectares sane adjectivum plurale אלה «hæc», sed hic forsan voc. תיטרא unum solummodo ædificium designabatur.— ומט[רתא דא] cum Vogüé restituimus et «statio excubiarum», hebraice מִשְׁמָר, intelligimus. Noli ו[מ]טלילהון «et eorum epistylia» explere, collato titulo P. n° 8 (*Syrie centrale, I. S.*, p. 14) ubi ו[ת]טלילהון legendum est, quod vocabulum etiam in titulo P. n° 93, *l. c.*, p. 62, loco ו[מכ]לילהון restituendum est, ut bene vidit Baethgen (*Beitræge zur Semit. Religionsgeschichte*, p. 83, not. 3).

Fragm. C. בעשמין e בעלשמין contractum : *Baalšamin* Siʿanensium deus patrius, cui dicatum erat templum, ubi repertus est titulus; confer לבעלשמין, græce Διὶ μεγίστῳ

χεραυνίῳ (Vogüé, P. n° 73, cf. etiam Levy, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, t. XV, p. 615, et Vogüé, *Syrie centr.*, p. 50, not. 1).

Paulo ante vel paulo post Christum natum exaratus videtur esse titulus : litteræ remotiori paulo ætati adscribendæ sunt quam litteræ regnante Areta IV inscriptæ.

164

Vogüé, H. 3.

(Tab. XXIII.)

Titulus bilinguis basi inscriptus sub porticu templi a Vogüé et Waddington in situ repertæ. Nabatæam tituli partem egregius vir Gordon E. Tombe, regionem nuper perlustrans, secum asportavit et museo urbis Dublini dono dedit, ubi nunc asservatur. Musei præses nobis imaginem a monumento ipso sumptam benevolenter misit. Sub 163 A faciem basis damus : sub 163 B latus sinistrum ubi ultimæ primi versus litteræ, deficiente spatio, exsculptæ sunt. Titulus græcus quadrato lapidi insculptus est qui basi innixus erat.

De titulo egit : M. de Vogüé, *Revue archéol.*, 1864, p. 286, et in *Syrie centrale*, p. 94. — Textum græcum edidit Waddington, n° 2366.

Sic legitur et vertitur :



דנה צלמא די אקימו אל עבישת	*Hæc est statua quam erexit gens ʿObaišat*
למליכת בר מעירו בר מליכת	*τῷ Maleikat, filio Moʿaieru, filii Maleikat,*
לקבל די הו בנה בירתא עליתא	*quippe qui effecerit templum altius.*
כדו בר עבישת אמנא שלם	*Kaddu, filio ʿObaišat, artifice. Pax!*

Titulus græcus sic legitur :

Ὁ *δῆμος ὁ τῶν* Ὀβαισήνων *ἐτείμησεν* Μαλείχαθον Μοαιέρου *ὑπεροικοδομήσαντ*[*α*] *τὸ ἱερὸν ἀρετῆς τε καὶ εὐσεβείας χάριν.*

Lin. 1. אל עבישת, arab. عُبَيْسَةَ ٱلْ, *ὁ δῆμος ὁ τῶν* Ὀβαισήνων « gens ʿObaišat ».

Lin. 2. מעירו, græce Μοαιέρου, apud Arabes مُغَيْرَةُ haud rarum.

Lin 3. לקבל די « quia », cf. Esd., VI, 13. — בירתא, hebr. בִּירָה, targ. et syr. בירתא « arx, palatium », hic « templum » sicut in I Chron., XXIX, 1 et 19; in titulo græco *ἱερόν*.

Lin. 4. Num legendum כרו an כרו non liquet.

Litterarum forma demonstrat titulum paulo recentiorem esse titulis sub nis 162 et 163 descriptis : animadvertenda est præcipue littera cursivo quodam impulsu ex derivata quæ ipsa ex orta est : postea in transit. Herodis tamen vel Agrippæ temporibus adscribendus titulus, id est primis primi post J. C. sæculi annis.

165

Vogüé, H. 4.

(Tab. XXIII.)

Titulus parva in statuæ basi exaratus, quam in eodem loco invenit Vogüé et museo Luparensi, ubi nunc asservatur, dono dedit. Imaginem e monumento efficiendam curavimus.

De titulo egit M. de Vogüé, *Revue archéologique*, 1864, p. 286; *Syrie centrale, inscr. sémit.*, p. 96.

 דש לאל קציו.....

Primum vocabulum דש[מתק] «sacratum» restituit Vogüé, cui nos assentimur (cf. *Syrie centr.*, P. n° 71, p. 52). De sensu cæterorum vocabulorum certant interpretes. Vogüé vertit «deo Qaṣiu», collato titulo Bostrensi n° 174. Nœldeke, qui probandus nobis videtur, «genti τοῦ Qaṣiu (vel Qoṣaiu)», collato אל עבישת (n° 164). Qaṣiu nomen esse virile, etiam in titulo n° 174 (quem vide) demonstravit (penes Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 63, et *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1888, t. XLII, p. 475). Adde sermone in nabatæo אלהא «deum» dici, non אל, quod tantum in nominibus propriis compositis occurrit.

Vertimus ergo :

Sacratum (?) genti τοῦ Qaṣiu.

Titulus circa idem tempus ac superiores tituli exaratus.

166

Vogüé, H. 5.

(Tab. XXIII.)

Titulus parva in statuæ basi exsculptus, eodem loco reperta; quem Vogüé museo Luparensi, ubi nunc asservatur, dono dedit. Imaginem e monumento sumptam damus.

De titulo egit M. de Vogüé, *Revue archéologique*, 1864, p. 286; *Syrie centrale, inscr. sémit.*, p. 96.

 שודו אמנא *Śudu, artifex.*

שודו, arab. سود, quod etiam שורו legere fas est, collato arab. سور vel سوار.

167

Vogüé, H. 6.

(Tab. XXIII.)

Fragmentum oræ vasis e basalte nigro excisi et cauliculo viteo ornati, quod Vogüé museo Luparensi, ubi asservatur, dono dedit. E monumento imaginem damus.

De titulo egit M. de Vogüé, *Syrie centrale, inscr. sémit.*, p. 97.

.....בו טועאל בר.....

Primum vocabulum בו[קר] «obtulerunt» explevit Vogüé. — טעואל nomen cum אל et cum vocabulo dubio compositum, forsan طَوْع «obediens»; contulerat Vogüé arab. تُعال, quod non probandum.

168

Vogüé, H. 7.

(Tab. XXIII.)

Fragmentum basis statuæ eodem loco repertum, quod Vogüé in collectione sua servat. E monumento imaginem efficiendam curavimus.

De titulo egit M. de Vogüé, *Syrie centrale, inscr. sémit.*, p. 97.

...לשלם τῷ *Salm*.....

Initium nominis proprii quale *Salmallat*, *Salma*, etc. Cf. Σάλμης (Vogüé, *Syrie centrale*, P. n° 27).

ARTICULUS III.

KANATHA.

169

Vogüé, H. 8.

(Tab. XXIII.)

Kanatha, græce Κάναθα, hodie *Qennawat* قنوات dicta : urbis antiquæ rudera conspicua, quæ titulos græcos permultos continent. Unus tamen titulus nabatæus ibi inventus est quem Burkhardt (*Travels*

in Arabia, p. 84) et Seetzen (*Reisen durch Syrien*, I, p. 80) delineaverunt, Vogüé autem et Waddington rursus detegere non potuerunt. Lapis, tempore Burkhardti, in æde jacebat, cui narthex, porticus quatuor columnis innixus, et porta lapidea. Burkhardti sub *a* et Seetzeni sub *b* apographum damus, utrumque imperita manu effictum.

De titulo egerunt : M. de Vogüé, *Syrie centrale, inscr. sémit.*, p. 97. — Levy, *Zeitschr. der deut. morgenl. Gesell.*, 1868, XXII. p. 262.

Titulum, qui a dextra mancus videtur, sic dubitanter legimus et vertimus :

[illegible]	דכרון.....	..... *Memoria!*
[illegible]	אסרתגא די.....	..... *Strategus* (?) *quod*
[illegible]	בנת נפשא.....	..... *erexit sepulcrum*
[illegible]	אדינת.....	..... *Odainat*
[illegible]	אנתתה.....	..... *uxor ejus.*

Lin. 1. דכרון «memoria», quod bene legit Vogüé, salutationis locutio. Cf. n^um 163 A et sinaiticos titulos.

Lin. 2. אסרתגא dubium. Vogüé אקדיש pro אקדש legerat et «sacravit» verterat; quod non est probandum.

Lin. 3. בנת «erexit» in delineatione Seetzeniana vix dubium; de muliere scriptum.

ARTICULUS IV.

LOCUS DICTUS HEBRAN.

170

Vogüé, N. 1.

(Tab. XXIV.)

Nomen antiquum ignoramus urbis quæ hodie *Hebran* حِبْرَانُ dicitur, inter Soadam et Bostram sitæ. Titulum Waddington reperit, lapide nigro exaratum, $0^m,45$ alto, $0^m,25$ longo, et museo Luparensi dono dedit, ubi nunc asservatur. Imaginem damus ex ipso monumento sumptam.

Edidit M. de Vogüé, *Revue archéol.*, 1864, p. 287; repetiit in *Syrie centrale, inscr. sémit.*, p. 100. — De eo egit Noeldeke, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1865, XIX, p. 639 et 1870; XXIV, p. 90.

Sic legitur :



Et vertitur :

Mense Tišri anni septimi Claudii
Cæsaris,
Hæc est porta, quam fecit Maliku, filius
Qaṣiu (?), *sacerdos Allat. Dic : Pax!*

Lin. 1. לקלדיס « Claudii » bene legit Vogüé, qui notat קלדיס defective pro קלודיס scriptum esse.

Lin. 2. קיסר « Cæsar », græce Καῖσαρ; græcam formam prodit littera י; titulis in palmyrenis קסר sine י scriptum latinam formam *Cæsar* referre notat Vogüé; Nœldeke autem utramque formam ad græcum Καῖσαρ referendam esse existimat.

Lin. 4. Nomen קציו quod legit Vogüé, dubium; litteræ enim partim deletæ; de quo nomine vide supra, n^um^ 165, et infra, n^um^ 174. — כמר אלת « sacerdos τῆς Allat » bene vidit Nœldeke. — קרי minutis litteris, deficiente spatio, scriptum etiam detexit Nœldeke, collato arab. قرأ عليه السلام.

Titulus anno 47 ævi nostri exaratus.

171

Vogüé, N. 2.

(Tab. XXIV.)

Fragmentum statuæ in ruderibus ecclesiæ Hebrani repertum, cujus in pectore nabatæus titulus exaratus est. Titulum delineaverunt Wetzstein et Waddington. Delineationem prioris sub *a* et alterius sub *b* damus.

De titulo egerunt : M. A. Levy, *Zeit. d. deut. morg. Gesell.*, 1868, XXII, p. 270. — M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 101.

Sic legitur :



Wahballat,
filius Nagmu.

Lin. 1. והבאלת *Wahballat* « quem dedit Allat » e titulis palmyrenis restituit Vogüé.

Lin. 2. נגמו *Nagmu*, arab. نَجْم « sidus ».

(Impressum mense junio 1893.)

172

(Tab. XXIV.)

Fragmentum a Burkhardto in ruderibus antiquæ domus repertum et delineatum (*Travels*, etc., p. 90) : cujus apographum damus, interpretationem vero tentare non valemus.

ARTICULUS V.

BOSTRA.

Bostra, græce Βοστρά, aramaice בצרא (infra, nº 218; Vogüé, P. nº 22), hodie بُصْرَى, Auranitidis caput, circa tempora Christi præcipue viguit; Nabatæi enim magnum ibi emporium instituerant, qua negotiatorum commeatus Damascum et Palmyram pergentes vel ad Arabiam et Babyloniam iter facientes transibant. Trajano Cæsare Syria potito, Colonia Nova Trajana Bostra facta est. Splendoris præteriti vestigia multa supersunt et monumenta delapsa admirationem inspicientium movent. Ibi plures inventi sunt tituli nabatæi.

173

Vogüé, N. 3.

(Tab. XXIV.)

Titulus sarcophago e basalte nigro in media via strato exaratus, quem delineaverunt Wetzstein et Vogüé; ectypum chartaceum a Waddington sumptum damus : litteræ plumbagine paulo denigratæ sunt.

De titulo egerunt : M. A. Levy, *Zeit. d. deut. morg. Gesell.*, 1868, XXII, p. 263. — M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 102.

Sic legitur :

דא ארנא די עב	[illegible]
ד והבאל בר אוש	[illegible]
ו־לתעמר אנת	[illegible]
תה ברת עבדאל	[illegible]
גא הפרכא	[illegible]

Et vertitur :

Hic est sarcophagus, quem fecit
Wahbel, filius Aušu,
pro Taʿmor, uxore
sua, filia Abdêlgê
eparchi.

Lin. 1. ארנא « arca, cista, sarcophagus » bene interpretatus est Levy, qui biblicum אָרוֹן affert.

Lin. 2. והבאל et אושו nomina nota.

Lin. 3. תעמר *Taʿmor*, forsan græcis in titulis Θαμάρη, cf. יעמרו sub n° 195.

Lin. 4. עבדאלנא, confer quæ sub n° 157 diximus.

Lin. 5. הפרכא, græce ἔπαρχος vel ὕπαρχος; utrumque enim vocabulum confudisse Syros constat, cf. infra, n°s 207 et 214.

Titulus ad primum ævi nostri sæculum referendus.

174.

Vogüé, N. 4.

(Tab. XXIV.)

Ara e basalte nigro alta o^m^,10, longa o^m^,36, cujus duas facies taurina capita ornant; eam Bostræ invenit Waddington, secum Parisios asportavit et museo Luparensi, ubi nunc asservatur, dono dedit. Monumenti imaginem sole expressam damus.

De titulo egit : M. de Vogüé, *Revue archéologique*, 1864, p. 287; *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 103.

Sic legitur :



Et vertitur :

Quod obtulit Naṭarel, filius
Naṭarel, deo τοῦ Qaṣiu.
Anno XI Maliku regis.

Lin. 1. די « quod »; Vogüé דה legerat, sed ultimam litteram י finalem esse ipse, collatis titulis Hegrensibus, agnovit : cf. etiam Clermont-Ganneau (*Journal asiatique*, mai-juin 1891, p. 536). — נטראל *Naṭarel* « quem El servavit », aramaicum nomen.

Lin. 2. לאלה קציו « deo τοῦ Qaṣiu » bene vertit Nœldeke penes Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 63), quum de deo τοῦ Rabel אלה רבאל dissereret, cf. *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1888, XLII, p. 475. Vogüé autem « deo Qaṣiu », tamquam אלהא לקציו scriptum esset, verterat : quam interpretationem ipse nunc rejicit.

Lin. 3. Rex מלכו nobis Malichus II propter litterarum formam quæ remotiorem ætatem produnt · titulus ergo circa annum ante J. C. 40 exaratus esse nobis videtur.

175

(Tab. XXIV.)

Lapis sepulcralis quem Bostræ Wetzstein reperit et delineavit; apographum ejus damus.

De titulo egerunt : M. A. Levy, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1860, XIV, p. 376, et 1868, XXII, p. 263, not. 1. — M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 105, 4ª.

Sic legimus et vertimus :



מגנת ברת נטראל

Magennat, filia Naṭarel.

Lin. 1. מגנת *Magennat* a radice גנן « texit » derivat Levy, qui comparat מְגִנָּה « tegumentum » et מָגֵן « clypeus », cf. et מגן in *Corp. inscr. semit.*, parte Iª, nis 102, 135, 152, 153, 282, etc.

Lin. 2. נטראל *Naṭarel* bene vidit Vogüé, cf. nmm superiorem. Levy titulum primo מגנת ברת בטיטא et denuo מליכת ברת נטראל legerat.

Titulus ad primum ævi nostri sæculum referendus.

176

(Tab. XXIV.)

Lapis, qui conclusuræ vice in taberna apud viam Tabernarum Bostræ fungitur et titulum nabatæum gerit. Quem Wetzstein reperit, Vogüé autem et Waddington omiserunt; delineationem damus a Wetzstein sumptam.

De titulo egerunt : M. A. Levy, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1868, t. XXII, p. 267, nº 2. — M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 106.

Hæc legimus :



דא מסגדא
די עבד תימו
בר ולדן לבעשמן
אלה שעידו

Et vertimus :

Hæc est ara,
quam fecit Taimu,
filius Waldân (?) pro Baalšamin (?)
deo τοῦ *Saʿidu.*

Lin. 1. דא « hæc » nec דה, sicut legit Levy. — מסגדא « ara » vel « stela »; de hoc vocabulo cf. num 161.

Lin. 2. תימו *Taimu*, vix dubium, arab. تَيْم, græce Θαῖμος.

Lin. 3. ולדן *Waldân*, non absque omni dubio, sed probabile; Levy legerat ולד־אל־בעל כני, quod nobis non probandum, quarta enim littera *nun* non *alef* esse videtur. — Nomen בעשמן, collato titulo 163 supra, dubitanter legimus, sed ad lineam posteriorem mire aptum.

Lin. 4. אלה שעירו « deus τοῦ Sa'idu », bene legit Nœldeke penes Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 63), qui confert אלה רבאל in titulo sub n° 218 infra, et אלה קציו in titulo sub n° 174 supra. Levy, adscito בני vocabulo, quod ad calcem lineæ superioris legebat, « filii τοῦ Welid el-Baal » intellexerat, quod refellit Nœldeke; nomen שעירו, arab. سعيد, infra sub n° 209 occurrit.

Lineam insequentem legere non valemus, in qua forsan tempus tituli exarati notatum fuit; an [שנ]ת ארבעין ל... conjiciendum sit sequente nomine regis Nabataeorum?

Titulus ad primum sæculum ævi nostri referendus nobis videtur.

177

(Tab. XXIV.)

Fragmentum quod Schrœder in via reperit quæ ab Omari Moschea ad quatuor columnas ducit et ubi quondam fuit forum rerum venalium. Apographum ejus quod edidit in *Zeitschr. der deut. morgenl. Gesell.*, XXXVIII, p. 533, tab. II, hic damus. Lapis valde mutilus. Nil certum elicere possumus, tertia linea forsan... בר חנ[אל]... *filius Hanneli*... et quarta [וחי]אח *frater ejus*.

178

(Tab. XXIV.)

Burkhardt (*Travels*, etc., p. 233) delineationem tituli dat quem in media civitate reperit : apographum imperita manu effictum exhibemus, sensum vero nullum elicere valemus.

179

Vogüé, N. 5.

(Tab. XXIV.)

Fragmentum a Waddington repertum, quod tres litteras tantum præbet.



...אומ...

או sane vocabuli finis, vel conjunctio « aut »; מ initium vocabuli sequentis videtur.

180

(Tab. XXIV.)

Lapides e quibus effecta est ecclesia cathedralis Bostræ litteris signati sunt quas lapicidæ inscripserunt : pleræque græcæ; nabatææ etiam nonnullæ inveniuntur quas Vogüé delineavit et in opere suo *Syrie centrale* (*Architecture*, t. I, p. 65) edidit. Apographa ejus damus. Litteras nabatæas  , , , , , discernimus, græcas autem A, Φ, X. Ecclesia anno post J. C. 512 ædificata est : qui autem eam construxerunt, sicut mos erat, lapides multos e ruderibus antiquorum monumentorum susceperunt : signa ergo sexto post J. C. sæculo adscribere non audemus.

181

(Tab. XXV.)

Titulus quem Rev. William Parry in ruderibus domus antiquæ in vicinia Bostræ invenit. Apographum quod sumpsit et nobis benevolenter misit, sole expressum damus. Litteræ $0^m,15$ altæ.

Sic legimus :



מקברת עבישת קזח

Sepulchrum Obaisat Qozaḥ.

מקברת «sepulcrum» quod statu emph. sub n° 196 infra videbimus : etiam in titulis palmyrenis invenitur (Vogüé, P. n° 64) arab. مَقْبَرَةٌ. — עבישת nom. propr. Cf. supra, n^{um} 164. — קזח sane cognomen. Cf. arab. قُزَح.

ARTICULUS VI.

SALḤAD.

Salḥad, in Bibliis סַלְכָה (*Deut.*, III, 10), in titulo nostro n° 182, סלחד, in Yaqût et Abu'l-Feda صرخد, hodie صلخة, plures nabatæos titulos præbet qui fere omnes in ruderibus ecclesiæ christianæ inventi sunt.

182

Vogüé, N. 6.

(Tab. XXV.)

Lapis e basalte nigro supra portam veteris ecclesiæ muro insertus. Titulum delineaverunt Waddington et Schrœder. Delineationem damus quam fecit Schrœder.

De titulo egerunt : M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 107. — M. A. Levy, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1868, t. XXII, p. 262, not. 4. — Halévy, *Mélanges d'épigraphie sémitique*, p. 110, not. 1. — Schroeder, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1884, t. XXXVIII, p. 532.

Sic legitur :



דנה ביתא די בנה רוחו בר מלכו בר אכלבו בר רוחו לאלת אלהתהם
די בצלחד ודי נצב רוחו בר קציו עם רוחו דנה די עלא
בירח אב שנת עשר ושבע למלכו מלך נבטו בר חרתת מלך נבטו רח[ם] עמה

Et sic vertitur :

1 *Hoc est templum, quod erexit Ruḥu, filius Maliku, filii Aklabu, filii Ruḥu, τῇ Allat eorum deæ,*
2 *quæ est in Ṣalḥad, quamque (hic) constituit Ruḥu, filius Qaṣiu cum Ruḥu isto supra designato.*
3 *Mense Ab anni septimi decimi Maliku, regis Nabatæorum, filii Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat populum suum.*

Lin. 1. ביתא «templum» primus legit Schrœder, qui hoc vocabulum in sua delineatione melius pinxit. — רוחו «Ruḥu», græcis in titulis Ρουαῖος (Wadd., n° 2034), apud Arabes روح nomen frequens. — מלכו nomen satis notum, quod Vogüé מטבו legerat, ab apographo Waddingtoni deceptus, cujus vero veram ipse lectionem agnovit. — אכלבו, arab. أَكْلَبُ «rabidus». — לאלת אלהתהם «τῇ Allat eorum deæ» bene vertit Vogüé, qui notat pronomen suffixum more hebraico הם non הון esse, cf. Nœldeke penes Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 77). Allat dea gentis Ruḥu dicitur, quia in Ṣalḥad cultus ejus ab hac gente institutus est, ut ex linea insequente apparet.

Lin. 2. די בצלחד «quæ in Ṣalḥad» vertendum, nec audiendus est Halévy, qui interpretatur «qui sunt in Ṣalḥad», pronomen relativum ad suffixum הם ultimi vocabuli lineæ superioris referens (cf. Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 62). — ודי נצב «et quam collocavit»; quibus vocabulis discimus cultum deæ Allat Ṣalḥadum a gente Ruḥu asportatum fuisse, postquam ea gens ibi sedem suam constituerat deæque templum exstruxerat. Titulum ejusdem generis supra, sub n° 113, vidimus, qui deum novum a sacerdote suo Teimam advectum cultumque hac in urbe ei institutum nobis ostendit. Vocabulum נצב Vogüé et Halévy «erectum» verterant, quod de templo ipso intelligebant; sed id potius cum sensu «ponere, collocare» de imagine deæ in templo collocata dictum esse putamus. — קציו, de hoc nomine confer supra n^um 169, in quo Maliku, filius Qaṣiu, deæ Allat sacerdos dicitur; hunc Maliku fratrem τοῦ Ruḥu, filii Qaṣiu, fuisse non absonum. — עם «cum» vertit Vogüé, cui assentimur; Halévy autem «patruus» vertit, arab. عَمٌّ conferens. — די עלא «qui supra dictus est» in delineatione Schrœderiana conspicuum, cf. eamdem locutionem Ḥegrensibus in titulis, sub n^is 197, 199, etc., infra.

De Malicho III, filio Aretæ IV, hic agitur; annus 17 regni ejus anno 50 post J. C. respondet.

183

(Tab. XXV.)

Lapis e basalte nigro a dextris tituli superioris eodem muro insertus titulum præbet, quem delineaverunt Wetzstein (*Hauran und Trachonen*, p. 67), Waddington (Vogüé, *Syrie centrale, inscr. sémit.*, pl. XIV, n° 7); et Schrœder (*Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1884, p. 533, Taf. II). Chartaceum insuper ectypum sumpsit Waddington, quod in itinere haud parum accepit detrimenti et fere totum deletum est. Apographum Schrœderi sub 182 *a*, et Waddingtoni sub 182 *b* damus, necnon sub 182 *c* quod de chartaceo ectypo superest.

De titulo egerunt : M. A. Levy, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1868, t. XXII, p. 262, not. 4. — M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 112.

Hæc legimus :



מ?נ?ר קציו בר אדינת בר...תא..[בר]

[ק]ציו לאלת ווגרה ב[ש]

[נ]ת עשרין וחמש לרבאל [מלך נב]

[טו]די אחיי עמה ו.....

Et vertimus :

1 *Candelabrum* (?) *Qaṣiu, filii Odainat, filii...ta, filii*
2 *Qaṣiu, τῇ Allat et τῇ Vagrah.*
3 *Anno XXV Rabel* [*regis Nabatæorum*]
4 *qui salvavit populum suum et.....*

Lin. 1. מנר non certum et dubitanter «candelabrum» vertimus; femininam enim formam exhibet hoc vocabulum, aram. מנרתא, hebr. מְנוֹרָה, arab. منارة. Vogüé conjecerat עבד «fecit», quasi prima littera prave sculpta fuisset; sensus sane melior, cum delineatione autem Schrœderi non congruit : prima enim littera מ et secunda potius *nun* quam *beth* esse videtur. — De nominibus קציו et אדינת confer n°s 162, 170, 174 et 182. — Nominis insequentis ultima littera tantum superest, post quam voc. בר nobis certum.

Lin. 2. [ק]ציו restituit Vogüé, qui vocabulum sequens לאנתו «pro uxore ejus» legit et vertit; quod non probandum videtur; pronomen suffixum titulis in nabatæis nusquam ו scriptum; exspectares לאנתתה, nomine mulieris præposito. In delineatione Schrœderiana לאלת «τῇ Allat» conspicuum, ו quod sequitur ad vocabulum posterius referendum esse existimamus. Hoc vocabulum וגרה legit Vogüé, quod pro nomine mulieris sumpsit, collato arabico وجرة vel وجر; quid significet vero, non liquet; forsan alterius dei vel deæ nomen et «τῇ Vagrah» vertendum. Media in linea spatium vacuum, ubi nihil unquam scriptum fuisse testatur Schrœder et confirmat ectypum. — Ad calcem conjiciendum initium voc. שנת cujus terminatio ad sequentem lineam rejecta est.

Lin. 3. רבאל. Nomen regis primus optime detexit Vogüé, cui assentimur.

Lin. 4. די אחוי «qui vitam servavit» sane mirum; exspectares די אחיא, sed nihil melius legendum videmus; cognomen regis Rabili, græce Σωτήρ, sicut רחם עמת cognomen regis Aretæ IV, græce Φιλόδημος aut Φιλόπατρις.

Annus 25 Rabili anno 95 post J. C. respondet.

184

(Tab. XXV.)

Titulus quadrato lapidi incisus, qui ejusdem ecclesiæ muro insertus est : dextra parte fractus : eum reperit Wetzstein et haud sine difficultate delineavit, nam lapis inversus et locus obscurus. Neque Waddington neque Schrœder eum viderunt. Crassum Wetzsteini apographum damus. Textus explanationem hactenus nemo tentavit præter Levy, qui aliquot vocabula agnovit (*Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, t. XXII, p. 262). Sequentia tamen discernere sibi videtur Vogüé :



Hoc est sepulcrum quod exstruxit Autan (?)...
filius Aklabu, filii Ruhu, filii...
Tâba (?) mense Iyar anni...
regis, regis Nabatæorum.

Nomina propria fere eadem sunt ac in n° 182. Gens forsan eadem. — עותן arab. nomen غَوْث, cf. עותו in titulis hegrensibus et sinaiticis; forsan hic quoque legendum עותו loco עותן. — Initio lin. 3 טבא, syr. ܛܒ̈ܐ «bonus». Nomen regis evanuit, Aretæ sane vel Rabili : scriptura enim eamdem ætatem prodit.

185

Vogüé, N. 8.

(Tab. XXIV.)

Stela lapidea in ruderibus sita ejusdem ecclesiæ, ubi quondam candelabri vicem obtinebat. Summa pars torum gerit rude excisum; basis plintho munita est; delineationem quam fecit Wetzstein in *Syrie centrale*, p. 119, invenies. Titulus in facie exaratus : ultima linea basim occupat. Chartacea

(Impressum mense junio 1893.)

ectypa duo sumpsit Waddington; utriusque damus imaginem : quod sub 184 *a*, intactum; istius vero, quod sub 184 *b*, litteræ plumbagine denigratæ sunt antequam sole exprimerentur.

De titulo egit M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 119, n° 8.

Sic legimus et vertimus :

[illegible]	דנה מס[ג]	*Hanc stelam*
[illegible]	דא וקפ̣	*sacravit*
[illegible]	ברנשבו	*Barnašabu*,
[illegible]	בר שלא ל	*filius Šulla*
[illegible]	אלת אם	*τῇ Allat, matri*
[illegible]	אלהיא̣	*deorum*
[illegible]	די מ̣ר̣א	*domini*
[illegible]	נא רבאל	*nostri Rabel.*

Lin. 1. מסגדא «stela», cf. quæ supra sub n° 161 diximus; monumentum ipsum sic designatur.

Lin. 2. וקף «sacravit» bene legit Vogüé; arabicum verbum وَقَفَ «erigere» et «rem aliquam pro usu sacro indicere et sacrare» bene notum.

Lin. 3. ברנשבו *Barnašabu* cum בר «filius» et divino nomine נשבו sane compositum, confer ברנבו *Barnebo* e בר et נבו formatum.

Lin. 4. שלא «Šulla», cf. infra שלי *Šullai*, sub n^is 207 et 220, et Nœldeke penes Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 74). Vogüé legerat צלא.

Lin. 5-6. אם אלהיא «mater deorum» dubitanter legit Vogüé, sed quod sequitur intentatum liquit.

Lin. 7-8. די מראנא רבאל non omnino certum, sed valde probabile, confer אלה קציו «deus τοῦ Qaṣiu» in titulo sub n° 174.

Titulus eidem ætati adscribendus videtur ac n^i 182-183, id est ultimis primi post J. C. sæculi annis.

ARTICULUS VII.

ZORAVA.

186

Vogüé, N. 13.

(Tab. XXV.)

Zorava, græce Ζαρᾶ, hodie ازرع, olim magnam civitatem fuisse testantur ruinæ, quæ spatium magnum tenent. Burckhardt et Waddington inscriptiones græcas multas in ruderibus repererunt,

unus vero nabatæus titulus a Waddington inventus fuit et delineatus; delineationem quam fecit sole exprimendam curavimus.

De eo egerunt : M. DE VOGÜÉ, *Syrie centr.*, p. 124, § VI. — HALÉVY, *Mélanges d'épigraphie sémitique*, p. 115, § 15.

Quamvis pleræque litteræ satis conspicuæ sint, tituli sensus nos fallit, nullamque interpretationem proponere malumus; satis erit tentamenta aliorum referre.

Vogüé primus והבאל *Wahbel* initio primæ lineæ et תרתין tertia in linea legit: בר באדו עבד נפשא דה in secunda suspicatus erat. Halévy vero legit et vertit ut sequitur :

והבאל די שיהרי אי	*Wahbêl de Schihari* . . . . .
ר בר באזו עבד לטבא לח	*fils de Bazou, a fait (ceci) en l'honneur du (dieu) bon,*
יוה דכדן תרתין זבני	*pour sa vie; car déjà deux fois*
ן אתפני תות יאר ושזב לה	*il a disparu au fond du Nil, et le dieu l'a sauvé.*

Hæc nobis proposuit Rubens Duval :

והבאל די שיהרי אי	*Wahbel e Šihari manum* (?)
דא נדב ארו עבר נו[נ]א בח	*vovit. Ecce evasit e naufragio*
יוהי(?) כד לתרתין זבני	*vivens, quum altera vice*
ן אתכלית וחיא(?) דושרא(?) לה	*aversum esset* (*hoc*) *et vitam servaret Dušara ei.*

Sed alii alia invenient.

ARTICULUS VIII.

LOCUS DICTUS AYUN.

187

Vogüé, N. 12.

(TAB. XXV.)

In loco Ayun dicto non procul Ḥebran ad orientem inter rudera veterum ædificiorum lapis muro insertus. Delineationem tituli, quam fecit Waddington, damus.

De titulo egit M. DE VOGÜÉ, *Syrie centr.*, *inscr. sémit.*, p. 123.

Sic legitur :



למלודו	*τῷ Milyddu,*
בר זידא	*filio Zaidal-*
להי	*lahi.*

מלודו forsan *Milvâdu* efferendum, confer arab. مِلْوَاذ « vallum, munimenta ». — זידאלהי, arab. زَيْدُ ٱللّٰه. Cf. Euting (*Sinaitische Inschr.*, n° 325 *a*) et nomina עבדאלהי, שעדאלהי, etc.

ARTICULUS IX.

LOCUS DICTUS ZAHUET EL-HIDR.

188

Vogüé, N. 14.

(Tab. XXV.)

Locus in vicinia urbis Salḥad ad meridiem situs, زهوت الخضر dictus e ruderibus ecclesiæ S. Georgio dicatæ; in porticu ecclesiæ columna lapidem quadratum gerit, abaci vicem tenentem et cujus quatuor facies nabatæam inscriptionem præbent. Apographum sub 187 *a* damus quod sumpsit Waddington; sub 187 *b* duas lineas a Burckhardt (*Travels*, etc., p. 95) jam delineatas. Lineam, quam Waddington *1e face* notat, ultimam esse vacuum spatium demonstrat; initium a sequente linea; lectu autem difficillimum; litteræ deformatæ sunt, num culpa sculptoris, an temporis injuria, nescimus; nil certi ex eis eruendum; dubitanter sic legimus :



דנה מסגדא די עבדו עבד

עבדת וה.....ה ובני

הם.. ....על ח

[ייהם]....שלם

Hæc est stela quam fecerunt ʿAbdʿobodat et H..... et filii eorum..... pro salute sua..... pax.

מסגדא nobis certum videtur : congruit et forma lapidis, quippe qui quadratus sit, et monumenti caput fuisse videatur, monumentis illis similis quæ jam descripsimus (vide supra, num 161).

ARTICULUS X.

LOCUS DICTUS IRE.

189

(Tab. XXV.)

Delineationem damus quam fecit Burckhardt (*Travels*, etc., p. 88) insolerti manu. Lapidem non repererunt Waddington et Vogüé eumdem locum explorantes. Textum legere non possumus : נפשה forsan ad calcem legendum.

ARTICULUS XI.

LOCUS DICTUS OMM EL-GEMÂL.

Rudera urbis antiquæ, cujus nomen evanuit et quæ hodie أُمّ الجمال nuncupatur, solus Waddington exploravit : ibi, inter plures inscriptiones græcas, quatuor invenit nabatæos titulos; apographa quæ sumpsit sole expressa in tabula nostra XXV invenies.

190

Vogüé, N. 9.

(Tab. XXV.)

Stela lapidea, duobus metris alta, cui torus in summa parte, in ima vero plinthus. In medio ædificio, quod ecclesia fuisse videtur, est titulus; nabatææ litteræ altæ et profundæ.

De titulo egerunt : M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 120. — M. A. Levy, *Zeitschr. der deut. morgenl. Gesell.*, 1869, t. XXIII, p. 436, note 2.

Sic legitur et vertitur :

מסנרא	מסנרא	*Stela*
די עבד	די עבד	*quam fecit*
משכו	משכו	*Mašku*
בר עוי	בר עוי	*filius ʿAvida*
דא לדו	דא לדו	*τῷ Dušara.*
שרא	שרא	

Lin. 1. מסנרא «stela», vide supra, n^um^ 161; secunda littera dubia; Vogüé et Levy משנרא legerant, quod nusquam alias reperitur; satius ergo est מסנרא cum Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 62) conjicere; quidquid id est, de vocabulo ipso non disputatur.

Lin. 2. משכו *Mašku*, ultima littera dubia; cf. Euting (*Sinaitische Inschr.*, n° 280) et *Syrie centr.*, P. n° 124; græcis in titulis Auranitidis Μάσαχος et Μάσεχος.

Lin. 4. עוירא ʿ*Avida*, syr. ܥܘܝܕܐ, apud Epiphanium Ἀβειδά, cf. Cureton, *Spicilegium syriacum*, p. 1 sq.

Titulum ad primum ævi nostri sæculum pertinere putamus.

191

Vogüé, N. 10.

(Tab. XXV.)

Lapis recentiori muro insertus.

De titulo egit M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 122, n° 10.

Sic legitur :



דא נפש אנעם	
בר חורו ועזי	
אנתתה די בנה חנאל	
ברהם	

Et vertitur :

Hoc est sepulcrum τοῦ *An'am,*
filii Ḥuru, et Uzzæ,
uxoris ejus, quod exstruxit Ḥanel,
eorum filius.

Lin. 1. אנעם *An'am*, arab. أَنْعَم, gr. Ἄναμος.

Lin. 2. חורו *Ḥuru*, arab. حُوْر, Ibn Doreid, 228, 5; græce Οὖρος, Wadd., 2270, 2402, 2514; cf. infra, nos 207 et 212. — עזי *Uzza*, nomen deæ Uzzæ, quod cum alio vocabulo hic omisso compositum fuisse verisimile est, cf. *Syrie centr.*, P. nis 146 et 147.

Lin. 3. חנאל *Ḥanél* « cujus misertus est El », vicina sunt nomina חניא, חנא, חנה, חנבעל, etc.

Lin. 4. ברהם « amborum filius », cum suffixo הם, cf. supra, nos 158 et 182.

Ejusdem ætatis ac superiores tituli videtur esse hic titulus.

192

Vogüé, N. 11.

(Tab. XXV.)

Lapis muro insertus non procul ab ecclesia.

De titulo egit M. de Vogüé, *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 122, n° 11.

Hæc legimus :



דנה נפש וקליו	
בר בעלארן ונדים ו	
מלך בנוה[י]	

Quæ dubitanter vertimus :

Hoc est sepulcrum Euclii (?),
filii Baaladon, et Gadim et
Malik, filiorum ejus.

Nulla certa; nota enim דנה loco דא ante נפש; melius ergo est nullam commentationem tentare. Cf. n^um^ 333.

193

Vogüé, N. 11 *a*.

(Tab. XXV.)

Lapis, vertice inverso, muro insertus, qui titulum nabatæum tribus lineis ostendit. Delineationem quam fecit Waddington damus, sed ex ea nihil eliciendum est, nisi forsan initio דנה נפש, cf. Vogüé, *Syrie centrale, inscr. sémit.*, p. 123, 11 *a*.

ARTICULUS XII.

PLANITIES AURANITIDIS.

Planitiem quæ inter montem Hermon et montem Auranitidis protenditur nullus viator, rerum orientalium et rei epigraphicæ peritus, sedulo unquam exploravit. Ibi certe nabatæi tituli multi latent. In loco dicto *Gherba* medio itinere inter Zoravam et Mzerib, exempli gratia, affirmat Richter (*Wallfahrten*, p. 177) anno 1816 lapides quadratos se vidisse, quibus inscriptiones exaratæ sinaiticis inscriptionibus similes. Sic et doctus vir A. Socin in loco dicto *Ḥaraba*, non procul Bostra, fragmentum reperit, nonnullas litteras nabatæas præbens, et secum asportavit. Regionem istam curæ et diligentiæ viatorum commendamus.

CAPUT V.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN DECAPOLI REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

CAPITOLIAS.

194

(Tab. XXVI.)

In ruderibus antiquæ urbis Capitoliadis, hodie *Bet-Rass* dictæ, vir cl. Kiepert paucos ante annos lapidem detexit, e basalte nigro, $0^{m},81$ longum et $0^{m},38$ altum, in quo titulus nabatæus exaratus. Apographum textus sumpsit, quod nunc penes Sachau est. Delineationem istam, quam nobis benevolenter doctus vir misit, sole exprimendam curavimus.

De titulo egit Eduard Sachau, *Zeitschr. der deut. morg. Gesell.*, 1884, t. XXXVIII, p. 535.

Hæc leguntur :



דא נפשא די עבד נטר

[אל]....א....חלמש

אתתה ב.....

.....

Hoc est sepulcrum, quod fecit Naṭar[el]
..... Ḥalmiš,
.....uxor ejus....
.....

Lin. 1. [אל]נטר *Naṭarel* bene restituit Sachau, titulis qui sub nis 174 et 175 supra collatis.

Lin. 2. חלמש *Ḥalmiš*, cum Χλαμμῆς (Waddington, n° 2330), confert Ed. Sachau, cui nos ipsi assentimur.

Titulum primo ævi nostri sæculo adscribendum esse verisimile est.

CAPUT VI.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN MOABITIDE REPERTÆ.

ARTICULUS I.

LOCUS DICTUS UMM ER-REṢAṢ.

195

(Tab. XXVI.)

In loco dicto *Umm er-Reṣaṣ* أمّ الرصاص « mater plumbi », a fragmentis plumbeis quæ ibi effossa sunt, ruinæ magnæ cernuntur : nomen vero antiquæ civitatis nescimus. Autumno anni 1869 titulus nabatæus in ruderibus ab Arabibus viris repertus est. Chartacea ectypa duo ipsi effecerunt, quæ Hierosolymam asportarunt : unum Clermont-Ganneau nostro dederunt, qui tunc gallici consulatus cancellarius erat, alterum vero Carolo Warren, qui excavantibus Templum Hierosolymæ præerat, sumptibus anglicæ societatis dictæ *Palestine Exploration Fund*. Clermont-Ganneau ectypum suum ad nostrum Vogüé misit, qui id cum sociis suis Academiæ Parisiensis die quarta februarii 1870 communicavit et brevem textus commentationem fecit. Warren ectypum suum Londinium misit, ubi in *Palestine Explor. Fund Quarterly Statement*, n° VI, *March to June 1870*, sed sine interpretatione editum est. Lapis postea Neapolim Samariæ translatus est apud mercatorem Aḥmet Osman Hamame, ubi eum Clermont-Ganneau anno 1874 vidit : qui $0^m,40$ latus, $0^m,38$ longus et $0^m,20$ crassus est. Imaginem ex ectypo chartaceo damus.

De titulo egerunt : M. de Vogüé, *Comptes rendus de l'Académie des Inscr. et B.-L.*, 1870, p. 17, et fusius *Syrie centr., inscr. sémit.*, p. 160. — M. A. Levy, *Zeitschr. der deut. morgenl. Gesell.*, 1871, t. XXV, p. 429-434. — Renan, *Journal asiatique*, 1873, 7ᵉ série, t. I, p. 313, cum delineatione, et t. II, p. 383. — A. Socin, *Zeitschr. der deut. morgenl. Gesell.*, 1873, t. XXVII, p. 134. — Halévy, *Mélanges d'épigraphie sémitique*, p. 106-108. — Clermont-Ganneau, *Journal asiatique*, 1891, 8ᵉ série, t. XVII, p. 539.

Sic legitur :



(Impressum mense junio 1893.)

Et vertitur :

Hoc est sepulcrum τοῦ *Abdmaliku,*
filii ʿObaišu strategi,
quod fecit pro eo Iaʿmuru
strategus, frater ejus,
Anno I regis Maliku, regis Nabatæorum.

Fere omnia tituli istius vocabula jam nota : brevem ergo commentarium addemus.

Lin. 1. נפש statu constructo.

Lin. 2. עבישו nomen propr. *ʿObaišu*, cf. עבישת, Ὀβαίσαθος in titulo supra, n° 164.

Lin. 3. רי. Animadverte *iod* finalis formam, quam nec Levy nec Renan agnoverunt, litteram pro ה habentes. — יעמרו nom. propr. *Iaʿmuru*. Cf. arab. يَعْمُر, nomen frequens. Putat Clermont-Ganneau (*loc. cit.*, p. 542) hunc strategum ex ea gente oriundum, quam Biblia græca sub nomine *υἱοὶ Ἰαμβρί* (I Macch., IX, 32-42), Josephus autem sub nomine Ἀμαραίου *παῖδες* (*Ant. Jud.*, l. XIII, cap. 1, § 2) memorant, et quæ urbem Medabam temporibus Macchabæorum habitabat.

Lin. 5. De Malicho III sane agitur : monumentum ergo anno post J. C. 39 adscribendum.

ARTICULUS II.

MEDABA.

196

(Tab. XXVI.)

Loco ubi fuit urbs Moabitarum Medaba, in Bibliis מֵידְבָא, in titulo Dibonensi מהדבא, gr. Μηδάβα vel Μεδάβη, nunc etiam مادبا dicto, in ruderibus ecclesiæ e spoliis monumentorum anteriorum constructæ, mense decembri anni 1889, lapis inventus est circa $0^{m},60$ longus, $0^{m},46$ altus et $0^{m},30$ crassus, in quo titulus nabatæus exaratus. Ectypum chartaceum cura R. P. J. Lagrange sumptum est, quod nobis R. P. Scheil misit : cujus imaginem sole expressam damus. Lapis nuper Romam translatus est et in museum Vaticanum depositus.

De titulo egit J. Lagrange, qui eum cum interpretatione edidit, *Zeitschrift für Assyriologie, herausgegeben von Carl Bezold*, 1890, t. V, p. 289-292. — Nœldeke in eodem diario, 1891, t. VI, p. 149. — Clermont-Ganneau, *Journal asiatique*, 1891, 8ᵉ série, t. XVII, p. 537. — J. B. de Rossi, *Iscriz. in scrittura e lingua nabatea*, Roma, 1893.

Tituli vocabula intervallis separata; quem sic transcribimus :





1 דא מקברתא ותרתי נפשתא די
2 עלא מנה די עבד עבדעבדת אסרתגא
3 לאיתיבל אסרתגא אבוהי ולאיתיבל
4 רב משריתא די בלחיתו ועברתא בר עבדעבדת
5 אסרתגא דנה בבית שלטונהם די שלטו
6 זמנין תרין שנין תלתין ושת על שני חרתת
7 מלך נבטו רחם עמה ועבידתא די
8 עלא עבידת בשנת ארבעין ושת לה

Et vertimus :

Hoc est sepulcrum et duo monumenta ei superposita, quæ fecit ʿAbdʿobodat strategus pro Aitibel stratego, suo patre, et pro Aitibel duce castrorum quæ in Luḥitu et ʿAbarta (?), filio ʿAbdʿobodat strategi hujus, in sede imperii eorum, quod gesserunt duabus vicibus triginta sex annos, temporibus Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat populum suum. Opus supra dictum factum est quadragesimo sexto anno ejus regni.

Lin. 1. Locum, ubi corpora defunctorum sepulta jacent, מקברתא, et monumenta superstructa, נפשתא, distinguit titulus; de vocabulo priore cf. supra, n^um^ 181.

Lin. 2. עבדעבדת *ʿAbdʿobodat*, nomen frequens in titulis hegrensibus, quos vide infra. — אסרתגא « strategus » satis notus.

Lin. 3. איתיבל *Aitibel* « quem Bel adduxit » (Nœldeke). Legerat Lagrange *Itibel* « mecum est Bel ». Ganneau autem *Itaibel* « est Bel » collatis אִיתַי אֱלָה (Dan., II, 28). אִיתַי n. pr. (I Chr., XI, 31).

Lin. 4. בלחיתו « quæ in Luḥitu sunt », hoc est oppidum *Luḥit* (הַלְּחִית vel הַלּוּחִית, Jes., XV, 5; Jer., XLVIII, 5) in vicinia Areopoleos seu Rabbath-Moab et Medabæ situm. Lagrange et Nœldeke בחיתו legerant; nobis vero, ectypo inspecto, בלחיתו non dubium; quod confirmat cl. prof. Guidi, a nobis rogatus monumentum ipsum inspicere. — ועברתא « et ʿAbarta » potest etiam et עברתא legi, sed עברתא a radice עבר « transire » potius videtur; de oppido isto nihil scimus; de vado forsan agitur quod castra tuebatur qualia *Castra Arnonensia* quæ Romanorum temporibus in ea regione constituta erant (*Not. Dign.*, XXX).

Lin. 5. בית non cum stricto sensu « domus » assumendum, sed « locus, sedes imperii » interpretandum. שלטונהם errore lapicidæ videtur pro שולטנהם scriptum fuisse. — שלטו « imperaverunt ».

Lin. 6. זמנין תרין « duabus vicibus », cf. supra, sub n° 186, תרתין זבנין.

Lin. 8. די עלא « supra dictum » sæpe in titulis hegrensibus occurrit. Cf. etiam supra, n^um^ 182. — עבידת « factum est » manifestam passivi interni formam præbet, quæ dissertationem cl. professoris Sachau de his passivis in *Zeitschr. der deut. morgenl. Gesellschaft*, 1883, t. XXXVII, p. 564, firmat; confer et verbum passivum אבני in titulo Puteolensi supra, n° 158.

Titulus anno 46 regni Aretæ IV, hoc est anno post J. C. 37 exaratus.

CAPUT VII.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN ARABIA REPERTÆ.

Inter orientales regiones Arabia maxime nabatæarum inscriptionum copia pollet. In Arabia enim præcipua populi nabatæi sedes. Ibi urbs Petra, imperii caput, quam reges et proceres nabatæi celeberrimis monumentis exornarunt; ibi urbs Hegra numero et varietate inscriptionum insignis. De titulis istis disputaturi, ordinem paulo mutabimus quem hactenus secuti sumus. A meridie initium faciemus, ab urbe illa Hegra, quæ extremos Nabatæorum fines versus meridiem occupat; pergentes deinde versus septentrionem, singulos locos describemus, usque ad pæninsulam sinaiticam.

ARTICULUS I.

HEGRA.

De regione Hegræ, hodie الحِجْر, Ἔγρα apud Ptolemæum, Hegra apud Plinium, jam pauca supra diximus (p. 119). Eam primus descripsit Car. Doughty (*Documents épigraphiques recueillis dans le nord de l'Arabie*, Paris, 1884), postea J. Euting (*Nabatæische Inschriften aus Arabien*, Berlin, 1885). Planitiem præbet, qua in media castellum *Madaïn Saliḥ* مدائن صالح exstructum est, et quam ad meridiem collis circumdat, nomine *Djebel Ethlib* جبل اثلب, multitudine hypogeorum insignis; monumenta e saxis ita excisa sunt, ut facies rupis, crebris excavationibus quasi dilacerata, similis apium alveariibus appareat. Singulas montis partes nominibus variis designant Arabes, scilicet : *Ḳaṣr el-Bint* قصر البنت, *Ḳaṣr el-Ṣani'* قصر الصانع et cæt. Præcipuis etiam monumentis nomina imposuerunt, quæ loco suo dabimus, quum de titulis disputabimus quibus monumenta insignita sunt. Tituli, pro more Nabatæorum, ætatem monumenti indicant : certissima testimonia demonstrant omnia monumenta intra annos 9 ante J. C. et 75 post J. C. excavata fuisse : magni ergo momenti sunt ad illustrandam his in partibus artis architectonicæ historiam. Vide imagines delineatas et quod Vogüé de eis scripsit in Doughtyi opere (*Travels in Arabia Deserta*, I, ch. VI, p. 620). Artem græcam sapiunt, sed membra græcorum ordinum mixta et quasi confusa exhibent, corinthiaca scilicet capita cum epistyliis ionicis, vel doricis, necnon et ægyptiaca quædam ornamenta.

Sicut sepulcra in vicinia Hierosolymæ sita et quæ eisdem temporibus adscribenda sunt, monumenta hegrensia etiam funerea : pleraque ad sepeliendos populi proceres disposita sunt; sunt tamen nonnulla quæ ad alios usus parata videntur : qualis et cella ista quam Arabes *El-Diwan* nuncupant, quia orientali exedræ haud dissimilis est, et quæ ad sacros ritus perficiendos certe instructa est (Doughty, pl. XIV). Proscynemata et emblemata, quæ proximis rupibus insculpta sunt, ad res divinas spectant. Ibi sedem Deorum et templum a Nabatæis consecratum (חרם *haram*) fuisse suspicatur Euting.

Ante sextum ævi nostri sæculum ab Arabibus non jam intellectos fuisse horum sepulcrorum

titulos e fabula liquet, cui Mahometus in Corano suo auctoritatem adjunxit, quum narraret Thamudæos Hegræ in domibus ex monte excisis habitasse et pessumdatos fuisse, quia contra prophetam Sâliḥ repugnarant (cf. Corani Sur. XI, 64-71; XV, 80-84; XXVI, 141-158; LXXXIX, 8). Qua e narratione nomen Madaïn Sâliḥ civitati Hegræ finxerunt pii peregrini (*Hâdji*) Meccam pergentes, et Thamudæorum gentem, quam giganteam dixerunt, ad remotissima tempora retraxerunt. Quæ sit veritas, docent monumentorum tituli, nullumque subest dubium quin, initio ævi nostri, emporium Hegræ condiderit Nabatæorum colonia, qua mercatorum comitatus ex Arabia meridionali ad Asiam vel Ægyptum iter facientes transibant, antequam ad proximam stationem Teimæ institutam pervenirent (cf. quæ supra de Teima, p. 107, diximus). Verisimile est hos Nabatæos in domibus præcipue, non in tabernaculis solum habitasse; primum enim domus, deinde sepulcra sibi exstruxisse homines recte animadvertit D. H. Mueller (*Œsterreichische Monatsschrift für den Orient*, 1884, p. 278). Ædificiorum parva sunt vestigia; figulinas vitreasque testas humi sparsas tantum invenerunt viatores, quapropter domus e lateribus confectas fuisse conjecit Euting (p. 15). Doughty autem (p. 18) suspicatur lapides, quibus proximum castellum a sultano Selim exstructum est, ex antiquis Nabatæorum ædificiis sumptos et huc advectos fuisse.

Hegram lucro negotii allectos Judæos inter Nabatæos degisse demonstrant tituli nonnulli. In vicinia etiam Sabæos et Arabes fuisse testantur inscriptiones in El-Œla repertæ, quarum quædam sermone sabæo, aliæ lingua arabica Liḥyanorum scriptæ, a D. H. Mueller ex apographis Eutingii in *Epigraphische Denkmæler aus Arabien*, editæ sunt. Hegram limitem meridionalem fuisse regni Nabatæorum, El-Œla vero ad septentrionem emporium mercatorum arabicorum finitum esse recte animadvertit Euting, *l. c.*, p. 14.

Titulorum, de quibus acturi sumus, prima ectypa, maximo vitæ discrimine, sumpsit Carolus Doughty, quum annis 1876 et 1877 septentrionalem Arabiam perlustraret. Variis in locis hujus regionis multos titulos collegit aramaicos, nabatæos, sabæos, græcos, arabicosque. In patriam redux archæologicum thesaurum suum publici juris facere in animo habuit; mense januario anni 1884, Academiæ Parisiensi inscriptionum et litterarum humaniorum suppellectilem suam, scilicet libellos duos exemplis monumentorum titulorumque refertos, chartaceaque ectypa (majorum viginti et duo, minorum vero quinque vel sex) titulorum hegrensium, ea lege dono dedit, ut quam celerrime ederentur. Academia autem sine ulla mora imagines horum documentorum arte typographica sumendas curavit; præses autem noster E. Renan operam rei eruendæ sibi mandatam strenue aggressus est et a suis Academiæ sociis, Josepho Derenbourg, marchione de Vogüé et aliis adjutus, opus *Documents épigraphiques recueillis dans le nord de l'Arabie par M. Charles Doughty* inscriptum prelis tradidit. Hoc in libro viginti et septem inscriptiones explicatæ sunt.

Interea, anno 1884, Huber et Euting Teima profecti (vide supra, p. 108) Hegram petierunt, novaque eorumdem et aliorum titulorum ectypa sumpserunt. Ante nefandum scelus, quo mortem obiit, ectypa et apographa sua, Doughtyanis non meliora, ad Academiam inscriptionum et litterarum humaniorum miserat Huber; e quibus quatuordecim titulos, qui in collectione Doughtyana deerant, edidit Philippus Berger in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres, séance du 29 août 1884*, cum titulo : *Nouvelles inscriptions nabatéennes de Médaïn-Saliḥ*. Inscriptiones illæ numeris 28-41 signatæ Doughtyanam seriem finiunt.

Euting, qui Hegræ paucis diebus stetit, præstantissima Nabatæorum inscriptionum ectypa sumpsit, scalis 8 m. longis ex Europa asportatis. Non defuerunt ei difficultates, quas summo labore superavit.

Majorum titulorum imagines secum auferre potuit, duobus tamen exceptis, quæ in apographis Doughtyanis et Huberianis æque desunt. Alterum summo in vertice sepulcri sculptum attingere non potuit; alterius vero ectypum, quod sumpserat, laceravit vehemens ventus. Ectypa sua in libro *Nabatæische Inschriften aus Arabien*, Berlin, 1885, inscripto publici juris fecit, et, adjuvante Nœldekio, docto commentario munivit. Majores inscriptiones undetriginta sunt numero, totidem in tabulis arte photographica expressæ. Fatetur autem Euting se ectypa sua graphide plumbea retractasse, ut imagines litterarum clarius apparerent.

Quod ad minores titulos Nabatæos Hegræ et vicinis in locis repertos spectat, delineationes habemus a Doughty, Huber et Euting confectas (Doughty, pl. III-XXVIII; — Euting, p. 6-20, sub numeris 31-70; — *Journal de voyage de Ch. Huber*, passim sub numeris 1-105).

His omnibus usi sumus ad conficiendas tabulas nostras XXVI-XLIV. Euting, summa in nos liberalitate motus, ectypa sua omnia nobis commisit; quæ sole exprimenda curavimus, nulla vero plumbagine addita, quoties ectypum Doughtyanum seu Huberianum sive deficiens sive aliquo modo vitiatum fuit. Delineationes autem ab Euting et a Doughty sumptas omnes damus, eadem arte expressas; ex apographis quæ fecit Huber, ea solum in tabula nostra XLIV accepimus quæ Doughty et Euting omiserant.

Præter Renan, Berger et Euting, de titulis istis etiam egerunt Halévy (*Revue des études juives*, t. IX, p. 14, et t. X, p. 260; *Journal asiatique*, 8e série, t. XIX, p. 371), et Dr D. H. Müller (*OEsterreich. Monatsschr. für den Orient*, October 1884, p. 278, et *Anzeiger der phil.-hist. Classe der Wiener Akademie*, 17 Dec. 1884, no XXVIII). Nobis ergo commentarios breves facere satis erit.

197

Huber, 29; Euting, 2.

(Tab. XXVII.)

Titulus supra portam sepulchri : ectypum ab Euting sumptum damus.

De titulo egerunt : Ph. Berger, *Nouvelles inscriptions nabatéennes de Médaïn-Salih*, p. 6. — Halévy, *Revue des études juives*, t. X, p. 260. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 25-29.

Titulus cum Euting sic legendus :





1 דנה קברא די עבד עידו בר כהילו בר
2 אלכסי לנפשה וילדה ואחרה ולמן די ינפק בידה
3 כתב תקף מן יד עידו קים לה ולמן די ינתן ויקבר בה
4 עידו בחיוהי בירח ניסן שנת תשע לחרתת מלך
5 נבטו רחם עמה ולענו דושרא ומנותו וקישה
6 כל מן די יזבן כפרא דנה או יזבן או ירהן או ינתן או
7 יונר או יתאלף עלוהי כתב כלה או יקבר בה אנוש
8 להן למן די עלא כתיב וכפרא וכתבה דנה חרם
9 כחליקת חרם נבטו ושלמו לעלם עלמין

Vertimus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecit ʿAidu, filius Kohailu, filii*
2 *Elkassi, pro se ipso suisque filiis et nepotibus, et pro eo qui afferet in manu sua*
3 *scriptum legitimum e manu ʿAidu. Firmum erit pro eo et pro quocunque, quem siverit sepelire in eo*
4 *ʿAidu dum viveret. Mense Nisan anni noni Ḥaretat, regis*
5 *Nabatæorum, qui amat populum suum. Maledicant Dušara et Manûtu et Qaišah*
6 *cuivis, qui venderet hoc sepulcrum, vel emeret, vel pigneraret, vel dono daret, vel*
7 *locaret, vel sibi componeret super id inscriptionem aliquam, vel sepeliret in eo quemquam*
8 *præter eos, qui supra inscripti. Sepulcrum hoc et inscriptio ejus res sacræ sunt,*
9 *sicut sacra Nabatæorum et Salamiorum, in sæcula sæculorum.*

In ectypo Eutingiano omnes litteræ claræ.

Lin. 1. עידו *ʿAidu*, nomen quod cum arab. عائذ et عائذة, græce Ἀεδός, confert Nœldeke. — כהילו *Kohailu*, arab. كُهَيْل, cf. Vogüé, *Syrie centr.*, P., n° 30.

Lin. 2. An אלכסי nomen græcum Ἀλέξιος sit, ut conjecit Nœldeke, dubium; forsan *Elkassi* «quem El texit» efferendum. — ואחרה «et posteritati ejus», vocabulum sane e dialecto arabica Liḥyanorum advectum, cf. in *Epigraphische Denkmæler*, ed. D. H. Mueller, אחרתה, n° 255, אחרתהם, nis 8, 3 et 70, 2.

Lin. 3. De initio hujus lineæ confer Esther, IX, 29, quod bene comparat Halévy. — קים sane קָיֵם «stans, firmus» efferendum; exspectares וקים vel פקים, ut in titulo posteriore.

Lin. 5. ולענו «et maledicant», verbum arabicum لعن e dialecto Liḥyanica desumptum esse verisimile. — דושרא *Dušara*, deus Nabatæorum notus, vide supra, nos 157, 160, 190. — מנותו *Manûtu*, deæ nomen in Corano مَنٰوٰة scriptum, cf. Wellhausen (*Skizzen und Vorarbeiten, drittes Heft : Reste arabischen Heidenthumes*, p. 22 seq.), qui hanc

deam cum dea Τύχη Græcorum comparat (Bæthgen, *Beitræge zur Religionsgeschichte*, p. 115); Euting nobis *Manavât* efferre proposuit, latino titulo collato, in quo *Manavat* legitur (*Archæologisch-epigraphische Mittheilungen aus Œsterreich*, Wien, 1882, VI, 109). — קישה nomen dei nobis parum noti, quocum قَيْس in nominibus arabicis عبد قيس, عبد القيس, امرؤ القيس, confert Nœldeke; infra sub n° 209 קישא scriptum. Ex hoc titulo deos Duašrem, Manât et Qaišah Hegræ cultos fuisse constat, quibus Hobal, Mutaba et Allat ab Amnad in titulo posteriore designati dii addendi sunt.

Lin. 6. כפרא «sepulcrum», vocabulum e dialecto arabica Liḥyanorum Hegram asportatum, cf. *Epigr. Denkm.*, n°s 9, 25, 27, 29; eumdum sensum ac קברא prima in linea præbet. — Æque adventicium est voc. ירהן, arab. رهن «pignori dare».

Lin. 7. יתאלף «componeret» in n^{is} 217 et 224 infra denuo occurrit; ad verbum arab. أَلَّفَ «componere (libros)», nec ad aramaicum אלף vel ילף «discere, docere» pertinere hoc voc. bene vidit Nœldeke. — אנוש formam hebraicam imitatur, cf. ואנש in titulo Teimensi, lin. 20, supra, p. 109.

Lin. 8. להן «præter», cf. לָהֵן in Dan., II, 11; III, 28; VI, 8. — עלא «supra», cf. עִלָּא in Dan., VI, 3. — De חרם, cf. *Syrie centr.*, P. n° 3; titulis in sabæis haud rarum vocabulum.

Lin. 9. כחליקת «sicut», ad verbum «sicut naturam» ex arabico خَلِيقَة. — ושלמו «et Salmiorum»; de hoc populo confert Halévy שלמאי, quo in Targumis biblicum nomen קֵינִי vertitur; in Talmudis vero Arabes, Salamii et Nabatæi simul enumerantur, cf. Neubauer, *Géographie du Talmud*, p. 427. Euting e Stephano Byz. hæc affert : Σαλάμιοι, ἔθνος Ἀράβιον· σάλαμα δὲ ἡ εἰρήνη· ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ τοῦ ἔνσπονδοι γένεσθαι τοῖς Ναβαταίοις.

Annus nonus regni Aretæ IV primo anno ante J. C. respondet, utpote Aretas nono anno ante J. C. rex factus est. Incertum est mensisne Nisan anni primus esset, anno a verno tempore incipiente, ut apud Judæos (cf. J. Derenbourg, *Notes épigraphiques*, p. 103), an septimus secundum fastos Seleucidarum, quos sequebantur Syri Palmyrenique. Posset ergo titulus noster inscriptione insequente, mense Ṭebet ejusdem anni exarata, posterior esse.

198

Doughty, 2; Euting, 3.

(Tab. XXVIII.)

Titulus facie sepulcri e rupe *Kaṣr el-Bint* excisus (*Doc. épigr.*, p. 62, n° 2). Ectypum a Doughty sumptum damus; quæ sub n° 197 A inscriptæ sunt lineæ titulum subsequuntur et infra numeris 11 et 12 designatæ sunt.

De eo egerunt : Renan, *Doc. épigr.*, p. 38. — Halévy, *Revue des études juives*, t. IX, p. 14. — D. H. Mueller, *Œsterreichische Monatsschrift*, 1884, p. 279. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 29.

Sic legendus :





1 דנה כפרא די עבדו כמכם ברת ואלת ברת חרמו
2 וכליבת ברתה לנפשהם ואחרהם בירח טבת שנת
3 תשע לחרתת מלך נבטו רחם עמה וילען דושרא
4 ומותבה ואלת מן עמנד ומנותו וקישה מן יזבן
5 כפרא דנה או מן יזבן או ירהן או ינתן יתה או ינפק
6 מנה גת או שלו או מן יקבר בה עיר כמכם וברתה
7 ואחרהם ומן די לא יעבד כדי עלא כתיב פאיתי עמה
8 לדושרא והבלו ולמנותו שמדין 5 ולאפכלא קנס
9 סלעין אלף חרתי בלעד מן די ינפק בירה כתב מן יד
10 כמכם או כליבת ברתה בכפרא הו פקים כתבא הו
11 והבאלהי בר עבדעבדת
12 עבד

Et sic vertimus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecerunt Kamkam, filia Wâilat, filiæ Ḥaramu,*
2 *et Kulaibat, filia ejus, pro se ipsis et suis posteris. Mense Ṭebet anni*
3 *noni Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat populum suum. Maledicant Dušara*
4 *et Mutaba et Allat ab Amnad (?) et Manûtu et Qaiša cuivis, qui venderet*
5 *sepulcrum hoc, vel qui emeret, vel pigneraret, vel dono daret id ipsum, vel educeret*
6 *ex eo cadaver vel ossa, vel qui sepeliret in eo alium ac Kamkam et filiam ejus*
7 *et posteritatem earum, et qui non ageret juxta quod supra scriptum. Et erunt contra eum*

Impressum mense junio 1893.

8 *(deis) Dušara et Hobalu et Manûtu maledictiones quinque et insuper (?) mulcta*
9 *siclorum mille Ḥareticorum; excepto eo, qui afferet in manu sua scriptum e manu*
10 *Kamkam vel Kulaibat, filiæ ejus, pro sepulcro isto. Et firmum erit scriptum istud.*
11 *Wahballahi, filius ʿAbdʿobodat*
12 *fecit.*

Lin. 1. כפרא «sepulcrum», cf. n^um superiorem, lin. 6. — כמכם *Kamkam*, nomen ex olente lacryma arabicæ arboris, arab. كمكام, gr. *κάγκαμον*, *Diosc.*, I, 38, primus Halévy vidit; cf. et כמכם sabæis in titulis apud J. H. Mordtmann et D. H. Mueller, *Sabæische Denkmæler*, p. 83 sq. — ואלת matris, non patris, nomen est, cf. quæ supra diximus, p. 145 *a* et 147 *b*; nomen arabicum وائلة esse dixit Nœldeke. — חרמו nomen est arabicum, حَرام, monente Nœldekio.

Lin. 2. כליבת *Kulaibat* formam diminutivam nominis كَلْبَة esse docet Nœldeke. — Nota pronomen suffixum הם pro feminino usitatum, cf. supra sub n° 182.

Lin. 4. De vocabulo מותבה certant interpretes. Halévy deum מרתב nuncupatum suspicabatur; D. H. Mueller legit ومرتّبهُ «ejus præpositus» vel «ejus ordinator (sacerdos)»; Nœldeke præfert ܡܘܬܒܗ «ejus thronus», quod etiam מרתבה ex arabico مرتب significare posset. Nobis numinis nomen certum, מותבה legendum, quod infra in titulo Petrensi rursus occurrit. — ואלת מן עמנד, nomen deæ Allat bene notum (cf. *Syrie centrale*, p. 107 sq.; *Corpus inscr. semit.*, I, n^is 149, 243 et 244; Wellhausen, *Skizzen*, III, p. 25 sq.). Dea ista hic, addito loci nomine, ubi præcipue colebatur, distincta est, cf. אלת די בצלחד, supra, n° 182, et quæ p. 111 *b* diximus. Quomodo autem efferendum sit loci nomen non liquet; ultima enim littera ד vel ר esse potest. — De מנותו et קישה vide titulum superiorem.

Lin. 6. גת, جثّة «cadaver»; שלי, شِلْو «corporis membrum vel fragmentum»; עיר, غَيْر «alius», mere arabica vocabula.

Lin. 7. פאיתי עמה, littera prima פ arabicæ particulæ فَ respondet; denuo in פקים lin. 10 infra occurrit; אִיתַי עַמֵּה «est cum eo», hoc est «obligabitur»; aliis in titulis invenitur cum eodem sensu איתי עלוהי «est contra eum».

Lin. 8. והבלו «et Hobal» ex antiquis Arabum diis. Euting dubitat an hic verus sit sensus, præpositione ל ante nomen deficiente; suspicatur ergo epitethon aliquod dei Dušara, sed vix probabile. — Finis lineæ difficultates suas habet. Renan שמרין legerat et verterat «hujus loci custodes», sed verbum שמר aramaico in sermone nunquam «custodire» significavisse notat Nœldeke, qui שמדין «maledictiones» melius intepretatur; cf. infra sub n° 211, lin. 8, vocabulum לענת «maledictio», quod juxta mulctam editam æque stat. — Sequitur numerus 5, quem primus vidit Euting. — Vocabulum ולאפכלא pro ולאכפלא «et pro duplo» lapicidæ errore scriptum esse conjicit Nœldeke; cf. כפל infra sub n° 217; Halévy hoc vocab. ex וּלְאַפֵּי כֻלָּא «super omnia» contractum esse putat; nobis sensus est dubius. — קנס «mulcta» a Targumis notum.

Lin. 9. סלע monetæ nomen : in Targumis frequens, ubi hebraico שקל respondet. Argenteas drachmas designat a regibus nabatæis cusas (D. de Luynes, *Revue numismatique*, nouv. série, III, 272; M. de Vogüé, *ibid.*, XIII, 153). Quæ ab Areta III, ab Oboda et ab Areta IV initio regni sui cusæ sunt majoris sunt ponderis ac drachmæ a regibus Malicho et Rabilo cusæ. Priorum pondus circa 4^gr,50, secundum rationem atticam; posteriorum autem circa 3^gr,50, secundum rationem denariorum Romanorum. — חרתי bene legit explicuitque Nœldeke, hoc est حارثىّ «Ḥareticus», adjectivum e nomine regio حارثة = חרתת formatum, et hic adverbialiter «typo Ḥaretico» positum. De drachmis Aretæ III agitur quas Aretas IV, sicut diximus, initio regni sui imitatus est. Berger (*Nouv. inscr. nabat.*, p. 5) חדתי legerat et «sicli novi» erat interpretatus.

Lin. 10. בכפרא הו vertit Euting «in isto sepulcro», quod ad Kamkam et Kulaibat ibi sepultas refert; nos malumus «pro sepulcro isto» intelligere, «quod ad כתב pertinet». — פקים «et firmum» : nota cop. ף = ف mere arabismum. — כתבא non דתא legendum esse bene vidit S. Landauer, monente Eutingio.

Lin. 11. והבאלהי nomen lapicidæ; cf. cum Eutingio arab. وَهْبُ الله; multa fuere apud Nabatæos et Palmyrenos nomina cum והב composita, sicut והבלת, והבאל, aliaque. — עבדעבדת, nomen cum regis nomine ʿObodat compositum. Cf. supra, p. 187.

Primo anno ante J. C. adscribendus est titulus ille sicut titulus superior. Tebet quartus anni mensis secundum fastos Seleucidarum, decimus vero secundum morem hebraicum.

199

Huber, 30; Euting, 4.

(Tab. XXVII.)

Titulus in fastigio portæ sepulcri. Ectypum Eutingianum damus.

De eo egerunt : Ph. Berger, *Nouvelles inscr. nabat.*, p. 30. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 33. — Halévy, *Journal asiat.*, 8ᵉ série, t. XIX, p. 371.

Titulus sic legendus :



1 דנה כפרא ובססא וכונא די עבד חושבו בר
2 כפיו בר אלכוף תימניא לנפשה וילדה וחבו אמה
3 ורופו ואפתיו אחותה וילדהם חרם כחליקת חרם
4 נבטו ושלמו לעלם ולעין דושרא כל מן די יקבר בכפרא דנה
5 עיר מן די עלא כתיב או יזבן או יזבן או ימשכן או
6 יוגר או יהב או יאנא ומן די יעבד כעיר מה די עלא
7 כתיב פאיתי עמה לדושרא אלהא בחרמא די עלא

8 לדמי מנמר סלעין אלף חרתי ולמראנא חרתת מלכא כות

9 בירח שבט שנת עשר ותלת לחרתת מלך נבטו רחם

10 עמה

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum et basis et. . . . . quæ fecit Ḥušabu, filius*
2 *Kafiyu, filii Alkuf Teimensis pro semet et filiis suis et Ḥabu, matre sua*
3 *et Rufu et Aftiyu, sororibus suis, et earum nepotibus, sacra sicut sacra*
4 *Nabatæorum et Salamiorum in æternum. Et maledicat Dušara cuivis, qui sepeliret in sepulcro hoc*
5 *alium ac qui supra inscripti sunt; vel venderet, vel emeret, vel pigneraret,*
6 *vel locaret, vel daret, vel utilitatem caperet, et qui aliter ageret ac quod supra*
7 *scriptum. Et erunt contra eum Dušara deo cum maledictione, quæ supra,*
8 *pro pretio solido, sicli mille Ḥaretici et domino nostro, Ḥaretat regi, totidem.*
9 *Mense Šebaṭ anni tertii decimi Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat*
10 *populum suum.*

Lin. 1. בסמא græcum *βάσις* esse agnovit Nœldeke; quo vocabulo etiam Syri usi sunt. — De sensu vocab. כונה, cujus mediæ litteræ non omnino certæ, non liquet; ad architecturam sepulcrorum id pertinere solummodo constat; forsan e græco sermone, sicut vocabulum prius, asportatum, cf. syr. ܟܘܢܐ = *χώνη*, quod de infundibulo molæ vel de petiolo floris dicitur. Nœldeke confert כנונא (*Syrie centr.*, P. n° 11), cujus æque incertus est sensus; recte notat artem monumentorum et technicas hujus artis locutiones apud Aramæos a Græcis allatas fuisse. — חושבו nomen arab. حَوْشَب.

Lin. 2. כפיו vel נפיו; quod si נפיו legis, confer supra, n^um^ 121; sed כפיו nobis probabilius, confer in arab. كَفِيٌّ, كَفِيٌّ, كَفِيٌّ, كَفِيٌّ, «par, sufficiens». — אלכוף nomen nondum repertum; forsan cum אֵל «El deus» et כוף «inflectere» compositum, hoc est «El, inflecte!». — תימניא «Teimensis», de Teima cf. supra, n^um^ 113. — חבו nomen forsan a حُبّ «amor» deductum, cf. חביבו infra sub n° 221.

Lin. 3. רופו cum arab. radice رَأَفَ «misereri» confert Nœldeke; posses et דופו legere. — אפתיו nomen muliebre, quod rursus infra sub n° 220 occurrit, forsan a פתא «largus esse» derivandum. De ultimis vocab. hujus lineæ et de lineis sequentibus confer supra, n^um^ 197, nisi quod hic pro «pignerare» aramaicum verbum משכן nec arabicum رهن invenitur.

Lin. 6. Notandum est imperfectum יהב, quod fere obsoletum est, alias enim ינתן legitur. — יאנא «pro tempore commendaret» vertit Euting, monente Nœldekio, qui verbum istud ab arabico أَنَى, أَنَاءٌ «tempus» derivat; sed verbum arabicum أَنَى «retinere, detinere» tantum significat. Nobis יאנא pro יהנא «proficeret, utilitatem caperet» scriptum.

Lin. 8. לדמי «pro pretio»; Nœldeke vocab. דמי pro singulari habet legitque דָּמִי; sed in aramaico sermone singularis non usurpatur; probabilior ergo est pluralis constructus cum nomine sequente et legendum est לְדַמֵּי מַגְמָר «pro pretio totalitatis», cf. infra sub n° 217 כפל דמי אתרא «duplum pretii loculi»; Halévy interpretatur «pro pretio expiationis»; mirum est vocab. מגמר statu absoluto scriptum. — ולמראנא «et domino nostro»; de forma hujus vocabuli, cf. supra, p. 149*b* et 151*b*.

Titulus anno 4 post J. C. adscribendus.

200

Doughty, 12; Euting, 19.

(Tab. XXIX.)

Titulus sepulcro insculptus e rupibus *Ḳṣur Bethænah* exciso (Doughty, *Doc. épigr.*, p. 63). Ectypum a Doughty sumptum damus.

De eo egerunt : Renan, *Doc. épigr.*, p. 46. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 58.

Sic legendus :



1 דנה כפרא די עבדו מנעת והגרו בני עמירת
2 בר והבו לנפשהם וילדהם ואחרהם ודי הו
3 יהוא באחר מנעת דנה ע̣ויהו.....להן
4 חלקה מן כפרא הו פאיתי חלקה.....
5 ...ויהוא באחר הגרו וא.. ..יתה חלקה
6 ...באחר מנעת דנה ואי.....
7 אלהא כסף סלעין אלף.....

8 כות כסף סלעין אלף חרתי[??].....

9 סלעין חמש מאה ל.....

10 עשר ושת לחרתת.....

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecerunt Munʿat et Hagiru, filii ʿAmirat*
2 *qui filius Wahabu, pro se ipsis et filiis suis et nepotibus, et pro illo qui*
3 *erit inter posteros Munʿat istius*.....
4 *pars ejus e sepulcro illo. Et erit pars ejus*.....
5 ..... *et erit inter posteros Hagiru*..... *ipsum; pars ejus*
6 ..... *inter posteros Munʿat istius et*.....
7 *deo pecunia siclorum mille*.....
8 *totidem, pecunia siclorum mille Ḥareticorum*.....
9 *siclorum quingentorum pro*.....(*anno*)
10 *sexto decimo Ḥaretat* [*regis Nabatæorum, qui amat populum suum*].

Lin. 1. מנעת nomen arabicum مَنْعَةُ vel مُنْعَةُ, gr. Μόναθος, cf. Nœldeke apud Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 38. — הגרו, Nœldeke confert arab. nomen هَاجِرٌ. — עמירת æque arabicum عَمِيرَةُ.

Lin. 2. והבו, arab. وَهْبٌ.

Lin. 9. Quæ legimus, nobis vix dubia; Euting lineam totam intactam reliquit; quæ Renan proposuerat, jure non accepit.

Lin. 10. Numerus initio lineæ notatus, scilicet 16, facile agnoscitur, nec probandus est Euting, qui de ea lectione dubitat. Anno 7 post J. C. adscribendus.

201

Huber, 34; Euting, 5.

(Tab. XXVIII.)

Titulus super portam magni sepulcri sculptus, quod in Doughtyana tabula XXXIX paulo arctius delineatum est cum nomine *Beith Akhræmat;* penes Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 15, fig. 10, et p. 17) *Ḳaṣr eṣ-Ṣaniʿ*, قصر الصانع, nuncupatum et melius figuratum. Monumentum mira arte exsculptum : ex utroque latere antæ altæ; porta media parastadibus fastigioque ornata; in angulis aves, alis expansis, super antas epistylia duo capitulis quatuor separata. Summo ædificio fastigium pinnis distinctum.

Ectypum tituli ab Euting sumptum damus.

De titulo egerunt : Ph. Berger, *Nouvelles inscr. nabat.*, p. 11. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 36. — Halévy, *Journal asiat.*, 8e série, t. XIX, p. 372.

Titulus sic legendus :



1 דנה כפרא די עבד מלכיון פתורא
2 על חנינו הפסתיון כלירכא אבוהי
3 ולנפשה וילדה ואחרה אצדק באצדק בירח ניסן
4 שנת עשר ושבע למראנא חרתת מלך
5 נבטו רחם עמה עבדחרתת פסלא
6 בר עבדעבדת עבד

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecit Malkión Patûra* (?)
2 *super Ḥonainu Hephæstion chiliarchum, patrem suum,*
3 *et pro semet filiisque suis et nepotibus jure hæreditatis. Mense Nisan*
4 *anni septimi decimi domini nostri Ḥaretat, regis*
5 *Nabataeorum, qui amat populum suum. Abdḥaretat sculptor,*
6 *filius ʿAbdʿobodat, fecit.*

Lin. 1. מלכיון nomen quod confert Nœldeke cum Μαλχίων apud Waddington, sub n^is^ 1910 et 2557*a*. — פתורא cognomen ejusdem viri esse conjicit Nœldeke, refellitque conjecturam a D. H. Mueller prolatam, qui explicuit «nummularius» in *Anzeiger der philos.-histor. Classe der Wiener Akademie, 17 Decemb. 1884*, p. 7, n. 1; bene notat ille פתורא «tabulam» tantummodo significare.

Lin. 2. על «super», præpositio quæ patrem jam mortuum indicat, monente Eutingio. — כלירכא «chiliarchus» *χιλίαρχος* legit Halévy, cui assentimur, quamvis tertia littera כ potius quam י esse videatur; Nœldeke apud Euting כל ברכא «omnis benedictio!» interpretatus est. — חנינו, arab. حُنَيْن, græce Ὀναῖος vel Ὀνῖος.

Lin. 3. אצדק באצדק, locutio juridica, quæ in titulis Liḥyanicis a D. H. Mueller editis sub n^is^ 16 et 18 æque invenitur, unde liquet eam ab Arabibus ad Nabatæos pervenisse; אצדק, arabice أَصْدَقُ, hæredis legitimi sensum præbere vix dubium est; titulis in posterioribus denuo occurrit; præpositio ב inter vocabula bis repetita distributivum sensum eis dat. Intelligendum est ergo «hæres quisque sua vice», hoc est «jure hæreditatis».

Anno 8 post J. C. adscribendus.

202

Doughty, 18; Euting, 6.

(Tab. XXXVI.)

Ectypum a Doughty sumptum damus.

De titulo egerunt : Renan, *Doc. épigr.*, p. 50, n° 18. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 38, n° 6.

Titulus sic legendus :



1 דנה כפרא ואונא די
2 עבד מנעת בר אביץ לנפשה
3 ובנוהי פבנתה וילדהם בשנת
4 עשרין וארבע לחרתת מלך
5 נבטו רחם עמה

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum et mansio quam*
2 *fecit Munʿat, filius Abyaṣ, pro se ipso*
3 *et filiis et filiabus suis et eorum posteris. Anno*
4 *vicesimo quarto Ḥaretat, regis*
5 *Nabatæorum, qui amat populum suum.*

Lin. 1. אונא pro ארנא «sarcophagus» sumpserat Renan (cf. supra, n^um^ 173); melius Nœldeke talm. אַוְנָא, syr. ܐܘܢܐ «mansio» confert, quo vocabulo de mortuorum mansione, ܐܘܢܐ ܕܒܝܬܐ, Ephræmus usus est, I, p. 383, cf. Payne Smith, *Thesaurus syr.*, p. 50.

Lin. 2. מנעת *Munʿat*, vide supra, n^um^ 200. — Cum אביץ nomen arabicum ابيض confert Euting, notatque id אבין legi posse.

Anno 24 Aretæ IV, qui anno 15 ævi nostri respondet, exaratus est titulus.

203

Doughty, 20.

(Tab. XXXIX.)

Titulus sepulcro e rupe *Ḳaṣr el-Bint* exciso insculptus (*Doc. épigr.*, p. 63). Ectypum Doughtyanum damus; Euting hunc titulum omisit.

De eo egit Renan, *Doc. épigr.*, p. 50, n° 20.

Sic legendus :



1 דנה כפרא די להגרו בר תימו תימני[א]
2 ועלת לנפשהם וולדהם ואחרהם
3 די הם יתקברון בכפרא דנה ולהם
4 קים בירח איר בשנת 28
5 לחרתת מל[ך נבטו רחם עמה]

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod (est) pro Hagiru, filio Taimu Teimensis* (?),
2 *et ʿUlat, pro se ipsis et filiis suis et posteris,*
3 *ut isti* (?) *sepeliantur in sepulcro hoc. Et eis* (?)
4 *firmum erit. Mense Iyar* (?) *anni vicesimi octavi*
5 *Ḥaretat, regis* [*Nabatæorum, qui amat populum suum*].

Lin. 1. הגרו, nomen arab., cf. supra, n^um^ 200. — תימו, æque nomen arab., cf. supra, n^um^ 157. — תימניא «Teimensis» non omnino certum, cf. supra, n^um^ 199.

Lin. 2. ועלת «et ʿUlat», cf. عُلَّة (*Ibn Doreid*, 227, 9).

Numerorum signa nobis certa; legimus 28, hoc est anno 28 Aretæ IV, qui annus 19 post J. C. est.

(Impressum meuse junio 1893.)

204

Doughty, 5; Euting, 7.

(Tab. XXX.)

Titulus sepulcri e saxo inter *Ḳaṣr el-Bint* et *Ḳṣur Bethœnah* excisi (*Documents épigr.*, p. 62 ult.). Ectypum ab Euting sumptum damus.

De eo egerunt : Renan, *Doc. épigr.*, p. 40, n° 5. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 35, n° 7.

Titulus sic legendus :



1 דנה כפרא די עבד תימאלהי בר
2 חמלת לנפשה ויהב כפרא דנה לאמה
3 אנתתה ברת גלהמו מן זמן שטר
4 מוהבתא די בידה די תעבד כל די תצבא
5 מן 26 באב שנת 25 לחרתת מלך נבטו
6 רחם עמה

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum quod fecit Taimallâhi, filius*
2 *Ḥamlat pro se ipso, et dedit sepulcrum hoc Amah*
3 *uxori suæ, filiæ Gulhumu, inde a tempore libelli*
4 *donationis, qui in manu ejus, ut agat de eo quidquid voluerit*
5 *a vicesimo sexto die mensis Ab anni vicesimi quinti Ḥaretat, regis Nabataeorum,*
6 *qui amat populum suum.*

Lin. 1. תימאלהי, arabice تَيْمُ الله, sicut notat Nœldeke.

Lin. 2. חמלת nomen, quocum حَمْلَةُ, حَمَلَةُ et حِمَالَةُ confert Nœldeke. — אמה, nomen femininum «ancilla» significans, cf. infra אמת, sub n° 225.

Lin. 3. גלהמו *Gulhumu*, quod cum nomine tribus arabicæ جُلْهُمَةُ confert Nœldeke. — שטר «libellus», rursus in titulo sub n° 221 infra occurrit cum sensu vocabuli כתב «liber, inscriptio».

Annus 25 regni Aretæ IV anno 16 ævi nostri respondet.

205

Doughty, 13; Euting, 8.

(Tab. XXXI et XXXII.)

Sepulcrum e rupe *Ḳaṣr el-Bint* excisum (*Documents épigr.*, p. 63, n° 13). Ectypum damus a Doughty sumptum, necnon sub n° 204 *a* initium ectypi ab Euting sumpti.

De eo egerunt : Renan, *Doc. épigr.*, p. 47. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 40.

Titulus valde mutilus, quem sic legimus :



1 דנה כפרא די עבדו ושתי ברת בגרת

2 וקינו ונשנביה בנתה תימניתא להם כלה

3 כלה ולשמית ועשפא.....אחותהם בנת

4 ושתי ו..... כלה די יתקברון ..... דנה

5 די עלא ..... כלה בכפרא דנה פקים על

6 ושתי בנתה.....

7 ...חאין .....

8 .....

9 פאיתי עמה לאלהי סלעין מאה חרתי

10 ולמראנא חרתת מלכא כות בירח איר שנת

11 34 לחרתת מלך נבטו רחם עמה

Et sic vertimus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecerunt Wašti, filia Bagrat,*

2 *et Qainu et Našankiyah (?), filiæ ejus, Teimenses, pro earum quaque*

3 *et pro Šamiat..... sororibus earum, filiabus*

4 *Wašti..... ut sepeliantur.....*

5 *qui supra..... in sepulcro isto. Et firmum erit pro*

6 *Wašti, filiabus ejus.....*

7 .....

8 .....

9 *Et erit contra eum diis meis (mulcta) siclorum centum Ḥareticorum,*

10 *et domino nostro Ḥaretat, regi, totidem. Mense Iyar anni*

11 *tricesimi quarti Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat populum suum.*

Lin. 1. ושתי *Wašti*, nomen hic dubium, sed in lin. 4 et 6 infra conspicuum apparet. — בגרת, confer supra, n^um^ 161.

Lin. 2. קינו, arab. قَيْن. — נשנביה nomen dubium sed probabile, utpote sinaiticis in titulis haud rarum, cf. Euting (*Sinaitische Inschr.*, n^is^ 51, 190, etc.). — כלה ad calcem lineæ vix dubium; repetitur initio lineæ posterioris, quod sensum distributivum «quæque» indicat.

Lin. 3. שמית et עשפא nomina dubia; duo alia forsan sequebantur, quæ legere non valemus.

Lineæ 6-8 fere totæ deletæ, sed hic maledictiones inscriptas fuisse e cæteris titulis satis liquet; attamen quam minima sit mulcta in lineis 9-10 edicta, notat Euting, qui conjicit graviorem pœnam, post exactum titulum, in nova tabula inscriptam fuisse, quæ titulo superaddita fuerit. Animadvertit enim foramina in rupe terebrata, et arbitratus est inscriptionem olim seu lamina ærea, seu secto marmore coopertam fuisse : addit Euting foramina aliis in titulis, sub n^is^ 208, 209 et 219 descriptis, conspicua eodem modo interpretanda esse. Non desunt et sepulcra in quibus formæ quadratæ spatium, ad titulum inscribendum paratum, anepigraphum remansit, cui tabulam superpositam fuisse arbitratur Euting.

Lin. 11. Numerum initio lineæ 33 legit Euting, nos 34 legere malumus.

Anno ergo 25 post J. C. exaratus est titulus.

206

Huber, 28; Euting, 9.

(Tab. XXXII.)

Titulus in fastigio portæ sepulcri. Eximium Eutingii ectypum, in quo omnes litteræ conspicuæ, effingendum curavimus; Huberi autem ectypum haud clarum.

De titulo egerunt : Berger, *Nouvelles inscr. nabat.*, p. 4. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 42.

Sic legendus est :



1 דנה קברא די עבד כהלן אסיא בר ואלן לנפשה וילדה ואחרה
2 אצדק באצדק עד עלם ואיתי קברא דנה חרם כחליקת חרמא די
3 מחרם לדושרא בנבטו ושלמו על כל אנוש אצדק וירת די לא
4 יזבן קברא דנה ולא ימשכן ולא יוגר ולא ישאל ולא יכתב
5 בקברא דנה כתב כלה עד עלם וכל אנוש די ינפק בידה כתב מן כהלן

6 פקים הו כדי בה וכל אנוש די יכתב בקברא דנה כתב מן כל די עלא
7 פאיתי עמה לדושרא בסף סלעין אלפין תלת חרתי ולמראנא
8 חרתת מלכא כות וילען דושרא ומנותו כל מן די יעיר מן כל
9 די עלא בירח איר שנת תלתין וחמש לחרתת מלך נבטו רחם עמה
10 אפתח בר עבדעבדת וחלפאלהי בר חמלגו פסליא עבדו

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecit Kahlân, medicus, filius Wa'lân, pro semet et filiis suis et posteris,*
2 *jure hæreditatis, in æternum. Et erit sepulcrum hoc sacrum, sicut sacrum quod*
3 *sacratum est (deo) Dušara apud Nabatæos et Salamios. Obligatur quisquis jus possidens et hæres, ut non*
4 *vendat sepulcrum hoc, nec pignori det, nec locet, nec commodet, nec scribat*
5 *in sepulcro hoc quodvis scriptum, in æternum. Et cuicunque, qui afferet in manu sua libellum a Kahlân,*
6 *firmum erit hoc, juxta id quod in eo est. Et si quis scribat, super sepulcrum hoc, scriptum aliud ac quod supra est,*
7 *erit contra eum (deo) Dušara pecunia siclorum trium mille Ḥareticorum, et domino nostro*
8 *Ḥaretat regi totidem. Et maledicant Dušara et Manutu cuicunque, qui mutaret quidquid ex eo*
9 *quod supra. Mense Iyar anni tricesimi quinti Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat populum suum.*
10 *Aftaḥ, filius ʿAbdʿobodat, et Khalafallahi, filius Ḥimlâgu, sculptores, fecerunt.*

Lin. 1. כהלן *Kahlân* et ואלן *Wa'lân* arabica nomina كَهْلَانُ et وَأْلَانُ esse jam animadvertit Nœldeke.

Lin. 6. כתב מן כל די עלא vertit Berger, cui nos assentimur, « scriptum aliud ac quod supra »; Nœldeke mavult « scriptum ejusdem generis ac quod supra ». Versio, quam probamus, titulis superioribus firmari videtur; forsan legendum כתב עיר מן כל, omisso a lapicida vocabulo עיר.

Lin. 8. יעיר arab. verbum يُغَيِّرُ « mutabit » est, sicut עיר arab. غَيْر « alius » titulis in istis passim occurrit.

Lin. 10. אפתח, nomen arab. أَفْتَحُ confert Nœldeke. — חלפאלהי æque arabicum خَلَفُ الله « compensatio a deo » suadente Nœldekio, qui ultimum nomen etiam arabicum esse putat.

Titulus anno 26 post J. C. exsculptus est.

207

Huber, 31; Euting, 10.

(Tab. XXXII.)

Titulus in fastigio portæ sepulcri. Ectypum damus ab Euting sumptum.

De titulo egerunt : Berger, *Nouvelles inscr. nabat.*, p. 8. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 44.

Sic legendus :



דנה קברא די עבד ארוס בר פרון לנפשה ולפרון אבוהי
הפרכא ולקינו אנתתה ולחטבת וחמלת בנתהם וילד חטבת
וחמלת אלה ולכל מן די ינפק בידה תקף מן ארוס דנה או
חטבת וחמלת אח[ו]תה בנת פרון הפרכא
די יתקבר בקברא דנה או יקבר מן די יצבא
בתקפא די בידה כדי בכתבא הו או אצדק באצדק
בי[ר]ח ניסן שנת תלתין ושת לחרתת מלך נבטו רחם עמה
אפתח בר עבדעבדת ווהבא בר אפצא וחורו בר אחיו פסליא
עב[ד]ו

Et sic vertendus :

Hoc est sepulcrum, quod fecit Arûs, filius Farwân, pro se ipso et pro Farwân, patre suo,
eparcho, et pro Qainu, uxore ejus, et pro Ḥatibat et Ḥamilat, eorum filiabus, et pro filiis Ḥatibat et
Ḥamilat istarum, et pro quocunque, qui afferet in manu sua scriptum legitimum ab Arûs isto vel
ab Ḥatibat et Ḥamilat, ejus sororibus, filiabus Farwân, eparchi,
ut sepeliatur in sepulcro hoc, vel sepeliat quem vellet,
per libellum legitimum, qui in manu ejus, juxta id quod in libello isto (scriptum erit), vel per jus hæreditatis.

7 *Mense Nisan anni tricesimi sexti Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat populum suum.*
8 *Aftaḥ, filius ʿAbd'obodat, et Wahbu, filius Afṣa, et Ḥuru, filius Uḥayiu, sculptores,*
9 *fecerunt.*

Lin. 1. ארוס, forsan aramaicum nomen e radice ארס «desponsare» derivandum; Nœldeke græcum vel ægyptiacum nomen suspicatur. — פרון cum arabico فَرْوَانُ confert Nœldeke.

Lin. 2. הפרכא græce ἔπαρχος vel ὕπαρχος, quæ vocabula Aramæos confudisse constat; Nœldeke ὕπαρχος præfert, nos autem ἔπαρχος malumus a sinaitico titulo (Euting, n° 453) ubi הפרכיא = Ἐπαρχεία; cf. n°s 173 et 214. — ולקינו «et pro Qainu» nobis non dubium videtur; *Qainu* idem nomen est femininum ac sub n° 205, linea 2; Euting ולקבה, dubitanter quidem, legerat. Qainu dicitur uxor patris Arûs, unde liquet, ut bene notat Nœldeke, eam novercam non matrem Arûs fuisse. — חטבת arab. nomen حَاطِبَة juxta Nœldekium. — חמלת æque arabicum حَامِلَة, ex eodem Nœldekio, cf. etiam supra, n^um 204, lin. 2.

Lin. 4. אחתה prave pro אחותה scriptum esse notat Euting; alioque lapicidæ errore ביח in lin. 7 pro בירח exaratum est; idem error et sub n° 213 infra deprehenditur; denique hic in linea 9 עבו pro עבדו legitur.

Lin. 8. אפצא nomen aramæum, cf. אפצא «galla» vel arabicum أَفْصَى, ut ait Nœldeke; occurrit infra sub n° 220, l. 8; cf. אפצה in titulis a D. H. Mueller editis (*Epigraphische Denkmæler aus Arabien*, n^is 30 et 32). — חורו, arab. حور, cf. supra, n^um 190. — אחיו quod Nœldeke *Uḥaiyu* effert et pro diminutivo arabico vocab. اخ «frater» habet.

Anno 28 post J. C. exaratus est titulus.

208

Doughty, 4; Euting, 11.

(Tab. XXX.)

Titulus summo in sepulcro inter *Ḳaṣr el-Sheikh* (*Maḥal el-Medjlis*) et occidentales rupes *Ḳṣur Bethænah* dictas, quod imperfectum remansit, cujusque figura a Doughty delineata in *Documents épigr.*, pl. XXVI, n° 10, invenitur. Parastadibus duabus capitulo ornatis, tribus epistyliis et fastigio pinnis distincto constat hoc monumentum. In medio stat porta sepulcri. Ectypum a Doughty sumptum damus.

De titulo egerunt : Renan, *Doc. épigr.*, p. 39, n° 4. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 49.

Sic legendus est :





1 דנה כפרא די עבד שלי בר רצוא
2 לנפשה וילדה ואחרה אצרק באצרק
3 ודי לא יתקבר בכפרא דנה להן אצרק
4 באצרק ודי לא יתזבן ולא יתרהן כפרא
5 דנה ומן די יעבד כעיר די עלא פאיתי
6 עמה לדושרא אלה מראנא [כסף סלעין] אלף
7 חרתי בירח ניסן שנת . . . . . .
8 לחרתת מלך נבטו רחם עמה אפתח
9 פסלא עבד

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecit Šullai, filius Raḍwa,*
2 *pro semet et nepotibus suis, jure hæreditatis.*
3 *Ne quis sepeliatur in sepulcro hoc, nisi jure*
4 *hæreditatis; ne vendatur, nec pignori detur sepulcrum*
5 *hoc. Et, si quis agat aliter ac quod supra scriptum, erit*
6 *contra eum Dušara deo domini nostri pecunia siclorum mille*
7 *Ḥareticorum. Mense Nisan anni. . . .*
8 *Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat populum suum. Aftah*
9 *sculptor fecit.*

Lin. 1. שלי *Šullai*, quod cum nabatæo nomine Συλλαῖος apud Strabonem, VI, 4, 23, bene contulit Berger. — רצוא *Raḍwa*, de quo disseruit Nœldeke apud Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 49; dicit ille arabicum esse رَضْوَى, nisi decurtatum sit a nomine cum رِضْو et voce alia composito. Wellhausen, in *Reste arabischen Heidenthumes* (*Skizzen und Vorarbeiten, drittes Heft*), p. 54, putat idem esse ac dei رُضَى a priscis Arabibus culti nomen, confertque nomina composita תימרצו (*Syrie centrale*, P. 6, 33, 82, 98) et גדרצו (*ibid.*, 84); vide etiam quæ Hoffmann attulit in *Auszüge aus syrischen Acten persischer Märtyrer*, not. 159.

Lin. 4. יתובן « vendatur », mira quidem forma; exspectares enim יורבן; sed illam etiam usitatam fuisse tes-

(Impressum mense junio 1893.)

tatur Palmyrenæ taxationis tabula a Vogüé edita, II, 3, 33.

Lin. 6. לדושרא אלה מראנא « Dušara deo domini nostri », hoc est regis Aretæ, non « Dušara deo, domino nostro », ut verterat Renan, interpretandum esse recte animadvertit Nœldeke.

Lin. 7. Signa numeri partim deleta; quæ in medio fuerint, non liquet. Euting suspicatur numerum totum 36 fuisse, signis ⌒ et ⌒ deletis; sed spatium vacuum tres aut quatuor monades insuper inclusisse videtur. Forsan annus 38 vel 39 Aretæ IV inscriptus erat, qui anno ævi nostri 29 vel 30 respondet.

209

Doughty, 7; Euting, 12.

(Tab. XXXIII.)

Titulus sepulcri prætantissimi e rupibus *Bethænah* dictis excisi; inscriptus est supra aquilam in monumento figuratam (Doughty, *Doc. épigr.*, p. 63, n° 7). Ectypum a Doughty sumptum damus.

De titulo egerunt : Renan, *Doc. épigr.*, p. 42. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 47-48.

Titulus sic legitur :



1 דנה כפרא די עבד חלפו בר קסנתן לנפשה ולשעידו ברה
2 ואחוהי מה די יתילד לחלפו דנה מן דכרין ולבניהם ואחרהם
3 אצדק באצדק עד עלם ודי יתקברון בכפרא דנה ובדירה שעידו דנה
4 ומנועת וכנושת וריבמת ואמית ושלימת בנת חלפו דנה ולא רשי
5 אנוש כלה מן שעידו ואחוהי דכרין ובניהם ואחרהם די יזבן כפרא דנה
6 או יכתב מוהבה או עירה לאנוש כלה בלעדהן יכתב חד מנהם לאנתתה
7 או לבנתה או לנשיב או לחתן כתב למקבר בלחד ומן יעבד כעיר דנה פאיתי
8 עמה קנס לדושרא אלה מר[אנא כס]ף סלעין חמש מאה חרתי
9 ולמראנא כותי כנסחת דנה יהיב בבית קישא בירח ניסן שנת ארבעין
10 לחרתת מלך נבטו רחם עמה רומא ועבדעבדת פסליא

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecit Ḥalafu, filius Ḳosnatan pro semet et Saʿidu, filio suo,*
2 *et fratribus ejus, quotcunque nascentur ex isto Ḥalafu mares, et pro filiis eorum nepotibusque,*
3 *jure hæreditatis, in æternum. Et sepelientur in hoc sepulcro et in ejus habitaculo (?) Saʿidu iste*
4 *et Manuʿat et Kenušat (?) et Ribamat (?) et Umaiyat et Salimat, filiæ Ḥalafu istius. Nec fas est*
5 *cuivis, vel Saʿidu, vel fratribus ejus masculis et eorum filiis posterisque, vendere sepulcrum hoc,*
6 *vel scribere donationis (titulum) vel quidquid aliud pro aliquo, nisi adscribat unus eorum uxori suæ,*
7 *vel filiabus suis, vel socro (?), vel genero, libello sepeliendi tantum. Si quis agat aliter ac hoc, erit*
8 *contra eum mulcta Dušara deo domini nostri pecuniæ siclorum quingentorum Ḥareticorum,*
9 *et domino nostro totidem, juxta apographum hujus depositum in templo (dei) Qaiša. Mense Nisan anni*
quadragesimi
10 *Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat populum suum. Rauma et ʿAbdʿobodat, sculptores.*

Lin. 1. חלפו nomen arabicum خَلَفٌ, cf. supra חלפאלהי sub n° 206, et *Revue d'assyriologie et d'archéologie or.*, 1885, p. 73. — קסנתן cum divino nomine *Ḳos* compositum; quod primus explicuit Halévy, in *Revue des études juives*, p. 16; in titulo græco Memphi reperto Κοσνατανος aliaque ejusdem generis nomina, scilicet Κοσγηρος, Κοσμαλαχος, Κοσβανος, Κοσαδαρος, inventa esse notat Nœldeke.

Lin. 4. E quinque nominibus filiarum Ḥalafu duo partim deleta, cætera non dubia : מנועת a radice منع « repellere », cf. nomen مَنِيعَةُ « munita » significans, et מנעת supra sub n° 200. — אמית, quod cum arab. أُمَيَّةُ a أَمَةٌ « ancilla » per diminutivum formato optime confert Nœldeke. — Ultimum nomen שלימת ad arabicum سَلِيمَةُ vel سُلَيْمَةُ refert Euting; non desunt nomina a שלם derivata, confer sub numero posteriore שלמו et *Corpus inscr. semit.*, part. I, sub n^{is} 93, 121, 131; Vogüé, *Syrie centr.*, 27, 33, 49, 76, etc.

Lin. 4. רשי « fas » a Talmudis notum et רַשַׁי efferendum, cf. J. Derenbourg in Doughty, *Doc. épigr.*, p. 45, not. 3.

Lin. 6. חד מנהם « unus eorum » bene legit S. Landauer, monente Euting. Ultimum vocab. in ectypo nostro mancum.

Lin. 7. נשוב arabicum نَسِيبٌ confert Euting, cui sensus « socer » forsan attribuendus, cf. Dozy, *Suppl. aux diction. arabes*, II, p. 665. — בלחד « tantummodo », infra sub n° 215, lin. 6, melius בלחוד scriptum, cf. in Targu-

mis בִּלְחוֹד; ad conjunctionem lineæ superioris בלעדהן «nisi», apud Syros ܒܠܚܕ ܠܐ, cum Nœldekio referendum — Vocab. כעיר prætermisit Euting.

Lin. 9. יהיב, exspectares יהיבא; femininum enim est vocabulum נסחת, نُسْخَةٌ; sed genus femininum cum masculino in his titulis non raro confusum est.

Hic titulus anno 40 Aretæ, qui anno 31 post J. C. respondet, exaratus est.

210

Huber, 36; Euting, 13.

(Tab. XXXIV.)

Titulus super portam sepulcri. Huber inferiorem tituli partem tantum ectypo sumpsit; ectypum autem Eutingianum, quod effingendum curavimus, totam inscriptionem habet.

De titulo egerunt : Ph. Berger, *Nouvelles inscr. nabat.*, p. 13. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 50.

Sic legendus :

1 [illegible]
2 [illegible] (?) [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]



1 דנה כפרא די עבד חשיכו בר חמידו לנפש[ה]
2 ולילדה ולגזי^א^ת ושלמו אחותה בנת
3 חמידו דנה להן לא רשי אנוש

4 למכתב בכפרא דנה תקף
5 בלה ולא למקבר בה אנוש
6 להן הם אצדק באצדק ומן
7 [די] יעבד כעיר דנה פלא איתי לה
8 קים (??) בירח איר שנת ארבעין לחרתת
9 [מלך נבטו רחם עמה עבדעבדת.....
10 עבד]

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecit Ḥušaiku, filius Ḥumaidu, pro se ipso*
2 *et filiis suis et pro Gozayat et Salâmu, sororibus suis, filiabus*
3 *Ḥumaidu istius. Sed nefas est cuicunque*
4 *scribere in hoc sepulcro scriptum legitimum*
5 *quodvis, vel sepelire in eo aliquem,*
6 *nisi jure hæreditatis, et si quis*
7 *agat aliter ac hoc, non erit ei*
8 *firmum. Mense Iyar anni quadragesimi Ḥaretat,*
9 *[regis Nabatæorum, qui amat populum suum. ʿAbdʿobodat.....*
10 *fecit.]*

Lin. 1. חשיכו *Ḥušaiku*, quocum nomina arabica حُسْك et حَسَكَة confert Nœldeke. — חמירו *Ḥumaidu*, æque arab. حُمَيْد; vel fortasse חמירו *Khumairu*, حُمَيْر vel حِمْيَر, legendum.

גויאת *Gozayat* non omnino certum, cf. n^um^ 213; א primum a lapicida omissum et deinde supra lineam additum fuisse nos monet Euting, qui antea בנית legerat. — שלמו *Salâmu*, de hoc nomine confer quæ supra sub numero superiore lin. 4 de שליטת diximus. — אחותה «sorores suæ»; lapicida primum אחוהה sculpserat, deinde, erroris sui conscius, rotundum litteræ penultimæ verticem effinxit, ita ut littera ת fieret.

Lin. 3. Media in linea ולא . . . דנה; legit Euting, nos autem דנה להן לא, quod sensui aptum.

Lin. 4. Initio lineæ legendum למכתב, non יכתב [די], quod affert Euting, cf. in lin. 5 למקבר.

Lin. 6. Initio legimus להן הם «nisi sint» jus hæreditatis possidentes.

Lin. 7. Initio restituimus די, quod spatium vacuum sinit, sed potuit deesse, cf. infra, n^um^ 215, lin. 2; vocabulum penultimum איתי conspicuum, prima littera tantum dubia.

Lin. 8. Initio duæ litteræ deletæ, sed tertia ם certa; restituimus ergo קים e superioribus titulis.

Lineas nonam et decimam ex transcriptione Bergerii explevimus, qui ita legisse in ectypo Huberiano sibi visus est.

Titulus anno 40 Aretæ IV, qui anno 31 post J. C. respondet, exaratus.

211

Doughty, 9.

(Tab. XXXV.)

Titulus, quem interiore in parte sepulcri e saxis *Ḳaṣr el-Bint* excisi vidit Doughty (*Documents épigr.*, p. 63). Ectypum ab eo sumptum damus. Euting hunc titulum omisit.

De eo egit Renan, *Doc. épigr.*, p. 43, sub n° 9.

Sic legimus :



1 דנה גוחא די עבדת ושוח ברת א
2 מית לנפשה בגו פגרא די לה ולבנתה
3 ומן די בה פתח יתה או ינפק יתה
4 מן גוחא הו די עלא פאיתי עמה למראנא
5 חרתת מלך נבטו רחם עמה סלעין אלף חרתי
6 לעין דושרא אלה מראנא ואלהיא כלהם
7 מן די ינפק ושוח דא מן גוחא דנה עם

8 קנס 4 לענת דושרא ואלהיא כלהם

9 באב יום 9 בשנת 43 להרתת

10 מלך נבטו רחם עמה

Et vertimus :

1 *Hic est loculus, quem fecit Wašwaḥ, filia*
2 *Ummayat* (?) *pro se ipsa, intus in monumento quod sibi et filiabus suis* (*paravit*).
3 *Et, si quis in eo* (*monumento*) *aperiat eum* (*loculum*), *vel educat eam ipsam* (?)
4 *ex loculo illo, qui supra* (?), *erunt contra eum domino nostro*
5 *Ḥaretat, regi Nabatæorum, qui amat populum suum, sicli mille Ḥaretici.*
6 *Maledicant* (?) *Dušara, deus domini nostri, et dii omnes*
7 *illi, qui educat Wašwaḥ istam e loculo isto cum*
8 *mulcta* (?) *quatuor maledictionum* (*dei*) *Dušara et deorum omnium.*
9 *Mense Ab* (?), *die nono, anno quadragesimo tertio Ḥaretat,*
10 *regis Nabatæorum, qui amat populum suum.*

Lin. 1. נוחא arab. جُوخَةٌ «fossa»; de «loculo» dicitur in interiore cella monumenti excavato ad recipiendum defuncti cadaver. (Vide figuram cellæ sepulcralis cum loculis a Doughty delineatam, *Doc. épigr.*, tab. XXXVII); targ. et talm. כוך. — Nomen ושוח *Wašwaḥ* denuo in lin. 7 occurrit.

Lin. 2. Nomen אמית, cujus prima littera in finem lineæ superioris invenitur, dubium; si lectionem nostram accipis, cf. supra, n^um 209, lin. 4. — פגרא nobis errore lapicidæ pro כפרא scriptum videtur; loculus enim non potest pluribus (לה ולבנתה) addici, quippe qui unum cadaver continere possit. Loculus in interiore parte «monumenti» excisus est, quod Wašwaḥ «sibi et filiabus suis» exstrui jussit.

Lin. 3. Lectio quam damus non certa, et contextus sane mirandus; verbum alterum in perfecto, alterum vero in imperfecto constructum est.

Lin. 8. לענת «maledictiones» cum שמדין sub n° 198, lin. 8, conferendum.

Lin. 9. Primum vocabulum dubium, cf. tamen n^um 219 infra, lin. 7.

Anno 34 ævi nostri exaratus est titulus.

212

Huber, 33; Euting, 14.

(Tab. XXXIV.)

Titulus super portam sepulcri. Ectypum ab Euting sumptum damus.

De titulo egerunt : Ph. Berger, *Nouvelles inscr. nabat.*, p. 10. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 51.

Sic legendus :





1 דנה כפרא די עבד עבדעבדת בר אריבס לנפשה
2 ולואלת ברתה ולבני ואלת דא ובנתה וילדהם די יתקברון בקברא דנה
3 ולא רשין ואלת ובניה די יזבנון או ימשכנון או יגרון כפרא דנה או
4 יכתבון בכפרא הו כתב כלה לכל אנוש לעלם להן די יהוא כפרא הו לואלת ולבניה
5 ובנתה ולילדהם קים לעלם וקם על ואלת ובניה די הן יהוא חורו אח עבדעבדת
6 דנה בחנרא ויהוא בה חלף מות די יקברון יתה בקברא דנה לחודוהי
7 ולא ינפק יתה אנוש ומן די יעיר ולא יעבד כדי עלא כתיב
8 פאיתי עמה למראנא כסף סלעין אלפין תרין חרתי בירח
9 טבת שנת ארבעין וארבע לחרתת מלך נבטו רחם עמה
10 אפתח בר עבדעבדת פסלא עבד

Et sic vertendus :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecit ʿAbd'obodat, filius Aribas (?), pro semet*
2 *et pro Wa'ilat, filia sua, et pro filiis Wa'ilat istius, et filiabus ejus, et filiis eorum, ut sepelirentur in sepulcro hoc.*
3 *Nec fas est Wa'ilat et filiis ejus vendere, vel pignori dare, vel locare sepulcrum hoc, vel*
4 *scribere in sepulcro hoc scriptum quodvis pro aliquo, in æternum. Sed sit sepulcrum hoc pro Wa'ilat et filiis ejus,*
5 *et filiabus ejus, et filiis eorum, firmum in æternum. Et incumbit Wa'ilat et filiis ejus ut, si adsit Ḥuru, frater ʿAbd'obodat*
6 *istius, Ḥegræ, et accidat ei fatum letale, sepeliant eum in sepulcro hoc, ipsum solummodo,*

7 *neve educat eum aliquis. Et, si quis mutaret, nec ageret juxta id, quod supra scriptum,*
8 *erit contra eum domino nostro pecunia siclorum duo millia Ḥareticorum. Mense*
9 *Ṭebet anni quadragesimi et quarti Ḥaretât, regis Nabatæorum, qui amat populum suum.*
10 *Aftaḥ, filius ʿAbd'obodat, sculptor, fecit.*

Lin. 1. אריכם vix aramaicum nomen; Nœldeke græcum nomen Ἀρύβας dubitanter confert.

Lin. 4. Vocabulum אנוש lapicidæ errore אלוש scriptum esse videtur.

Lin. 6. חלף מות, ad verbum « mutatio mortalis », bene legit et intellexit Euting.

Titulus anno 44 Aretæ IV, qui anno 35 ævi nostri respondet, exaratus.

213

Doughty, 8; Euting, 15.

(Tab. XXIX.)

Sepulcrum inter *Ḳaṣr el-Bint* et *Bethænah*. (Doughty, *Doc. épigr.*, p. 63, n° 8). Ectýpum a Doughty sumptum damus.

De eo egerunt : Renan, *Doc. épigr.*, p. 43. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 53.

Sic legitur titulus :



(Impressum mense junio 1893.)

1 דנה כפרא די עבדו ענמו בר גזיאת וארסכסה
2 ברת תימו אסרתנא על רומא וכלבא
3 אחיה פלענמו תלת כפרא וצריחא דנה
4 ולארסכסה תלתין תרין מן כפרא וצריחא
5 וחלקה מן גוחיא מדנחא וגוחיא
6 ולענמו חלקה מן גוחיא מד[נ]ח ימינא
7 וגוחיא די בה להם ולילדהם אצדק באצדק
8 בי[ר]ח טבת שנת 45 לחרתת מלך נבטו
9 רחם עמה אפתח בר פסלא עבד

Quod vertendum est :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecerunt ʿAnamu, filius Gozayat, et Arsaxa,*
2 *filia Taimu, strategi, super Ruma et Kalba,*
3 *fratres suos. Et pro ʿAnamu est tertia pars sepulcri et cellæ istius,*
4 *et pro Arsaxa sunt tertiæ duæ e sepulcro et cella,*
5 *et portio ejus e loculis est ad orientem cum loculis (ibi excavatis);*
6 *et ʿAnamu ipsius portio e loculis est ad orientem meridiemque*
7 *cum loculis ibi (excavatis); pro ipsis et eorum nepotibus jure hæreditatis.*
8 *Mense Ṭebet anni quadragesimi quinti Ḥaretat, regis Nabatæorum,*
9 *qui amat populum suum. Aftaḥ, filius [ʿAbd ʿobodat], sculptor, fecit.*

Lin. 1. Quis sit primi nominis sonus, non constat. Renan confert nomen Ἄναμος, quod sæpe in Hauranensi regione repertum est; Euting arab. غَانِمٌ affert. — גזיאת, arab. جَزِيَّةٌ vel جُزِيَّةٌ conjicit Nœldeke. — ארסכסה peregrinum nomen, quomodo efferendum sit, non liquet. Renan transcripsit *Arsaces*, Euting *Arisoxe*, hoc est Ἀρισθόξη pro Ἀριστοξένη; Gutschmid Ἀρέσκουσα, monente Eutingio; nos rem in medio linquentes *Arsaxa* damus.

Lin. 2. תימו *Taimu*, nomen notum, cf. nos 157 et 203; Euting legit חימו *Haimu*, quod titulis in sinaiticis et apud Waddington (nis 2037 et 2183), sub forma Χαιαμος et Χεεμος repertum esse notat Nœldeke. — De רומא cf. supra, num 209, lin. 10. — כלבא aramaicum nomen, quod etiam priscorum inter nomina Edessenorum invenitur, cf. quoque *Corp. inscr. semit.*, part. I, sub n° 52.

Lin. 3. אחיה « fratres sui » pronomen femininum ad Arsaxa cum Eutingio referendum. — צריחא « cella » vel « columbarium », arab. ضَرِيحٌ.

Lin. 5. גוחיא « loculi », singularis hujus vocabuli גוחא sub n° 211 invenitur.

Lin. 5. מדנח; errore lapicidæ pro מדנח « oriens » scriptum. Simili errore in linea 8 ביח pro בירח « mense » stat, cf. etiam supra, num 217, lin. 7.

Lin. 9. Omissum est nomen patris, quod *ʿAbd ʿobodat* esse e titulo superiore liquet.

Anno 45 Aretæ IV et 36 post J. C. exaratus est hic titulus.

214

Doughty, 3; Euting, 16.

(Tab. XXX.)

Sepulcrum e rupibus *Ḳṣur Bethænah* excisum (Doughty, *Doc. épigr.*, p. 62, n° 3). Ectypum a Doughty sumptum damus.

De eo egerunt : Renan, *Doc. épigr.*, p. 39, n° 3. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 56.

Sic legitur titulus :



1 דנה כפרא די עבד מטיו אסרתגא
2 בר אופרנס הפרכא לנפשה וילדה וואלו
3 אנתתה ובניהם בירח ניסן שנת ארבעין
4 ותמונא לחרתת מלך נבטו רחם
5 עמה ולא רשי אנוש די יזבן או ירהן או יוגר
6 כפרא דנה
7 לעלם אפתח בר עבדעבדת עבד

Et vertitur :

1 *Hoc est sepulcrum, quod fecit Matiyu, strategus,*
2 *filius Euphronii, hyparchi, pro se ipso et filiis suis et Wa'ilu,*
3 *uxore sua, et pro filiis eorum. Mense Nisan anni quadragesimi*
4 *octavi Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat*

5 *populum suum. Et fas est nulli vendère, vel pignori dare, vel locare*
Titulus, quem Doughty saxo exaratum inter Hegram et Teimam iter faciens vidit et delineavit (*Doc. épigr.*, tab. XXVI, fol. 50 et p. 59).



דא נפשא ופלו....

....עבד עידו בר עבידו

לעבידו ברה ביד דנה

.....זבן.....למרא..

.....

Hoc est sepulcrum et.....
(quod) fecit ʿAidu, filius ʿObaidu,
pro ʿObaidu, filio suo, per manum istius (?)
.....vendet (?)... domino nostro (?)
.....

Vir ʿAidu, filius ʿObaidu, supra sub n° 221 jam occurrit. Filius ʿAidu æque ʿObaidu nuncupabatur; nepoti nomen avi ejus induere apud orientales populos sæpe mos erat, cf. supra, nos 164, 196, 307. Lineis in ultimis forsan agebatur de venditione illicita et de mulcta, sicut in titulis hegrensibus, nis 197 et seq.

324

Huber, 103.

(Tab. XLI et XLIV.)

In colle *Abu-Mogheïr* ابو مغير dicto, e regione *El-Šerẓ* الشرز, a Doughty *Ybba-Moghraïr* appellato (*Doc. épigr.*, tab. XXIV, fol. 45); Huber (*Journal*, p. 498). Hæc legimus :

דכיר חבן בר קינו *Commemoratus sit Ḥabban, filius Qainu.*

Ḥabban nomen dubium. De קינו vide supra, n^um^ 205; lineam secundam non valemus legere; exspectares שלם.

325

Huber, 102.

(Tab. XLI et XLIV.)

Eodem loco. Doughty (*Doc. épigr.*, tab. XXV, fol. 47); Huber (*Journal*, p. 498).

דכיר ושו *Commemoratus sit Ušu.*

ושו forsan idem ac אושו, nomen frequentissimum.

326

Huber, 101.

(Tab. XLIV.)

Eodem loco. Huber (*Journal*, p. 498).

שלם אכרמא *Pax! Akrema.*

אכרמא, arab. اكرم « nobilis ».

327-329

Huber, 100, 104, 105.

(Tab. XLIV.)

Eodem loco. Huber (*Journal*, p. 497, 498). Nil certum præter solitas exclamationes et nonnulla vocabula qualia ברה, בר.

330

Huber, 99.

(Tab. XLIV.)

Fragmentum in colle *Abraq el-Siba'* ابرق السباع ab Huber (*Journal*, p. 490) delineatum.

331

Huber, 98.

(Tab. XLIV.)

Titulus ab Huber (*Journal*, p. 463) in colle *Ḥabbat et-Tamatil* حبّة التماثيل dicto, non procul a via peregrinorum (درب الحجّ) inventus; media in tabula inscriptus, equitem camelo sedentem et jaculum emittentem gerente.



שמשגרם בר ברכא שלם *Samsigeram, filius Barika. Pax!*

שמשגרם, græce Σαμψιγέραμος, nomen satis notum. — ברכא a radice ברך « benedicere », cf. בריכו = Βαρείχεις (Vogüé, *Syrie centr.*, P. n° 2).

ARTICULUS III.

EL-ŒLA.

Non procul Hegra ad meridiem situs est vicus *El-Œla*, العُلَى (apud Doughty *El-Ally* scriptum). Ibi plures inventi sunt tituli nabatæi. Titulum aramaicum in eodem loco repertum sub n° 121 supra descripsimus.

332

Euting, 1.

(Tab. XXVII.)

Titulus in lapide exaratus; quem auferendum curavit Euting et secum ad penates asportavit, ubi nunc asservatur. Titulum edidit et commentatus est Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 24 et tab. I). Ectypum chartaceum arte photographica expressum damus quod nobis doctus vir benevolenter misit.



דא נפשא די אב. בר

מקימו בר מקימאל די בנה

לה אבוהי בירח אלול

שנת 1 לחרתת מלך נבטו

(Impressum mense junio 1893.)

Hoc est sepulcrum Ab. . . filii
Moqimu, filii Moqimel, quod exstruxit
pro eo pater ejus. Mense Elul
anni primi Ḥaretat, regis Nabatæorum.

Lin. 2. De מקימו, cf. supra, n°s 215 et 233. — מקימאל, *Moqimel* « quem constituit El », sane forma nominis plena, ex qua decurtatum esse מקימו conjecit Euting.

Anno 1 regni Aretæ IV, hoc est anno 9 ante J. C. exaratus est titulus; vetustissimus est titulorum nabatæorum his in locis adhuc repertorum. D. H. Mueller (*OEsterr. Monatschr.*, 1885, p. 277) putat, deficiente epitheto « qui amat populum suum », hic de Areta IV non agi; sed Aretam IV primo regni sui anno nondum hunc titulum cepisse verisimile est.

333

Euting, 30; Huber, 5.

(Tab. XXXIX et XLIV.)

Muro domus non procul ab urbis porta inclusus est lapis, qui titulum litteris crassis exaratum gerit. Hunc titulum viderunt descripseruntque vicissim : Doughty (*Doc. épigr.*, tab. XIV, fol. 25); Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 71); Huber (*Journal*, p. 395). E Doughtyana delineatione nihil eruendum. Euting litteris hebraicis transcriptionem partis, quam legere potuerat, solummodo edidit : chartaceum ectypum quod sumpserat nobis benevolenter misit, quod, sole expressum, tabula XXXIX damus. Apographum in diarium Huberi insertum in tabula XLI invenies. Necnon et apographum hic damus ex ectypo a Vogüé sumptum; typis enim litterarum forma exprimi non potest; expedit tamen ut clare appareat quum magni sit momenti ad demonstrandum nabatæam arabicarum litterarum originem. Transcriptione Eutingiana collata, hæc legimus :



דנה נפשא די
בנא עבדי בר תימא
על . מא...ו
די.....
עשרין ושבעה
ש.....
מאתין...שנין
עשר..א....
פ.....שלם(?)
פאצלם מ.....

Generalem tituli sensum e fragmentis elicere nequimus. E prima linea liquet de sepulcro agi quod ʿ*Abdai*, *filius Taima* (?), ædificavit : pron. דנה loco דא exspectares. Conf. n°s 191, 194, 195, 323, 332; דנה נפש tamen sub n° 192 invenitur.

Lin. 5. Numerus *viginti septem* clarus; lin. 7 etiam

ducenti . . . . . anni. Forsan de ætate defuncti agebatur et de anno mortis ejus, secundum æram quamdam; sed nihil certum. Monumentum tamen nobis pretiosum, propter scripturæ speciem. Litteræ enim medium tenent inter nabatæas et arabicas litteras; nonnullæ, scil. ה finalis, פ initialis, צ, mere arabicam formam præbent; ligaturæ etiam nescio quid *cuficum* sapiunt. Si anni indicatio ad aram Bostrensem referenda est, monumentum quarto post J. C. sæculo adscribendum esset. Quod vero affirmare non possumus.

334

(Tab. XLI.)

Eodem loco. Doughty (*Doc. épigr.*, tab. XVII, fol. 32).

דביר . . . . בר . . . מו

Nomina propria omnino obscura.

ARTICULUS IV.

KHAYBAR.

335

(Tab. XLI.)

Regio *Khaybar*, خَيْبَرُ, apud Arabes priscos celeberrima, ad meridiem El-Œla et septentrionem El-Medina spectat; extra Nabatæorum regnum sita erat, nec mirandum est nullos fere nabatæos titulos ibi repertos fuisse. Unum solummodo vidit Doughty (*Doc. épigr.*, tab. XLVIII) et saxo rude exaratum. Delineationem fecit quam damus. Unum vocabulum שלם conspicuum; sequebatur nomen proprium cujus initium עבר videtur; cætera evanuerunt.

ARTICULUS V.

TEIMA ET VICINIA.

De urbe Teima supra, p. 107, locuti sumus, quum aramaicas inscriptiones ibi repertas descripsimus, confer nos 111-116. Nunc de titulis nabatæis ad hanc regionem pertinentibus agemus.

336

Euting, 40; Huber, 3.

(Tab. XLIII.)

Titu us Teimæ repertus, Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 12) et Huber (*Journal*, p. 322). Delineatio-

nem damus quam nobis Euting misit; litteræ tituli hujus et posterioris e lapide emergunt, sicut in aliis Teimæ repertis titulis (confer supra, p. 108).

De eo egit Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 11.



קצרא די קרב — *Ædicula, quam obtulit*

אזמו בר רגעא — *Azimu, filius Rag'a,*

לתדה אלהתא — *Tadæ deæ*

על חיי[והי] — *pro vita sua.*

Lin. 1. קצרא, quod Euting intentatum liquit, non procul ab omni dubio; secunda littera enim ג posset esse; vocabulum autem קנרא nihil est, ג post ק enim in semiticis linguis nunquam sequitur; prima littera ק vix dubia; legimus ergo קצרא, arab. قُصَارَة «ædicula, cella».

Lin. 2. אזמו arab. آزِم; legerat Euting אנפו, arab. عَنَف vel آنِف. — רגעא, arab. زَجْعٌ.

Lin. 3. תדה nomen deæ adhuc ignotæ; potest etiam תרה legi; Euting arabica vocabula ثَدًى «mamma» et ثَرًى «humus» comparat. Apud Syros ܬܪܝ vel ܬܪ «ver» significat; verno autem tempori deam humoris et ubertatis præfuisse non absurdum est.

Titulus forsan ultimo sæculo ante J. C. adscribendus est.

337

Euting, 41; Huber, 5.

(Tab. XLIII.)

Eodem loco, Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 12), Huber (*Journal*, p. 323); delineationem damus quam nobis Euting dedit.

De eo egit Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 11.

Titulus quatuor lineis exaratus maxima e parte deletis. Sequentia tantum videmus :

מן..א ובאשמ....י לנפשה

.....

....י בלו ....די למראנא

בנא...ואחרה לעלם

Euting vocabula sequentia legit : לנפשה «pro se ipso» et ואחרה לעלם «et posteri ejus in æternum». Ad calcem lineæ tertiæ די למראנא «quod domino nostro». Hunc titulum esse sepulcralem bene sensit Euting.

338

Euting, 38; Huber, 118.

(Tab. XLIII.)

Titulus in loco *Lakat* inter Teima et Alaï saxo exaratus. Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 9); Huber (*Journ. de voy.*, p. 304). Delineationem Eutingii damus.

Sic cum Euting legimus :



דכרון עריש *Recordatio τοῦ ʿAriš*

מן קדם דושרא *coram Dušara*

לחימו בר[ה] של[ם] *pro Ḥayyamu, filio suo. Pax* (?).

Lin. 1. עריש nomen a radice arab. عرس.

Lin. 3. חימו, arab. حَيّام, græce Χαιαμος et Χεεμος (Waddington, nis 2037 et 2183), nisi תימו malueris ut sub n° 213. — Ultima vocab. בר של[מו] « filius Salâmu » legit Euting; nos ברה שלם « filio suo. Pax! » restituere malumus.

339

Euting, 39; Huber, 18 et 24.

(Tab. XLIII.)

Eodem loco. Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 9); Huber (*Journal*, p. 293). Delineationem Eutingianam damus.

שלמו שלם שלם *Šalâmu. Pax! Pax!*

340

Euting, 34; Huber, 1.

(Tab. XLIII.)

Titulus in *Djebel Misma* مسمأ, non procul Teima, in loco *Alaï*, الاثى, dicto exaratus, quem delineaverunt Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 7) et Huber (*Bulletin de la Société de géographie*, 3e trim., 1884, n° 75; *Journal*, p. 254). Ectypum ex monumento ab Huber sumptum damus necnon sub n° 340 *a* apographum ab Euting delineatum.

De eo egerunt : Ph. Berger, *Nouvelles inscriptions nabatéennes*, p. 15, n° 41. — Euting, *Nabat. Inschr.*, p. 7.

אנה עשמו משת פלחנה מן טהרך בר.....

Titulus cujus sensus nos fallit, nullamque interpretationem proferre audemus. Initio cum Euting אנה «ego» videmus; deinde עשמו nomen, quod cum arab. عَشَم «macie confectus», vel غشم «crassus», conferendum est. Vocabula insequentia nobis obscura; מן טהרך forsan «e loco *Taharak* oriundus» intelligendum.

341-342

Euting, 35; Huber, 2 et 3.

(Tab. XLIII.)

Tituli duo in eodem loco reperti : Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 7); Huber (*Journal*, p. 263). Eutingianam delineationem damus.



[ד]כיר אושו בר עלו

שלם לעלם

Commemoratus sit Aušu, filius ʿAlu.
Pax in æternum!

עלו nomen arabicum, cf. عَلٌّ «macie confectus» et غَلٌّ «sitiens».
Titulus alter valde obscurus : legimus שלם ....רמתוה בר; quid significet autem hoc nomen non valemus dicere.

343

Euting, 36; Huber, 57.

(Tab. XLIII.)

Eodem loco. Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 8); Huber (*Journal*, p. 265). Eutingianam delineationem damus : nil certum vero ab ea elicere possumus.

Scriptura antiquior videtur quam scriptura nabatæorum titulorum adhuc descriptorum : eam proprie aramæam potius quam nabatæam diceres. Titulus ergo quarto vel tertio ante J. C. sæculo forsan adscribendus.

344

Euting, 37; Huber, 4.

(Tab. XLIII.)

Loco dicto *Nedîm el-ʿErqub*, نضيم العرقوب, non procul Alaï, Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 7); Huber (*Journal*, p. 267). Delineationem Eutingii damus.



עבדת בר תלמו בר ברך

ʿObodat, filius Talimu, filii Barik.

עבדת nomen bene notum. — תלמו nomen arabicum, cf. nos 321 et 348. Secundam lineam legere non valemus.

ARTICULUS VI.

LOCUS DICTUS DJOBBEH.

345

Euting, 33.

(Tab. XLIII.)

Locus dictus *Djobbeh*, جبّه, juxta montem *Umm es-Selmân* situs est, ad septentrionem urbis Ḥail et regionis Hegrensis. Ibi Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 6) et Huber (*Journal*, p. 57), inter plures titulos sabæos vel protoarabicos, unum nabatæum repererunt. Delineationem damus quam Euting fecit et nobis benevolenter misit.



דכיר מלכו בר עדיו בר ברכו

Commemoratus sit Maliku, filius ʿAdiyu, filii Bariku (?).

עדיו nobis vix dubium, cf. supra, num 294; Euting עביו legit, tamquam cum magno ב scriptum, sed linea inferior nihil est aliud ac elongata cauda litteræ ע.

ARTICULUS VII.

OASIS DICTA EL-GAUF.

Oasis dicta *El-Gauf* الجوف medio itinere sita inter Hail et Damascum; ibi Huber et Euting, inter inscriptiones sabæas aut protoarabicas, aliquot nabatæas repererunt.

346-347

Euting, 31.

(Tab. XLIII.)

Loco dicto *Aṭueir*, اطوير, vel potius اَلطُوَيْر. Huber (*Journal*, p. 45); Euting (*Nabat. Inschr.*, p. 6). Delineationem damus quam nobis Euting fecit; hæc hæsitantes legimus :

דכיר ו בריך	*Commemoratus et benedictus sit*
מוטפרא	.....
מלכו	*Maliku.*
[ב]לי אמינו	*Vah! Aminu.*

348

(Tab. XLI.)

Loco dicto *Skaka*, سكاكة, non procul *Aṭueir* delineavit Huber inscriptionem, quam nabatæam agnovit (*Journal*, p. 43); delineationem ejus damus. Littera prima vetustior videtur ac solitæ nabatææ litteræ; caudam forsan omisit Huber. Cæteræ deformatæ : num culpa sculptoris an Huberi nescimus; lectu difficillimæ sunt et hæsitantes multum transcribimus :

שלם כרמו בר תלמו בר....	*Pax! Karimu filius Talemu filii.....*

De nomine תלמו vide supra, n°s 321 et 344.

ARTICULUS VIII.

PETRA.

Petra metropolis Nabatæorum. Eadem esse videtur ac Sela, סֶלַע, urbs primaria Idumæorum quam Amasias rex Judæ «apprehendit in prælio», et ejus nomen in Iokthеel mutavit, יָקְתְאֵל (II Reg., XIV, 7). Πέτρα, αἱ Πέτραι, apud Græcos; eam etiam, secundum Eusebium, Syri Ῥεκέμ vocabant (*Onomast.*, sub verbo). Urbs sita est inter Mare Mortuum et Sinum Ælanitem, in valle altissimis rupibus cincta. Præcipuum Nabatæorum emporium. Huc conveniebant itinera mercatorum, aromata pretiosasque Arabiæ merces Palmyram et Gazam advehentium, aut etiam Sinum Persicum petentium (Plin., *H. N.*, VI, 32; Strab., XVI, IV, 18-23). Sub regibus nabatæis in magnas opes crevit, etiam sub romana ditione floruit; quæ supersunt ruinæ, usque in hodiernam diem pristinum splendorem demonstrant; admirabilia præcipue sepulcra, quæ in rupe summa arte excisa, urbem circumdant, alteram urbem quasi efficientia, splendidissimis monumentis insignem, quam saxea sua indoles ab injuria temporis in æternum servare valet. Hæc rudera primus Burckhardt anno 1812 vidit et descripsit (*Travels in Syria and the Holy Land*, London, 1822); postea anno 1817 sedulo inspexerunt Bankes, Irby et Mangles (*Travels*, c. VIII). Prima vero monumentorum delineatio a Laborde et Linant anno 1829 effecta est (*Voyage de l'Arabie Pétrée*, 1830). Quos secuti sunt multi viatores; illorum autem narrationes nominatim commemorandi non est hic locus; de re epigraphica agere sat est. Quod ad eam spectat, notandum est inscriptiones hucusque in ruderibus Petræ inventas perpaucas esse; nec facile intelligi potest quam ob causam in ipsa Nabatæorum metropoli tam raræ appareant, quum manifestum sit Nabatæos assuetos esse monumenta sua numerosis titulis insignire. Animadverterunt R. P. Lagrange et J. Euting parietes monumentorum e rupe excisorum tectorio oblinitos fuisse opere, quod vetustate fere ubique collapsum est; si, ut probabile videtur, inscriptiones huic operi impositæ erant, cum eo humi ceciderunt et evanuerunt.

Igitur per multos annos vix unus aut alter titulus detectus est. Tres parvos textus transcripserunt Ross (1854) et Marsh (1858) quorum sensus diutius interpretes fugit; textus majoris momenti quos anglus Frazer (1855) et helvetus Ehni (1862) detexerunt et inexperta manu descripserunt, latuerunt inediti usque dum ætate nostra a Vogüé nostro partim editi sunt (*Journal asiatique*, 1896-1897). Eodem tempore R. P. Lagrange, Scholæ biblicæ Hierosolymitanæ præses, quum Petram Academiæ nostræ auspiciis petiisset, supradictos textus rursus detexit et, adjuvante R. P. Vincent, optime delineavit; quibus sexaginta circiter proscynemata addidit, quæ variis in locis collegerat. Chartacea etiam præcipuorum textuum ectypa sumpsit; quæ dum, mense octobri, anno 1897, secundum Maris Mortui littus iter faciens, secum asportaret, fere omnia amisit, nefandis latronum insidiis quas vix, non sine vitæ discrimine, effugit. Præcipuos textus edidit M. de Vogüé (*Journal asiatique*, 1897-1898), reliquos Lagrange ipse (*Revue biblique*, 1897-1898). Mense aprili, anno 1897, R. P. Germer-Durand insignem regis Rabili titulum invenit. Mense autem martio, anno 1898, doctus vir J. Euting, quum se cl. professore Brünnow comitante Petram contulisset, amplissimam ectyporum et apographorum collectionem solita sollertia confecit solitaque comitate nobiscum communicavit. Mense junio, anno 1899, cl. vir Carolus Wilson, ab itinere Petrensi redux, nobis obtulit

(Impressum mense junio 1902.)

aliquot apographa et tres imagines quas arte photographica exprimendas curaverat D. Hornstein. Nuper denique, dum jacebat sub prælo opus nostrum, a R. P. Jaussen Scholæ biblicæ Hierosolymitanæ professore, apographa et ectypa nonnulla accepimus, quæ mense martio hujus anni 1902 ipse sumpsit. Ea documenta omnia quæque suo loco descripta et suo numero distincta invenies.

Ichnographiam sequenti pagina damus, professoris Brünnow manu effictam, quam nobis liberaliter dono dedit : accuratissimam locorum descriptionem et monumentorum distributionem præbet.

349

(Tab. XLV.)

Titulus basi marmoreæ quadratæ inscriptus, quam detexit R. P. Germer-Durand, mense aprili, anno 1897, in mediis urbis ruderibus, non procul a loco dicto *Qaṣr-Fir'aun*, قَصر فِرْعَون. Lapis circiter $0^{m},76$ altus et $0^{m},525$ latus, statuam olim sustinebat. Chartaceum ectypon et imaginem arte photographica expressam sumpsit R. P. Germer-Durand, quæ ad Clermont-Ganneau nostrum liberaliter transmisit. Monumentum rursus visitaverunt et delineaverunt R. P. Lagrange et J. Euting. Imaginem tabula XLV damus ex optimo ectypo effictam quod R. P. Lagrange nobis misit.

Edidit Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orientale*, II, p. 221 et seq., 405; cf. *Album d'antiquités orientales*, tab. XLV, 1 1. — De eo egit Berger, *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, sér. IV, t. XXV (1897), p. 226.

Sic legendum, transcribendum et restituendum putamus :



1 [דנה צ]למא זי רבאל מלך נבטו

2 [בר עבד]ת מלך נבטו זי הקים לה

3 .....בר חימ.ני רבא וחרתה

4 .....בירח כסלו זי הו שמרא

5 [שנת] 16 לחרתת מלכא

1 [*Hæc est*] *statua Rabel, regis Nabatæorum,*

2 [*filii 'Oboda*]*t, regis Nabatæorum, quam erexit ei*

3 .....*filius Ḥayam.ni magni, et renovavit eam*

4 [.....] *mense Kaslev qui est Samara,*

5 [*anno*] *XVI Ḥaretat regis.*

Lin. 1. Initii facilis restitutio. De Rabilo I certe agitur qui initio primi ante J. C. sæculi regnabat; Rabilus II enim ultimus est regum Nabatæorum. — Forma pronominis : זי pro די remotam ætatem sapit.

Lin. 2. Initio nomen patris Rabili deest, qui et ipse rex fuit Nabatæorum; ergo Obodas I, עבדת, cujus nummos habemus (Babelon, *Mélanges numism.*, I, p. 76) et qui Rabili prædecessor fuit; ultimæ ejus nominis litteræ vestigia conspicua. — הקים « erexit », pro אקים, forma antiquior conjugationis causativæ cum ה præformativo pro א; cf. supra, sub nis 161, 164.

Lin. 3. Initio quinque circiter litteræ perierunt : nomen viri voventis efformabant; primas quæ perstiterunt litteras, בר, pro nota filiationis habemus, quam sequitur nomen patris. Hujus nominis lectio non omnino certa; penultima enim littera mutila ז vel נ esse potest; itaque



Héliog. Dujardin

Fr. Brünnow del.

legendum : חימנני vel חימנני, nomen nobis novum. Cf. tamen supra, sub n° 338 : חימו; quod illic forsan est nomen apocopatum, sicut תימו, עבדו, ceteraque; hic vero compositum cum nomine deæ Nanææ. (Cf. כרנני, apud J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, Berlin, 1899, p. 6.) Aliter rem intelligit J. Euting. Suspicatur litteram ב ultimam esse nominis viri voventis, et quæ sequuntur ejusdem esse cognomen, nempe רחימנני, compositum e רחים « amatus » et nomine divino נני. Quæ interpretatio nobis minus placet.

רבא in inscriptionibus palmyrenis « natu major » (Vogüé, P. n^is 33, 45); hic vero potius dignitatem quamdam significat.

חדתה « eam renovavit, restituit ». De nova statuæ instauratione agitur, postquam injuriam quamdam passa erat. Similis mentio in græcis et latinis inscriptionibus frequens. Cf. etiam, supra, n°s 158, 235. Quæ restitutio a viro effecta est cujus nomen initium sequentis lineæ occupabat, sed evanuit.

Lin. 4. כסלו, nonus anni mensis secundum Judæos; tertius vel etiam nonus apud Palmyrenos כסלול, cui respondet Ἀπελλαῖος; cf. Clermont-Ganneau (*Études d'archéol. orientale*, II, p. 63, et *Recueil d'archéol. orientale*, II, p. 226; III, p. 205). — זי הו שמרא vel שמרא certum, etsi הו partim erasum; quæ locutio alterum mensis Kaslew nomen indicat, sive apud Arabes usitatum, sive apud Nabatæos ipsos notum ex antiqua et obsoleta consuetudine. Eamdem locutionem די הו eodem sensu jam repperimus apud Nabatæos, supra, sub n° 161.

Lin. 5. De Areta Philhelleno sane agitur, cujus annus decimus sextus anno 70 ante J. C. respondet. Ergo nabatæus titulus est quo nullus antiquior hucusque inventus est; quæ ætas cum scripturæ forma et scribendi ratione (זי, הקים) congruit.

350

(Tab. XLVI.)

Titulus sepulcro insculptus e rupibus exciso, in valle dicta *Wâdi Išé*, وادى إشه, quod Arabes hodie *Qabr et-Turkmân* قبر التركمان nuncupant. Monumentum Irby et Mangles breviter descripserunt, sub nomine *Umm ʿAmdân* ام عمدان; Doughty (*Travels in Arab. Deser.*, I, p. 42) imperfectam ejusdem dedit delineationem. Primus R. P. Lagrange illud, anno 1896, adjuvante socio suo R. P. Vincent, sedulo inspexit et arte photographica expressit; rursus anno sequenti visitavit; e documentis quæ nobis transmisit ichnographiam monumenti et sectionem delineavimus quas hic juxtapositas invenies; orthographiam sequenti pagina damus.



Ex his figuris apparet monumentum ex duobus constare conclavibus (A, B), in petra excisis, quorum prius $10^{m},20$ in omnes partes patet, posterius vero $10^{m},20 \times 5^{m},45$. Septentrionali posterioris istius conclavis lateri excisum est cubiculum, in quo loculus in formam *arcosolii* instructus; nullum vero aut fossæ aut sarcophagi vestigium.

Super portam quæ conclavia jungit (C) excisum est cubiculum parvum, muro in duos loculos divisum, quorum uterque sarcophagum e petra excisum continet; murus calce trullissatus introitum cubiculi ita occludebat ut quum opus integrum esset, sepulturæ omnino laterent. Hodie vi perruptæ patent, sarcophagi mutili sunt : nec per P. Lagrange comperire potuimus an vestigia titulorum præberent.

Monumenti frons in speciem domus excisa, columnis exornatæ, viginti metris circiter altæ; artis architectonicæ genus e græco et ægyptiaco mixtum, sicut et in monumentis hegrensibus; columnarum capitula, ad corinthiacam formam præparata, imperfecta relicta sunt. Corruit pars inferior ædificii. Ante ostium sepulcri patet area (D), e rupe partim excisa, partim muro circumdata ubi saxum defuit; 23^{m},80 lata et 21^{m},00 longa. Vestigia muri conspicua; e vestigiis etiam apparet structuram quamdam in loco quod littera E signavimus exstitisse, sex metris latam; ab ima valle triginta circiter metris distat, ubi manant aquæ hiemali tempore et arbores nonnulli semper virescunt. In angulo areæ *n*, R. P. Vincent rudera canalis notavit e saxo excisi.

Titulus, tabulæ inscriptus, 3^{m},90 longus et 1^{m},20 altus est; a solo 6^{m},35 distat. R. P. Vincent, R. Patris Lagrange socius, nonnullis obstantibus impedimentis aut periculis, rudis scalæ auxilio fustibus et funibus fabricatæ, id assecutus est ut chartaceum ectypon nigro colore distinctum sumeret; cujus imaginem sole expressam sub *a* damus. Aliquot litteras, quæ deficiente charta omissæ sunt, ex eximio apographo restituimus cura ejusdem R. Patris efficto. Sub *b* imaginem addimus ex optimo ectypo sumptam quod J. Euting manu sollerti perfecit et nobiscum liberaliter communicavit. Collatis his imaginibus constat lectionem nullo modo dubiam esse.

Hunc titulum delineavit A. H. Frazer, cujus apographon edidit J. Hoog, *Transactions of the Royal Society of literature of the United Kingdom*, second series, vol. V (ann. 1856), p. 57, nulla interpretatione tentata; eum quoque descripserant Irby et Mangles (*Travels*, c. VIII), sed horum delineationem reperire nequivimus. — Tituli interpretationem primus agressus est M. de Vogüé, in *Journal asiatique*, IXe sér., t. VIII (sept.-oct. 1896), p. 304-316, ope solius Frazerianæ delineationis; quam, accepto ectypo a PP. Lagrange et Vincent desumpto, retractavit in eodem volumine, p. 485-496, et in *Revue biblique*, t. VI (ann. 1897), p. 231. — Postea animadversiones protulerunt : Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéologie orientale*, t. II, p. 93, 128. — Th. Nœldeke, *Zeitschrift für Assyriologie*, t. XII, p. 1. — J. Barth, *American Journal of Semitic languages*, t. XIII, p. 266. — H. Winckler, *Altorientalische Forschungen*, Reihe 2, Bd. I, S. 1 (1898). — S. Fraenkel, *Zeitschrift für Assyriologie*, t. XII, p. 401. — Ipse Vogüé, *Journal asiatique*, IXe sér., t. X (1897), p. 214; t. XI (1898), p. 140.

[illegible]

1 קברא דנה וצריחא רבא די בה וצריחא זעירא די גוא מנה די בה בתי מקברין עבידת גוחין

2 וכרכא די קדמיהם וערכותא ובתיא די בה וגניא וגנת סמכא ובארות מיא וצהותא וטוריא

3 ושארית כל אצלא די באתריא אלה חרם וחרג דושרא אלה מראנא ומותבה חרישא ואלהיא כלהם

4 בשטרי חרמין כדי בהם פפקדון דושרא ומותבה ואלהיא כלהם די כדי בשטרי חרמיא אנו יתעבד ולא יתשנא

5 ולא יתפצץ מן כל די בהם מנדעם ולא יתקבר בקברא דנה אנוש כלה להן מן די כתיב לה תנא מקבר בשטרי חרמיא אנו עד עלם

1 *Hoc monumentum, et conclave magnum quod in eo est, et conclave parvum quod intus est et quæ in isto sunt sepulcra, opus loculorum,*

2 *et septum quod ante ea, et porticus et ædes quæ in eo sunt, et horti et triclinium (?) et fontes aquarum, et piscinæ (?) et muri (?)*

3 *et reliqua omnia quæcumque quæ in locis istis sacrata sunt et devota Dušara deo domini nostri et throno ejus munito et diis omnibus,*

4 *secundum libellos consecrationum sicut in eis (scriptum). Et jussum Dušara et throni ejus, et deorum omnium (est) ut agatur sicut in libellis illis consecrationum (scriptum est) et ne mutetur*

5 *vel corrumpatur ex omnibus quæ in eis (scripta sunt) quicquid, et ne quis sepeliatur in monumento isto, præter illum cui licentia sepeliendi inscripta est in libellis consecrationum prædictis, in æternum.*

Lin. 1. Collatione textus et ichnographiæ constat primam lineam accuratam præbere monumenti descriptionem, et suum cuique monumenti parti nomen sedulo impositum fuisse. קברא monumentum sepulcrale universum designat; צריחא conclave quodque subterraneum in ipsa rupe excavatum; בתי מקברין sepulcra proprie dicta, id est binos sarcophagos; נוחין vero loculos quorum speciem usurpat cubiculum in duas partes muro interposito instructum.

צריחא arab. ضَرِيح «fossa». Cf. supra sub n° 213, ubi minus recte vocabulum «cella vel columbarium» interpretati sumus; hoc Clermont-Ganneau nuper detexit cum sensu funerali in arabico titulo, qui tumulum ornat quem Arabes prophetæ Aaron sepulturam esse credunt (*Recueil d'archéol. orientale*, II, p. 362). — De voce נוא vide Nöldeke, *loc. cit.* — De vocibus בתי מקברין vide eumdem doctum virum qui hanc locutionem cum syr. ܒܝܬ ܩܒܘܪ confert; itaque מקברין ut subst. plur. habendum cujus forma sing. מקבר infra, lin. 5, occurrit.

עבידת «opus»; vocabuli formam emphaticam sub n° 196 jam notavimus.

נוחין «loculi», st. absol. plur. Formas vocabuli alias, sub n^is^ 211, 213, jam habemus.

Lin. 2. כרכא, propr. «locus munitus» e rad. כרך «circumdare»; nobis area ante frontem monumenti (קדמיהם) instructa, ad celebranda funeralia et ad ritus certis diebus peragendos disposita. — ערכותא, vox dubiæ significationis cui, hebræo idiomate innixi, sensum «porticus» tribuimus. Vide apud Luynes (*Voyage à la Mer Morte*, p. 299 et tab. XLVI) aliud ejusdem loci monumentum cum area columnis ornata.

בתיא די בה. Quæ fuerint istæ «ædes» in septo constructæ dubium; domus ad habitandum difficile reputes. Vocabulum nobis eumdem sensum habere videtur ac in linea prima, et sepulcra in area effossa designare, qualia testatur Lagrange se Petræ vidisse ante nonnulla monumenta.

גניא «horti» seu rectius «pulvini» quibus ornamenti causa flores et arbusculi serebantur, qui mos, ut docet noster Maspero, etiam apud Ægyptios viguit.

גנת סמכא, ad litteram : «hortus convivii»; סמכא, syr. ܣܡܘܟܐ «accubitus, convivium»; locus sane ad convivia funebria celebranda, ad normam *triclinii* Romanorum cujus specimen adhuc conspicitur in cœmeterio Pompeiano.

Nuper Clermont-Ganneau (*Rec. d'archéol.*, II, 372, n. 1) conjecit סמכא eumdem sensum habere ac vocem arabicam سمك, nempe «lacunaria»; conjecit etiam vocabulum צהותא quod sequitur, eumdem sensum ac arabicum صهوة «tectum» habere (vide infra sub n° 354); necnon et גנת cum talmudico גנגן «thalami tectum, umbella» comparat; e juxtapositione vocabulorum istorum inferre licet hic, secundum Clermont-Ganneau, de quadam pergula vel porticu agi, tecto et lacunariis munita, quæ ad funeralia celebranda intra septum instructa erat.

בארות מיא «putei aquarum», cisternas designare putamus. Nota vocem באר præter morem aramaicum hic abjicere desinentiam masculinam in plurali (syr. ܒܐܪ̈ܐ); ergo stat. absol. efferendum בֵּאֲרָתָא. Aquæ ante sepulcra omnino necessariæ erant sive ad ablutiones, sive ad hortulos irrigandos. Hic sane canali adductæ erant cujus vestigia R. P. Vincent in angulo areæ detexit, ut supra diximus. Hujusmodi cisternas adhuc videre est Hierosolymis, in atrio monumenti *Sepulcra Regum* vulgo appellati.

צהותא. Vox difficillimæ interpretationis; Vogüé «solarium», Nöldeke «loca arida»; Barth vero, collato arabico صهوة, «piscina», quod nobis probabilius propter vicinum בארות מיא; eumdem sensum proponebat Clermont-Ganneau (*Recueil d'archéol. orientale*, II, p. 129); nuper vero, collata alia significatione ejusdem arabici vocabuli, de «tecto domus» intelligendum putat (*ibid.*, p. 372, not. 1), ut jam diximus.

טוריא æque difficillimum. Clermont-Ganneau «porticus, columnarum ordo», collato talmud. טורא. Nöldeke «montes»; conjicit enim צהותא וטוריא «loca arida et montes» designare quæ extra aream sita erant et ad monumentum pertinebant. Barth «saxorum parietes» quæ aream definiebant; Vogüé, collato hebr. טור, «muri» qui aream deficiente saxo occludebant.

Lin. 3. שארית כל אצלא. Vertebat Vogüé «reliquum omne una», id est : res omnes in septo comprehensæ quas auctor tituli hactenus non enumeravit; quem sensum contextus postulare videtur. Voc. אצלא quod prima vice in aramæo textu apparet ad hebr. אצל «juxta, ad latus» conferebat. Dissentiunt vero Clermont-Ganneau et Nöldeke qui collato arab. أَصْل, sensum «ager, fundus» proponunt; nec non Barth qui formam adverb. أَصْلًا «omnino» confert.

חרם et חרג nomina sunt substantiva. חרם satis notum; חרג, arab. حَرْج «abdicatum, vetitum» (Clermont-Ganneau, *loc. cit.*), vocis חרם fere synonymum. Cf. hebr. חרג «tremuit, trepidavit».

ומותבה חרישא. Vocem מותבה jam supra invenimus (n° 198) ubi opinioni M. de Vogüé, qui illam habebat

ut proprium nomen divinum, subscripsimus. Re autem maturius perpensa, hanc sententiam rejicimus et ipse Vogüé nobiscum. Desinentia in ה suffixum innuit, et demonstrat vocabulum pro attributo quodam dei Dušara accipiendum. Etymon e rad. ܝܬܒ (hebr. ישב) «sedere» repetendum; sensus vero minus clarus; Nöldeke olim interpretabatur «ejus thronus», nunc autem «ejus concilium» (arab. مَجْلِسَهُ); Clermont-Ganneau, dubitanter vero «ejus παρέδρος»; si autem recordaberis quanti faciunt «thronum Dei» libri apocalyptici, præsertim judaicæ originis, tibi fere certa erit interpretatio vocabuli per «thronum, solium». Sæpe enim thronus Dei personaliter pro ipso Deo apponitur. Cf. exempli gratia, *Apoc.*, XII, 5, ubi Deus et thronus Dei conjunctim sed distincte commemorantur (πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πρὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ). Cf. supra מיתבא (sub n^is 114, 117).

חרישא, vocabulum in appositione, ut aiunt, ad vocabulum מותבה; patet tum absentia conjunctionis ו, tum omissione ipsius nominis linea seq. Quomodo efferendum, immo an חרישא non autem חדישא legendum sit, incertum ex ipsa scriptura; si autem admiseris vocem מותבה «thronum ejus» significare, facilis evadet lectio et interpretatio; tibi erit participium verbi חרש, arab. حَرَسَ, «custodivit, munivit», ut docet G. Hoffmann (apud Lidzbarski, *Handbuch d. nordsemit. Epigraphik*, p. 281). Recordare etiam nominis proprii nabat. חרישו, græce Ἄρισος, quod frequens est in titulis sinaiticis.

Lin. 4. בשטרי חרמין «in libellis consecrationum»; שטר «libellus» jam supra, sub n^is 204, 221, habemus. Vide Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéologie*, II, 131.

פפקדון «et jussum» dei Dušara. Lectio ab ectypis certa; vocabulum igitur substantivum est, ejusdem formæ ac דכרון (Esdr., VI, 2; supra, sub n^is 163, 169, 338); hebr. זִכָּרוֹן, cf. syr. ܦܘܩܕܢܐ. — אנו «illi», pronom. demonstr. objecti remoti, ut syr. ܗܢܘܢ (contract. ex ܐܢܘܢ et ܗܐ); opponitur pronom. objecti proximi : אלה «hi», superiore linea. — יתשנא; talmud. שנא, syr. ܫܢܐ «mutatus est». Notat Nöldeke in nostra dialecto metathesim litteræ ת, sequente littera sibilanti, non semper fieri. Cf. יתזבן (supra, sub n° 208).

Lin. 5. יתפצץ. Sensus e contextu liquet; de violatione vel transgressione legis agitur in libellis consecrationum inscriptæ; verbum ergo פצץ «violare, transgredi» interpretabimur. Vicina sunt hebr. פצה, arab. فضّ, et syr. ܦܨ «confregit».

מנדעם «quidquid»; vocab. jam supra, sub n° 141, invenimus; de hujus etymologia cf. R. Duval, *Gramm. syr.*, p. 304. Invenimus in palmyr. מדעמא, in targ. מדעם, in syr. ܡܕܡ, in mand. מינדעם. — Quæ sequuntur locutiones simillimæ sunt eis quæ in titulis Hegrensibus reperimus. Cf. præsertim, supra, n°s 197, 209, 217, etc.

תנא, e rad. נתן «dedit» deduxerat Vogüé. Dissentiunt Clermont-Ganneau et Nöldeke; hic erudite de ea forma disserens eamdem ac talmud. תנאי, et syr. ܬܢܘܝ «contractus, pactum» esse putat, quod probandum videtur; ille autem confert vocem תנה «hic», in titulo aramaico Saraïdin reperto inventam. Sensus autem e contextu satis patet; agitur de jure sepeliendi.

De tempore cui adscribendus titulus noster nihil certum; inspecta litterarum forma, conjicit M. de Vogüé aliquot decenniis ante æram christianam exaratum fuisse.

351

(Tab. XLV.)

Titulus imperfectus, inscriptus lapide mutilo 0^m,76 longo et 0^m,48 lato, qui fossam obturabat sepulcralem præ foribus magni monumenti excavatam, non longe a theatro. Repperit P. Lagrange, anno 1896, et ectypon chartaceum sumpsit e quo imago nostra efficta est.

Ediderunt simul M. de Vogüé in *Journal asiatique*, IXe sér., t. VIII (nov.-déc. 1896), p. 496, et R. P. Lagrange in *Revue biblique*, 1897, t. VI, p. 225. — Gray Hill imperfectam delineationem dedit : *Palest. Explor. Fund* Statements, 1897, p. 136. — Repetiit M. de Vogüé, *Journ. asiat.* (janv.-févr. 1898), IXe sér., t. XI, p. 144. — De eo egit Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéologie or.*, II, p. 380.

Sic legimus et transcribimus :



ענישו אח שקילת	*ʿOnaišu, frater Šuqailat*
מלכת נבטו בר	*reginæ Nabatæorum, filius. . . .*
. . . . .	

Nomen defuncti Vogüé prius עבישו legebat, collato titulo n° 195. Lagrange autem veram lectionem agnovit, cui Vogüé assentitur : ענישו, hucusque ignotum. Sane est arab. عُنَيْشٌ (Wüstenfeld, *Register*, p. 361), diminutivum scilicet e nomine rarissimo عُنْشٌ (Ibn Doreid, p. 247). Cf. infra, n^um^ 519.

שקילת nomen plurium reginarum; a rad. שקל, syr. ܫܩܠ, «sumpsit, tulit». Collatis nummis et titulo cui n^us^ 354, demonstravit Vogüé hic de Šuqailat illa agi quæ mater fuit regis Rabili II et imperii ejus consors.

Strabo nos docet (XVI, iv, 21) regibus Nabatæorum procuratorem adjunctum fuisse qui «regis Frater» dicebatur. Dubitandum ergo an ʿOnaišu consanguineus reginæ frater aut procurator fuerit, dum Rabilus sub annis tutelaribus agebat. Procuratorem fuisse, ab eo deducit Clermont-Ganneau quod verba אח מלכת in titulo nostro ante notam filiationis inscripta sunt, sicut mos est quum de munere publico agitur (cf. supra, sub n^is^ 161, 196); quod probandum videtur.

Titulus ultimis primi post J. C. sæculi annis adscribendus.

352-353

Euting, 29, 30.

(Tab. LIII.)

Duo isti tituli in interiore parte unius conclavis inscripti sunt, sub ingressu vallis *Es-Síq*, السيق, dictæ excisi. Septemdecim fossæ in area conclavis excavatæ patent quæ defunctorum corpora quondam continebant; supra plures fossas parieti conclavis incisa apparet imago monumenti, quod proprie

נפש dicebatur, cujus hic schema damus. Harum imaginum duæ inscriptionibus distinctæ sunt; titulus alter n° 352 sub נפש suo inscriptus est, alter n° 353 intra margines נפש sui; ut monstrat tabula LIII quæ sub n^is^ 352 *a* et 353 *a* integram utriusque נפש cum titulo suo descriptionem exhibet, et sub n^is^ 352 *b* et 353 *b* separatam utriusque tituli figuram. Apographon primus sumpsit parum sollerti manu Ross, anno 1854; paulo melius Marsh, anno 1858, bene Arconati, circa annum 1865. Chartacea ectypa primus, anno 1895, effecit nobisque misit Lagrange; alia postea ab Euting accepimus e quibus effictæ sunt nostræ imagines.

Edidit Blau, *Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, 1855, t. IX, p. 233; interpretari vero conatus deliravit; non melius Hitzig, *ibid.*, p. 737. — Melius apographon, sed sine interpretatione, dedit Marsh, *ibid.*, t. XII, p. 708. — Retractaverunt Levy, *ibid.*, t. XIV, p. 367, et Anonymus in ephemeride : *Litterarisches Centralblatt*, anno 1869, p. 770. — Verum sensum agnovit M. de Vogüé, *Syrie centrale, Inscr. sém.*, p. 90. — De eis disseruit etiam Schroeder, *Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, t. XXXIX, p. 532.

352  נפש זידקומו בר יקום

Monumentum Zaidqauwamu filii Yaqaum.

353 נפש יקום *Monumentum Yaqaum*

בר זידקומ[ו] *filii Zaidqauwam[u]*.

Dé voce נפש «sepulcrale monumentum» supra, sub n° 195, disputavimus. Vide quæ abhinc adnotaverunt R. Duval, tum in *Journ. asiat.*, IXe sér., t. III (jun. 1894), p. 557, tum in *Revue sémitique*, 1894, p. 260; et fusius Clermont-Ganneau, *Recueil d'arch. orient.*, t. II, p. 189.

זידקומו, ad normam nominis זידאלהי (supra sub n^is 187, 302) efformatum; an sit nomen theophorum in dubio linquimus. Cf. nomina arabica : زيد مناة, زيد الخيل (Ibn Doreid, 133, 236). In n° 353, ultima littera nominis זידקומו incisione imaginis ablata videtur; attamen lectio זידקום probabilis est infra, sub n^is 1179, 1180.

קומו nomen proprium raro occurrit (infra sub n° 443), elementum קומו vero pluries in compositis nominibus sicut אבן קומו (infra sub n^is 805, etc.); frequentius est קימו (n^is 822, 825, etc.). Non temere conjiceres aliquam relationem esse inter nomen קומו et nomen divinum שיע־אלקום, de quo vide *Rép. d'épigr. sém.*, n^is 86, 130.

יקום. Lectio aliquantulum dubia remanet. Nomen antea ab omnibus נקום legebatur; sed, inspectis ectypis, certum nobis videtur primam litteram נ non esse, sed valde probabiliter י, aut non sine difficultate ב. Etymon incertum.

354

Ehni, 354 [1]; Euting, 47.

(Tab. XLV.)

Loco dicto *El-Mer*, المير, qui distat a theatro quasi viginti minutis itineris. Centum circiter gradibus, e saxo excisis, ad cellam ascenditur, e rupe pariter excisam, $9^{m},25$ longam et 6 m. latam. Hæc cella, quæ aperta patet, nullomodo ad funereos usus instructa, sanctuarium est, ad sacros ritus constitutum, sicut cella Hegrensis *Ed-Diwan* dicta (Doughty, *Docum. épigr.*, XLIV; vide supra, sub n° 235), cujus forma similis. In ultimo cellæ pariete, parva excisa est concameratio quæ statuam quondam continebat. Conspectum hujus sanctuarii exhibet imago hic apposita, quæ ad fidem imaginis photographicæ nobis a cl. prof. Brünnow transmissæ incisa est. In medio parvæ projecturæ, quæ tectum in duas partes inæquales dividit, inscriptus est titulus. Hunc primus vidit et delineavit, imperfecte vero, R. Ehni, anno 1882; rursus eum detexerunt RR. PP. Lagrange et Vincent, anno 1897, et ejus apographon chartaceumque ectypon sedulo sumpserunt; ectypon a latronibus

[1] Numeri qui abhinc auctorum nomina sequuntur ii sunt quibus apographa ab Ehni sumpta in *Journal asiatique* (IXe sér., t. X, p. 199 et sq.), apographa a R. P. Lagrange sumpta in *Revue biblique* (t. VII, p. 165 et sq.) et apographa ab Euting sumpta in ejus enchiridio manuscripto designantur.

(Impressum mense junio 1902.)

laceratum est; sed novum perfectumque effecit Julius Euting, anno 1898, quod tabula nostra sole expressum invenies.

Titulus mutilus; hodie $1^{m},02$ longus; sinistra parte desunt circiter $0^{m},15$.

Edidit primus M. de Vogüé, *Journal asiatique*, IXe série, t. X (oct. 1897), p. 200. Repetiit *ibid.*, t. XI, p. 129, et *Revue biblique*, t. VII (1898), p. 172. — De eo egit Clermont-Ganneau, *Journal asiatique*, IXe série, t. X, p. 518-521, et *Recueil d'archéologie orientale*, II, p. 366-369, 370-381.

Legimus, transcribimus et vertimus hunc in modum :



1 דנה צלמא די עבדת אלהא די עבדו בני חנינו בר חטישו בר פטמון . . . . . .

2 ד.לו.ר ותרא אלה חטישו די בצהות פטמון עמהם על חיי חרתת מלך נבטו רחם עמ[ה ושקילת]

3 [א]חתה מלכת נבטו ומלכו ועבדת ורבאל ופצאל ושעודת והגרו בנוהי וחרתת בר הג[רו ברברה]

4 [בירח . . . . שנ]ת 29 לחרתת מלך נבטו רחם עמה

1 *Hæc est statua divi ʿObodat quam erexerunt filii Ḥonainu, filii Ḥoṭaišu, filii Paṭmôn . . . . . .*

2 *. . . . . deo Ḥoṭaišu qui in larario Paṭmôn proavi ipsorum; pro salute Ḥaretat regis Nabatæorum, qui amat populum* [*suum, et Šuqailat,*]

3 *sororis ejus, reginæ Nabatæorum, et Maliku, et ʿObodat, et Rabel, et Phaṣael, et Šaʿudat, et Hagiru, filiorum ejus, et Ḥaretat, filii Hagiru,* [*nepotis ejus,*]

4 [*mense . . . . . an*]*no* XXIX *Ḥaretat, regis Nabatæorum, qui amat populum suum.*

Lin. 1. De rege Oboda I agitur, qui initio primi ante J. C. sæculi regnabat, et, secundum Uranium (*Arabica*, lib. IV; apud Steph. Byz. sub v. Ὀβόδα) in numerum deorum post mortem receptus est (cf. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orientale*, I, p. 42; II, p. 366).

חנינו; arab. : حُنَيْنٌ, diminut. e حُنٌّ (Ibn Doreid, 320); græc. Ὄναινος (Waddington, 2409) vel Ὄνενος (ibid., 2147). Jam supra, sub n° 201.

חטישו nobis novum. Cf. græc. Ὄταισος, Ὄτασος (Waddington, n^{is} 1984, 2017, 2070 *c*, 2226).

פטמון. Vogüé, collato titulo Abydeno (supra, sub n° 126), ægyptiacum nomen notissimum Peṭ-Ammon legebat. Nobis potius e radice פטם «pinguis est», arab. فطم), «ablactatus est», unde celeberrimum nomen femin. فَاطِمَة.

Lineæ finis mutilus nec facile restituendus. Duas litteras quæ פטמון sequuntur Vogüé prius בר legebat; quod, eo ipso annuente, non probamus; notandum est enim litteram ב, in vocabulo בר, minorem et ubique in hoc titulo leviter incurvatam esse. Quæ fuerint litteræ non

agnoscimus quum a contextu mutilo nullum nobis veniat auxilium; evanuerunt enim ultima lineæ vocabula, humi collapsa, saxi frustis quasi in pulverem redactis.

Lin. 2. Initium obscurum; prima littera ד videtur esse, non tamen omnino certum; secunda mutila, quam י restituere fere cogimur. Sequitur litterarum globus לותרותרא, vocabulo certo אלה limitatus, difficillimæ autem interpretationis. Nomen numinis sane continet, sed ubi incipiat, dubium. Hoc numen dicitur אלה חטישו « deus τοῦ Ḥoṭaišu », secundum locutionem apud Nabatæos frequentem; habemus jam אלה קציו, אלה מראנא etc. (vide supra, sub nis 174, 176). Deus erat familiaris, sicut lar Romanorum, cui cultus domesticus reddebatur. Connexio quædam inter cultum numinis istius et cultum divi Obodæ regis sane ab auctoribus tituli constituta erat; quæ vero fuerit, propter lapidis ruinam, semper latebit.

די בצהות, locutio obscura; vocabulum jam sub n° 350 invenimus nec omnino placitam versionem dare valuimus; sensum « piscina » accepimus, quem tituli contextus suadere videbatur; contextus vero tituli præsentis aliam exposcit interpretationem, quum manifestum sit hic de monumento quodam seu de ædificii parte agi. Collato arabico صهوة, cui inter alios inest sensus « domus tectum, solarium », proponit Clermont-Ganneau (*Recueil d'archéol. orientale*, II, p. 372) hunc sensum vocabulo צהות attribuendum. Secundum Strabonem (XVI, iv, 26), mos erat Nabatæis aram super domos suas excitare, in qua quotidie libationes et tus Soli offerebant. Conjicit Clermont-Ganneau eam aram ad domesticos ritus etiam consecratam esse, et quasi lararii officium tenuisse. Putat ergo « deum τοῦ Ḥoṭaišu » suum proprium cultum habuisse in *lararío* quod Paṭmôn super domum suam instituerat; quod non improbabile est. Locutio די ב ea est quam jam repperimus quoties de institutione cultus divini in definito loco agebatur; vide supra, sub nis 113, 182, 218.

עמהם « eorum proavus ». Sensus e genealogia deducitur; eadem vox ab Arabibus alio sensu usurpatur : عَمّ « patruus », fem. عَمّة (syr. ܥܡܬܐ) « amita ». De hoc vocabulo fusius disseruit Clermont-Ganneau (*op. cit.*, p. 372), qui putat eamdem vocem cum eodem sensu agnoscendam esse supra in n° 182. Ei assentimur.

Ultimum lineæ vocabulum restituit Vogüé שקילת ad fidem nummorum in quibus apparet hoc nomen nomini regis Aretæ IV associatum, post mortem reginæ Ḥuldu (cf. Vogüé, *Revue numism.*, t. XII, 1868). Regis erat soror, ut docet vox אחתה initio lineæ sequentis sine ullo dubio legenda. An simul et conjux regis esset, non liquet; sed tanta erat, secundum Strabonem, morum dissolutio, ut rem ita se habere facile credas. Talis etiam consuetudo viguit apud reges Ptolemaicæ stirpis.

Lin. 3. Sequuntur nomina filiorum regis, nempe : Maliku, ʿObodat, Rabel (nomina jam nobis nota), Phaṣael, Šaʿudat et Hagiru. — פצאל « liberavit El », græce Φασάηλος (Joseph., *Antiq.*, XIV, vii, 3). Cf. nomina femin. Φασηέλη, Φασαιέλη (Waddington, nis 1928, 2445). Conferendum quoque palmyr. פציאל (Euting, *Epigr. Miscell.*, n° 13) necnon formæ apocopatæ פצי, פציו, apud Nabatæos frequentes (vide infra sub nis 701, 755, 758, etc.).

שעודת, collatis nominibus ejusdem formæ, uti מנוחת (supra, n° 209) quæ mulieres designant, putat Clermont-Ganneau nomen esse feminini generis. Nil tamen obstat quin viro inditum fuerit. Cf. infra, sub n° 786.

הגרו, arab. هَاجِرٌ « fugitivus » e radice هَجَرَ « fugit ». Nomen utriusque generis; hic et supra sub nis 200, 203, masculinum, sub n° 296 femininum. Cf. nom. bibl. הָגָר; occurrit etiam apud Palmyrenos.

בנוהי « filii ejus », Aretæ scilicet; non « eorum », nempe : Aretæ et Šuqailat. Ex quo apparet hos filios e primo regis matrimonio natos. Quanquam « filii » dicuntur, haud recte concludas nullam feminam his nominibus designari; vide exempla a Clermont-Ganneau recitata (*op. cit.*, p. 378, n. 7), in quibus vocabulum בני græco τέκνα respondet.

וחרתת בר הג[רו]. Satis mirum est nepotem a filio natu minore genitum in titulo commemorari; nomina enim filiorum regis ordine procreationis disposita esse videntur, dum primus nominetur Maliku ejus successor. Conjicit Clermont-Ganneau scriptum fuisse : בר הג[רו דנה « filius prædicti Hagiru ».

Annus 29 Aretæ IV anno 20 post J. C. respondet.

Ultimam tituli lineam sequuntur duo vocabula tempore recentiore et aliena manu saxo inscripta; solitas præbent exclamationes בלא שלם, *Vah! Pax!* de quibus supra, sub nis 235, 266.

355-384

(Tab. XLVII, XLVIII, LV *bis*.)

Eodem loco. Haud procul a cella dicta *El-Mer*, proscynemata multa saxo inscripta sunt, a peregrinis sane qui sanctuarium visitabant. Quædam R. Ehni delineavit, plura vero et melius RR. PP. Lagrange et Vincent, et iterum Euting; photographicas imagines effecit Hornstein. Apographa ab Ehni sumpta edidit Vogüé in *Journal asiatique* (IXe sér., t. X, nov.-déc. 1897, p. 198 et seq.). Apographa a RR. PP. Lagrange et Vincent sumpta, luce solis expressa, tabula XLVII invenies; quæ ab Euting, tabula XLVIII; imagines ab Hornstein effictas, tabula LV *bis*. Textus Lagrange edidit suos in *Revue biblique* (t. VII, 1898, p. 165 et sq.).

355. — Lagrange, 1; Euting, 87.



והבלהי בר גרמלהי *Wahballahi filius Garmallahi.*

שלם *Pax!*

Nomen והבלהי, omissa littera א, haud raro in titulis Petræ repertis scriptum est; cf. nos 359, 373, 470; frequentior tamen est scriptio plena והבאלהי, vide sub nis 360, 369, 420, 430.

גרמלהי, nomen eodem modo abbreviatum; forma integra : גרמאלהי (cf. nos 500, 525, 620, 672, etc.). Pronuntiamus *Garmallahi* collato titulo græco (Lepsius, 134), ubi nomen גרמאלבעלי, Γαρμάλθαλος redditur. Cf. *Garmallæ*, dativo casu (*C. I. L.*, X, 2638). Notandum vero nomen Γαράμηλος (Wadd., 2243) cujus forma semitica sane גרמאל; necnon nomen Σαμσιγέραμος (Wadd. 2564, 2567) cui respondet palmyrenum שמשגרם (Vogüé, P. 75). Quoad etymon, radix גרם chald., syr. et arab. «abscidit» significat, tropice vero «decrevit, statuit». — Vide גרמו, infra, sub nis 361, 362, 377, etc.

356. — Lagrange, 2; Euting, 91.



.....לו בר מלכו *....lu filius Maliku.*

Initium prioris nominis evanuit; an ultima littera sit ו aul ה dubium.

357. — Lagrange, 3; Euting, 88.

Hic titulus et qui eum usque ad num 364 sequuntur tituli, ita ab auctoribus suis intermixti sunt ut ordo nominum non clare appareret. Dabimus quæ nobis probabiliora e collatione apographorum et photographicæ imaginis videbuntur.



עבדרבאל בר *ʿAbdarabel filius*

ת.... *.....t.*

שלם *Pax!*

עבדרבאל «servus Rabili», nomen cum nomine regis efformatum, sicut עבדעבדת (supra, sub n° 188). עבדחרתת (n° 159). Cf. infra, sub n° 1225. עבדדושרא. gr. Ἀβδα-δουσάρης. — Patris nomen omnino incertum; lapis temporis injuria valde passus est; apographa sive a Lagrange sive ab Euting sumpta inter se non congruunt.

358. — Ebni, 355; Lagrange, 4; Euting, 92.



שלם חורו בטב *Pax! Ḥuru, in bono.*

חורו, arab. حُور (Ibn Doreid, 228), gr. Οὖρος (Wadd. 2114, 2270, etc.); videtur abbreviatum e חוראל aut simili. Cf. hebr. חור, nomen regis Madianitarum (Num. xxxi, 8). Occurrit jam nomen, supra, sub n° 191.

359. — Ebni, 355; Lagrange, 4; Euting, 92 *a*.



ואלו והבלהי בר דעת *Wa'ilu Wahballahi filius Da't.*

Sic legimus collato n° 376. — דעת; cf. nom. arab. دَعْثَة (Ibn Doreid, p. 291); sed etiam רעת legere licet.

360. — Ebni, 355; Lagrange, 5; Euting, 93.



והבאלהי בר בגלו *Wahballahi filius Bagilu.*

בגלו. Prima vice nobis occurrit; si a radice aramaica deducendum est, «loquax» significat (cf. syr. ܒܓܠ «clamavit»); probabilius vero ab arabica radice بَجَل «derivandum; cf. nom. بجالة (Ibn Doreid, p. 119; vide Wüstenfeld, *Register*, p. 101). — Eadem nomina sub n° 369.

361. — Ebni, 355; Lagrange, 6; Euting, 95.

גרמו *Garmu*

בר רעוי *filius Ra'aui.*

גרמו, haud rarum in titulis sinaiticis. Cf. gr. Γάρμος (Waddington, 2513). arab. جَرْم (Wüstenfeld, *Register*, p. 183). Suspicamur esse nomen theophorum cujus pars altera cecidit, scriptum itaque pro גרמאלהי aut simili.

רעוי, lectio aliquantulum dubia; cf. nomina biblica : רְעִי (Gen. xi, 18) quod in Evang. Lucæ (iii, 35) Ῥαγαῦ vertitur, et רעואל, nomen patri Iethro (Ex. ii, 18) ceterisque viris inditum.

362. — Lagrange, 7; Euting, 96.



גרמו בר *Garmu*

נמרו שלם *filius Namiru. Pax!*

נמרו, nomen e genere animali depromptum, ut videtur : نَمِر apud Syros, نَمِر apud Arabes, «pardus» vel «tigris». Haud improbabile est hujus nominis græcam transcriptionem esse vocem Ναμέρος (Wadd., 1984). Cf. נמרה, infra, sub n° 2876, נמרא, sub n° 458; et nom. arab. frequens النَّمِر (Wüstenfeld, *Register*, p. 335).

363. — Ehni, 355; Lagrange, 8; Euting, 97.

כלבו בר שלמו *Kalbu filius Šalmu.*

Nomina jam nota.

364. — Lagrange, 9; Euting, 94.



ואלו..... *Wa'ilu.....*

Hoc nomen conjungendum videtur cum signis post vocem שלמו in titulo superiore appositis, et interpretatu difficillimis. Forte restituendum עבדעבדת; vide apographon ab Euting descriptum sub *b* (tabula XLVIII).

365. — Ehni, 355; Lagrange, 10; Euting, 89.



ואלו בר תימו *Wa'ilu filius Taimu.*

Notissimá nomina.

366. — Lagrange, 11.

Fragmentum ex quo nihil certi erui potest. Forte : [ק]ימת [בר] עות[אלהי], collato n° 368, restituendum sit.

367. — Ehni, 355; Lagrange, 12; Euting, 98.



שלי בר כבירו שלם *ʿŠullai filius Kabîru. Pax!*

שלי, nomen jam invenimus; cf. sub n^is 208, 402. P. Lagrange proponebat legendum אכלו; sed inspecta imagine photographica vix dubia remanet lectio שלי.

כבירו «multus, magnus», deductum a verbo כבר; syr. ܟܒܝܪܐ e ܟܒܪ «multiplicatus est». Cf. arab. كَبِير «magnus», cujus femin. forma كَبِيرَة, ut nom. proprium usurpatur (Wüstenfeld, *Register*, p. 263). — Cf. אכברו, infra sub n° 975.

368. — Ehni, 355; Lagrange, 13; Euting, 99.



קימת בר *Qaiyamat filius*

עותאלהי שלם *ʿAutallahi. Pax!*

קימת legimus, collato apographo Eutingiano. Nomen conferendum est cum קומו. Vide sub n° 353. Cf. etiam nom. græc. masc. Καιαμάθου, in genit. casu (Wadd., 2002).

עותאלהי, arab. غَوْثُ ٱللّٰهِ, sab. עֹותאל; e rad. עות, arab. غوث «juvit, adjuvit». Cf. nom. biblic. עותי (Esdr., VIII, 14) quod pro עותיה. — Nostri nominis forma decurtata : עותו, jam supra occurrit sub n° 222.

369. — Ehni, 356; Lagrange, 14.



והבאלהי *Wahballahi,*

בר בגלו *filius Bagilu.*

Auctor idem sane ac auctor tituli sub n° 360 editi. — Secunda linea quam prætermisit P. Lagrange exstat apud Rev. Ehni cujus apographon damus sub littera *b* (tabula L).

370. — Ehni, 356; Lagrange, 15.



בטשו בר שבעלהי *Biṭašu, filius Šobʿallahi.*

שלם *Pax!*

בטשו, nomen frequens in titulis sinaiticis. Vide infra sub n^is^ 688, 903, etc. Cf. arab. بطَاش « animo præditus », et مُبَاطش, nom. propr. (*Qâmûs*); cʜaldaica dialecto radix בטש « pedibus calcavit » significat. — Patris nomen, si recte describitur, pro שבעאלהי, forma integra videtur esse nominis שבעו quod infra habemus sub n° 891.

370 *bis.* — Jaussen, 18.

Apographon P Jaussen damus tabula LI *bis.*



ששלם ואלו *Pax! Waʾilu,*

בר חרו *filius Ḥorru.*

371. — Ehni, 356; Lagrange, 16-17; Euting, 100.



שלם זידו בר תימו *Pax! Zaidu filius Taimu.*

קימת *Qaiyamat.*

זידו; nomen primum sic legimus collato titulo seq.; P. Lagrange legit בכרו, nomen quod occurrit in titulis sinaiticis (cf. sub n° 641); Euting proponit בדרו, arabicum scilicet nomen بَدْر.

קימת. Vocem infra titulum scriptam sic distincte legere licet apud Euting. Cf. tamen titulum sequentem eadem nomina continentem.

372. — Ehni, 357; Lagrange, 18; Euting, 191, 101 *a.*



שלם זידו בר תימו *Pax! Zaidu filius Taimu.*

ציעא *Ṣiʿa* (?)

Eadem nomina quæ in titulo superiore. Vox autem infra scripta ציעא legenda est, non autem בציעא, ut ex apographo Eutingiano clare apparet; rursus sub n° 375 occurrere videtur; interpretationem peritioribus relinquimus.

373. — Lagrange, 19; Euting, 102, 106.

שלם תימו בר והבלהי *Pax! Taimu filius Wahballahi.*

In fine, litteræ ינמם certæ videntur. Cf. apographon Eutingianum sub *b* (tab. XLVIII). Sensus nos latet.

374. — Lagrange; 20; Euting, 103.

שלם חביו . . . . עו *Pax! Ḥobaiyu . . . . ʿu.*

Vide delineationem ab Euting confectam, sub *b* (tab. XLVIII). חביו, lectio fere certa; forsan diminutivum nominis חבו (supra, sub nis 191, 207, 212, 291). Reliquum certo legere non valemus, præter litteras עו in fine. Haud temere restituas בר ודעו, nomen quod occurrit in titulis sinaiticis. Vide sub n° 668.

375. — Lagrange, 21.

Nomen seorsum scriptum, nisi forte sit exclamatio cum superiore titulo conjungenda. Inspectis signis legas צועא; videtur idem esse vocabulum quod jam invenimus sub nis 371, 372; ideo legendum ציעא proponemus.

376. — Lagrange, 22, Euting, 104.



דכיר והבלהי בר דעת
ועבדעבדת שלם

Commemoratus sit Wahballahi filius Daʿt,
et ʿAbdobodat. Pax!

וחבאלהי, cum א in medio distincte scriptum est apud Euting; vide ejus apographon sub *b* (tab. XLVIII); sed lectioni P. Lagrange favet nus 359 eadem nomina exhibens. — דעת, lectio fere certa. — Post עבדעבדת, habemus apud Lagrange exclamationem שלם; sed apud Euting עלים « puer », lectio forte melior.

377. — Lagrange, 23; Euting, 105.



עבידו *ʿObaidu*

בר גר[מו] ואלו *filius Gar[mu]. Waʾilu.*

Vestigia nominis גרמו satis distincta apud Euting.

378. — Lagrange, 24; Euting, 107.



שלם תאשרו *Pax! Tdširu (?)*

בר שמיתת *filius Šamîtat.*

Nomina interpretari non audemus. In priore, prima littera forte ח, quarta ד esse potest. An sit ibi vestigium nominis divini תא, de quo infra, sub n° 766, dubium. שמיתת, decurtatum e שמיתתאלה, infra, sub n° 423 B. Cf. שמית sub n° 205, et שמתו sub n° 411; necnon nomen aram. שמיתי, supra, sub n° 143.

379. — Lagrange, 25; Euting, 108.



פלס בר כירים שלם..

. . . .philos filius Kairis (?) Pax!

Vide apographon ab Euting descriptum sub *b* (tab. XLVIII). Nomina græca; patris forte Χαῖρις. Cf. etiam apographa tituli sub n° 480 descripti.

380. — Lagrange, 26; Euting, 109-110.

עבדרבאל.....שלמו — *ʿAbdarabel. . . . . Ṣalmu*

דכירין בטב..... — *. . . . . commemorati sint in bono!*

Ita legendum videtur ex apographo Eutingiano.— דכירין, jam sub n° 235 A; cf. דכירן, infra, sub n^is 812, 1115.

381. — Lagrange, 26, 27; Euting, 109-110.

שלמו

בר עבד[א]להי

Ṣalmu
filius ʿAbdallahi.

Sic legendum apud Euting. — Quod sequitur, דכיר, initium est tituli mutili.

382. — Lagrange, 28; Euting, 112.

Apographon ab Euting sumptum tabula XLVIII, sub *b*, damus; ab apographo Lagrangiano differt; neutrum clarum; in dubio remanemus.

383. — Lagrange, 29; Euting, 111.

Nihil certum præter voces .....זידו בר, *Zaidu filius*. . . . .

384. — Lagrange, 30; Euting, 113.

Apud Lagrange legitur בר אפשחא; apud Euting vero (sub *b*, tabula LXVIII) .....בר אפצא. Nomen אפצא jam supra invenimus, sub n^is 207, 221.

(Impressum mense junio 1902.)

385-389

(Tab. XLVIII.)

Loco, qui non multum distat a sanctuario nuncupato *El-Mer*, versus septentrionem, proscynemata ab Euting delineata.

385. — Euting, 114.



[illegible]	בריך תימלהי	*Benedictus sit Taimallahi*
[illegible]	בר ואלו	*filius Wa'ilu.*

Notanda scriptura prioris nominis, littera א omissa. Cf. והבלהי, sub n° 355.

386. — Euting, 115.



[illegible]	תימו	*Taimu*
[illegible]	תי....	*Ti....*
[illegible]	עם	.....
[illegible]	י.כל..	.....
[illegible]	.....	.....



387. — Euting, 116.

[illegible]	מרדו	*Mardu*
[illegible]	..גר	..*gar*
[illegible]	ואלו	*Wa'ilu.*

מרדו. Cf. nomen proprium masculinum hebræum מֶרֶד «rebellio» (I Chr. iv, 17, 18), et græcam transcriptionem Μάρδου, in genitivo casu (Waddington, n° 2429). Cf. etiam nomen proprium femininum مَرِدَة (Wüstenfeld, *Regist.*, 288). — Secundum nomen forte אבגר vel etiam הגר.

388. — Euting, 117.

Initium tituli imperfecti : [illegible]; probabiliter : אושאלהי; vide sub n° 413.

389. — Euting, 118.

Titulus mutilus. Lectio omnino dubia. — Prima exclamatio : שלם, ad n^um 388 pertinere videtur.

390-393 *bis*

(Tab. XLVIII, LI *bis*.)

Proscynemata rupibus incisa, non procul a loco *El-Mer* dicto, quæ delineavit J. Euting; ejus apographa sole expressa damus.

390. — Euting, 30.

Vestigia nominis imperfecte scripti, ut videtur : טים, שלם.

391. — Euting, 31,

שלם שילת *Pax! Silat* (?).

שילת. Lectio dubia. Secunda littera forsan ט vel ל; ultima ח? — Forte legendum צילת; cf. infra, sub n° 947.

392. — Euting, 32.

שלם דכרו *Pax! Dakaru.*

דכרו; cf. arab. ذَكَرَ « mas ». — Attamen probabilius nomen apocopatum est e דכראלהי, aut simili; ut apud Hebræos זִכְרִי « famosus, memoratus » (Ex., VI, 21) pro זִכְרִיָּה, et זִכְרִיָּהוּ. Referendum igitur ad rad. ذَكَرَ « recordatus est ». Cf. nomen gentis Δαχαρηνοί, ἔθνος Ἀραβίας (Steph. Byz., sub verbo).

393. — Euting, 34.



עוידו בר מצרי *ʿOwaidu filius Miṣrî.*

Infra, figura triangula rudi manu delineata, forsan imago monumenti נפש dicti.

עוידו, arab. عُوَيْدٌ, diminutiva forma nominis עודו frequentissimi (cf. sub n° 495). Vide etiam עוידא, supra sub n° 190. In antiquissimis Syrorum documentis nomen ܥܘܝܕ græce Ἀβειδά vel Ἀουείδος transcriptum habemus. Cf. *Thesaurus syr.*, col. 2826.

מצרי « Ægyptius ».

393 *bis*. — Jaussen, 15.

Apographon damus tabula LI *bis*. Hæc fert :



דכיר עבדת *Commemoratus sit ʿObodat*

בר חנינו *filius Ḥonainu*

מנקחתבצרא .....

Tertia linea nobis impervia; sed nullo modo possumus cum P. Jaussen interpretari : « e regione Bosræ ». Forte, emendato paululum apographo, legendum sit : מן קרם דושרא; cf. nnm 401.

394-395

(Tab. XLVIII.)

Proscynemata rupibus incisa, in valle dicta *En-Nedjr*, النجر, in via quæ descendit ab obeliscis; apographa ab Euting sumpta damus.

394. — Euting, 35, 36.



שלם עבדו בר *Pax! ʿAbdu filius*

ושע . . .

Nomen infra scriptum ושע[בדת א] compleri potest, cf. sub n° 402; vel etiam legendum : ושע[דו], aut quid simile. — Linea imperfecta cui Euting n^um^ 35 assignavit nullum sensum præbet.

395. — Euting, 37, 38.

שלם תמי *Pax! Tamai.*

Ad sinistram, initium alterius tituli : . . . שלם מ

396-399

(Tab. XLVIII.)

In eadem valle, loco dicto *Qaṣr el-Qanṭarah*, قصر القنطرة, apographa ab Euting delineata.

396. — Euting, 39.

שלם כבירו ש *Pax! Kabîru Š.*

Ad sinistram, vestigia forte nominis שלי; cf. supra n^um^ 367.

397. — Euting, 39 *bis*.



שלם ננית *Pax! Nanyat* (?)

Nomen dubiæ lectionis. Cf. infra, n^um^ 415, et palmyr. nomen נניא (Vogüé, P. 67).

398. — Euting, 40.



שלם עבדאלהי *Pax! ʿAbdallahi.*

399. — Euting, 41.

Finis cujusdam proscynematis : לי שלם.... Nomen forte sit שלי, vel יעלי. — Infra, imago parvi altaris.

400-404 *bis*

(Tab. XLIX, LI *bis*, LV *bis*.)

Proscynemata rupibus incisa, in via quæ ducit ab *El-Mer* ad locum dictum *El-Farasah*, الفرسة. Apographa ab Euting delineata tabula XLIX, imaginem vero photographicam ab Hornstein sumptam tabula LV *bis* habes; apographa P. Jaussen tabula LI *bis* adjecimus.

400. — Euting, 81.



דכיר קימת בר — *Commemoratus sit Qaiyamat filius*

עמרת בטב ו[שלם] — *ʿAmrat, in bono et [pace]*.

קימת, cf. supra sub nis 368, 371. — עמרת vel עמדת, semel jam occurrit in titulo Hegrensi (supra, sub n° 219), ubi feminam designat. Auctoris epitaphium infra habemus, sub n° 404. Cf. infra numum 1425.

401. — Euting, 82-83.



דכיר נבלו בר עוידו בטב

ושלם מן קדם דושרא

Commemoratus sit Nabalu filius ʿOwaidu, in bono et pace, coram Dušara!

נבלו, lectio fere certa. Cf. nom. arab. بنو نابل (Ibn Doreid, 235), et nom. syr. ܢܒܠ, *Nabal*. Sensus est : « ignavus ». — עוידו, cf. sub n° 393.

402. — Euting, 84; Jaussen, 11, 12.

Apographon Eutingianum habes tabula XLIX, imaginem photographicam tabula LV *bis*, apographon autem et ectypon P. Jaussen sub *c* et *d*, tabula LI *bis*.



דכיר אושעבדת שלי

דכיר עממו

*Commemoratus sit Auš*ʿ*obodat Šullai.*

Commemoratus sit ʿAmamu.

אושעבדת « munus Obodæ ». Similia sunt אושאלחי (n° 525), אושאלבעלי (n° 617).

עממו, nomen frequens in titulis sinaiticis; cf. sub n° 911.

שלי, nomen jam notum. Cf. numum 208, ubi corrigenda notatio Strabonis : pro VI, lege XVI. — Id nomen, spatio separatum, cum vicino proscynemate conjungendum non videtur.

402 *bis.* — Jaussen, 13.

Apographon damus tabula LI *bis*.

זכיר חורו	דכיר חורו	*Commemoratus sit Ḥuru*
בר תימו	בר תימו	*filius Taimu.*

Utrumque nomen notum. Vide sub n[is] 358 et 365.

403. — Euting, 85.

זכיר עבדעבדת	דכיר עבדעבדת	*Commemoratus sit ʿAbdʿobodat.*
[illegible]	.....	[*filius*] .....

403 *bis.* — Euting, 79 et 80.

Apographon ab Euting delineatum tabula LV habes, ubi numero 453 *b* mendose designatum est. Imaginem ab Hornstein sumptam tabula LV *bis* repperies.

בר [illegible]	...[א]פתח בר...	...*Aftaḥ filius*...
[illegible]מעבדת	....[תי]מעבדת	*Pax!* [*Tai*]*mʿobodat*.....

Titulus ab initio mutilus; nomina quæ legere valemus jam nota sunt. אפתח nomen sculptoris Hegrensis (cf. supra, sub n[is] 206 et sq.). — תימעבדת infra habemus sub n° 741.

404. — Euting, 86.

Ectypon ab Euting sumptum tabula LIII, sub *a*, damus; ejus apographon sub *b*, tabula XLIX.

נפש קימת בר	נפש קימת בר	*Monumentum Qaiyamat filii*
עמרת	עמרת	*ʿAmrat.*

Patris nomen עמרת legimus, collato altero titulo sub n° 400 edito.

Monumenti figura delineata est supra titulum, in modum pyramidis quadratis lapidibus exstructæ.

404 *bis.* — Jaussen, 14.

Ectypon et apographon damus tabula LI *bis*.

זכיר עמא[illegible]	דכיר . עמאו	*Commemorata sit .ʿameʾu* (?)

Dubia lectio; inter דכיר et עמאו, evanuit littera quæ כ vel מ fuisse videtur.

405-418 *bis*

(Tab. XLIX, L, LI *bis*, LIII.)

Loco dicto *El-Farasah*. Delineationes a P. Lagrange effictas tabula L damus; quas descripsit Euting tabula XLIX; imagines quasdam ab ectypis Eutingianis expressas tabula LIII, apographa vero et ectypa P. Jaussen tabula LI *bis* habes.

405. — Euting, 33 et 60.

Ectypon damus tabula LIII sub *a*.

דכיר כריזנו בר זידו

Commemoratus sit KRZINV *filius Zaidu!*

Lectio prioris nominis, chartaceo ectypo confirmata, certa est: significatio vero nos fallit.

406. — Lagrange, 21; Euting, 42.

Delineationes inter se discrepant et ab ipsarum collatione nil certi discernere valemus. Delineationem ab Euting factam sub n° 406 *b*, tabula XLIX, invenies.

407. — Lagrange, 32, 32 *a*; Euting, 44.

דכרון [טב] ושלם בתו....

Memoria bona et pax! Bat....

Proscynema magnis et gracilibus litteris exaratum, sed mancum in fine. Similem formulam habemus sub n° 459.

408. — Lagrange, 33; Euting, 43.



דכיר חייאלהי בר חוראל בטב

Commemoratus sit Ḥaiyallahi, filius Ḥurel, in bono.

Scriptura confusa ob litteras superinductas. Monet P. Lagrange multum abesse ut litteræ in lapide adeo distinctæ sint ac in apographo, suamquelectionem, quam nostram fecimus, magna cum cautela accipiendam esse.

חייאלהי. Cf. חייאל, supra sub n° 224.

חוראל «respexit El», e rad. חור (syr. ܚܘܪ) cum nomine divino. Inde patet frequentissimum nomen חורו apocopatum esse.

409. — Lagrange, 34.



דכיר והבאל שלם *Commemoratus sit Wahbêl. Pax!*

והבאל «dedit El», jam supra invenimus, sub n^is 173, 186.

410. — Lagrange, 35.

Fragmenta duo.

411. — Lagrange, 36; Euting, 45.



שלם אמראיעות בר שמתו

Pax! 'Amraya'ut filius Šamitu.

אמראיעות in sinaiticis titulis occurrit, infra sub n° 558. Nomen proprium compositum cum nomine يَغُوثُ quod numen a gente Medjid adoratum designat (*Qâmus*). Sensus forte sit «vir τοῦ Ya'ut». Cf. nomen arab. اِمْرُؤُ الْقَيْس (Ibn Doreid, 222.)

שמתו, græce Σάμεθος, in inscriptionibus Hauranitidis frequens (Wadd., 1970, 1976, etc.).

Infra ultimam vocem occurrit vocabulum נשא, quod ad titulum non pertinet. Cf. n^um^ 412.

412. — Lagrange, 37; Euting, 46.

Titulus superiori simillimus; eadem manu exaratus esse et eadem nomina exhibere videtur, etsi nonnullæ litteræ perierunt.

413. — Lagrange, 38; Euting, 46 *a*.

שלם אושאלהי בר תימו

Pax! Ašallahi filius Taimu.

Nomina frequentia. Pro forma consueta אושאלהי, exhibet apographon a P. Lagrange descriptum אושואלהי.

414. — Lagrange, 39-40; Euting, 46 *b*.

שלם שמתו *Pax Šamitu*

בר.... *filius....*

....ט

Patris nomen omnino incertum et in utroque apographo aliter descriptum. — Subter, extat vox דכיר, initium tituli deleti.

415. — Euting, 61; Jaussen, 8.

Apographon ab Euting descriptum damus sub *a*, tabula XLIX; apographon P. Jaussen sub *b*, et ejus ectypon sub *c*, tabula LI *bis*.

Titulus et duo proxime sequentes inscripti sunt pariete rupis in speciem tabulæ orthogoniæ disposito, ut videre est in apographo P. Jaussen.



שלם נבל[ו בר] כל[ב]ז

Pax! Nabalu filius Kalban.

Ita complendum esse proscynema suadet ectypon: נבלו, vide sub n° 401; כלבן : cf. כלבו; simili modo habemus ואלו et ואלן, שלמו et שלמן.

בר inter utrumque nomen conjecturaliter restituimus; fatendum tamen spatium satis exiguum esse; sed forte vocabulum ope signi // notatum fuerit.

416. — Euting, 62; Janssen, 9.

Ectypon ab Euting sumptum dedimus sub *a*, tabula LIII; ejusdem viri apographon sub *b*, tabula XLIX; ectypon perfectius P. Jaussen et ejus apographon sub *c*, *d*, tabula LI *bis* adjecimus.



שלם קראא וכתבא *Pax! lector et scriba.*

Litteræ omnes inspecto ectypo certæ sunt; quo modo aliter interpretari vocabula liceat non apparet. Notandum est in unam lineam cum sequenti descriptum esse proscynema; attamen, e specie scripturæ, potius cum linea superiore conjungendum foret, si quis mavult hanc locutionem ad alterum proscynema referre. Cf. sub n° 170.

417. — Euting, 63; Jaussen, 10.

Ectypon quod sumpsit Euting sub *a*, tabula LIII, et ejus apographon sub *b*, tabula XLIX; ectypon et apographon P. Jaussen sub *c* et *d*, tabula LI *bis* damus.



שלם אפתח .. *Pax! Aftaḥ*

Litteræ septem vel octo, post nomen אפתח scriptæ, fere evanuerunt; ultimæ רן... aut רך... fuisse videntur.

418. — Euting, 64.

Fragmentum. Præter solitas exclamationes nil certum.

418 *bis*. — Jaussen, 19.

Ectypon et apographon tabula LI *bis* damus.



בריך... *Benedictus sit...*

בר רקם שלם *filius Reqem. Pax!*

Auctoris nomen evanuit. — רקם «variegatus», lectio valde probabilis. Urbs Petra olim רקם appellata est (cf. p. 305); sed nomen est etiam personæ: ita nuncupatus fuit, inter alios, rex Madianitarum (Num. xxxi, 8).

(Impressum mense junio 1903.)

419

(Tab. L.)

Lagrange, 60.

Non procul a loco dicto *El-Farasah*, ubi via patet per gradus e rupe excisos, e regione sepulchri corinthiacis columnis ornati.



דכיר וחשו

Commemoratus sit Waḥšu.

וחשו, nomen quod prima vice occurrit. Cf. vocem arabicam وَحْش «onager»; item nomen arab. femin. وَحْشِيَّة «agrestis» (Ibn Doreid, p. 26).

420-423

(Tab. XLIX.)

Loco dicto *Deir Siyagh*, دير سيغ, proscynemata rupibus excisa. Apographa ab Euting delineata damus.

420. — Euting, 48.

Descripsit etiam Lagrange cujus apographon dedit M. de Vogüé (*Journ. asiat.*, loc. cit., sub n° 370).



דכיר והבאלהי

Commemoratus sit Wahballahi.

421. — Euting, 50, 51.

Fragmenta duo. Vestigia adsunt tantum litterarum cum imagine parvi altaris.

422. — Euting, 52, 54.



מנבניתא

Idem vocabulum bis scriptum; quid significet incertum. Sollerter conjecit Clermont-Ganneau esse formam feminini generis ethnici nominis mulierem, e civitate مَنْبِج, *Manbidj*, seu Hierapoli ad Euphraten, oriundam designantis. Vocabulum forte quis suspicabitur cum nomine אתרעתא conjungendum, quod eodem loco rupe inscriptum repperit Euting (vide sub n° sequenti); sed obstare videtur quod, etsi tituli 422 A et 423 non multo spatio separentur, attamen n^us^ 422 B ad dextram scriptus, a figura plusquam metro distet.

423. — Euting, 53.



אתרעתא *Atarʿata.*

אתרעתא; nobis novum. Videtur nomen compositum e verbo אתר, forte eodem ac arabico عَتَّر, et nomine deae עתא, quod etiam עתה haud raro scribitur, de qua vide, si lubet, M. de Vogüé, *Syrie centr., Inscript. sémit.*, P. 3. Verbum אתר jam supra invenimus in nomine אתרקדשו, sub n° 312. Cf. etiam n^um^ 69.

Supra titulum, figura quadrata in modum januæ, aditum sane quemdam spectans.

---

423 A-423 B

(Tab. LI *bis.*)

Proscynemata duo in sepulcro rupe exciso, loco dicto *ʿArqub ras ʿAmdân*, non procul a regione *el-Maʿaitereh* appellata invenit P. Jaussen. Ejus apographa et ectypa damus.

423 A. — Jaussen, 16.

Hæc fert apographon :

חריתו בר צאין *Ḥoraitu filius Ṣâyan* (?)....

Multum abest ut litteræ tam conspicuæ sint in ectypo, ceteroquin manco, quam in apographo. Ectypon potius primum nomen legendum חרתת.

צאין, tres litteras priores rursus inveniemus in ectypo sub n° 426 F edito, ubi littera proxime sequens esse videtur.

423 B. — Jaussen, 17.



.....אזי.....

....בר שמיתאלה

...יאאלהא שלם

....*azi*....

...*filius Šamitatallah.*

...*ya'allaha. Pax!*

Primam lineam legere non valemus : certum videtur, inspecto ectypo, nomen תימו non esse legendum in fine.

שמיתאלה, forma integra e qua decurtatum est nomen שמיתת, supra sub n° 378.

Litteræ tertiæ lineæ quas excripsimus nobis minime dubiæ sunt; initium periit, nomen divinum in יא desinens sane continebat, et quidem masculinum : unde יא[עז] restituere non licet.

424-426

(Tab. LI.)

Loco dicto *El-Maʿaitereh*, المعيثرة. Proscynemata ab Euting descripta. Ejus apographa damus tabula LI.

424. — Euting, 55.



זידקומו *Zaidqauwamu.*

Cf. n^um^ 352. — Etiam interpretari licet : זיד[כ]יר קומו

425. — Euting, 56-57.

Fragmenta duo, sine momento.

426. — Euting, 58-59.



דכיר מלמו בר.... *Commemoratus sit Malimu filius...*

מלמו antea ignotum. Etymon dubium. Forte peregrinum nomen; cf. phœnicium מלמן (*C.I.S.*, I, 340, 858), latine *Milimon* (*C.I.L.*, VIII, 9119). Facile quis conjicere potest apographon esse corrigendum in מלכו.

---

426 A-426 F.

(Tab. LI *bis* .)

Proscynemata sex eodem loco repperiit P. Jaussen. Ejus apographa et ectypa damus hac tabula.

426 A. — Jaussen, 1.



שלם שעדאלהי בר שלמן

Pax! Šaʿdallahi filius Šalman.

שעדאלהי, vide infra sub n° 490; — שלמן, supra, sub n^is^ 294, 302.

426 B. — Jaussen, 2, 3 et 3 *bis*.

דכי[ר] שלי בר עבדמ[לכו]

ואמתחל...מ.ע[ני]שו

Commemoratus sit Šullai filius ʿAbdamalku
et Amatalla[hi] (?) . . . . . ʿOnaišu.

Utrumque proscynema eadem manu delineatum esse non omnino certum est : probabile tamen.

Linea superiore ectypon fidem facit, litteram ר in vocab. דכיר omissam fuisse, et patris nomen septem lit-

teris scriptum esse; quarum quattuor priores omnino certæ sunt; duæ ultimæ conjunctæ vix aliæ quam ט esse possunt : valde probabilis igitur restitutio nostra. עבדמלכו nomen est ejusdem formæ atque nomina עבדעבדת (sub n° 373), עברחרתת (sub n° 422), עבדראבל (sub n° 357).

Linea inferior omnino obscura : litteræ ואמתחל omnino certæ; forte lapicidæ lapsu pro [הי]אמתאל? Ante litteram מ, habemus signum incertæ delineationis quod unam aut ægre duas litteras efformat; deinde occurrunt, post litteram מ, aliud signum incertum quod forte sit א vel ה, postea ע fere certum, deinceps ב vel ג, et י satis probabile, denique litteræ שו omnino certæ; conjecit P. Jaussen hic nomen ענישו (vide sub n° 351) agnoscendum esse; ante nomen expectes vocab. אם «mater»; sed quid de signo post מ insculpto? Numquid lapicida parum sollers hic iterum erraverit?

426 C. — Jaussen, 4.



עבדו שלם
בר חורו בר תבמו

ʿAbdu. Pax!
filius Ḥuru filii Tabemu (?).

An linea inferior cum superiore conjungenda sit nescimus. Ultimum nomen non omnino certum; secunda littera est ב vel ג; litteræ מו a præcedentibus separatæ sunt, littera מ lineæ superioris interposita.

תבמו, si recta est lectio, conferendum ad nomen fem. gen. תבם, supra sub n° 215. Legit P. Jaussen תלמו, nomen quod dubie proposuimus, sub n° 321, et mendose transcripsimus sub n[is] 344 et 348; nam sub n° 348 apographon distincte fert תימו, et sub n° 344 secunda littera incerta potius ב vel ג quam ל esse videtur.

426 D. — Jaussen, 5.

שלם אט[נ]ס בר עת[יכו]

Pax! Attagas (?) *filius ʿAt*[*iku*].

Auctoris nomen legit P. Jaussen עטלס, collato græco nom. Ἄτταλος; sed inspecto ectypo, tertia littera non satis ampla videtur ut eam pro ל habeamus. Forte sit ג, et nomen Ἀτταγᾶς.

עתיכו legimus patris nomen collato arab. عُتَيك (Wüstenfeld, *Reg.*, p. 93); apographon præbet עתישו, sed duæ priores litteræ tantum certæ; aliæ in ectypo non apparent.

426 E. — Jaussen, 6.



דכרון טב ל... שלם

Commemoratio bona τῷ . . . . . *Pax!*

Nomen tribus constat litteris, quæ adeo sunt dubiæ ut quid conjicere non audeamus. — Eamdem formulam habemus sub n[is] 407, 459, etc.

426 F. — Jaussen, 7.

Fragmentum dubiæ lectionis. Has litteras in apographo discernere nobis visi sumus : [illegible]כו בר צאים[illegible].

(Impressum mense junio 1902.)

427-440

(Tab. L, LI.)

Proscynemata sive a Lagrange sive ab Euting reperta rupibus excisa, ad viam qua ascenditur ad insigne monumentum dictum *Ed-Deir*, الدير, et prope ipsum monumentum.

427. — Euting, 68.

Fragmentum quod interpretari non valemus.

428. — Euting, 65.



שלם עבדאלהי בר *Pax! ʿAbdallahi filius.....*

429. — Euting, 66-67.

שעדא *Śaʿda*

בר ....ן *filius....*

שעדא, cf. similia nomina שעדו (sub nis 231, 253) et שעדי (sub no 460).

430. — Euting, 72; Frazer, III.



שלם והבאלהי[בר] פציו *Pax! Wahballah[i filius] Foṣaiyu.*

שלם [פציו] בר והבאלה[י *Pax! [Foṣaiyu] filius Wahballahi.*

Proscynema duplex cujus secunda linea fere evanuit; eam restituimus auxilio rudis delineationis quam fecit Frazer et edidit Hogg, anno 1856 (*Transactions of the R. Soc. of lit.*, II ser., vol. V, p. 57, sub no III), sine ullo commentario. Hanc primus interpretatus est M. de Vogüé (*Journal asiat.*, IXe sér., t. X, p. 205, sub no 367); eam damus tabula L sub *a*.

Nomen פציו, quod legendum videtur, in sinaiticis titulis frequentissimum est; cf. infra, sub nis 704, 758, 883, etc.

431. — Euting, 71.



שלם תימו בר מלכיון

Pax! Taimu filius Malkiôn.

מלכיון, diminutiva forma nominis מלכו. Cf. supra, num 201. Gr. Μαλχίων (Waddington, nis 1910, 2557 *a*).

432. — Euting, 69.



שלם עבדמודו וחדודת עלימת
ותיקת

Pax! 'Abdamaudu et Ḥaddudat puella
(τοῦ) Watīqat

עבדמודו æquo jure עבדמורו legendum, videtur compositum ex עבד et nomine מורו antea nobis incompertum. — חדודת a radice חדד «acutus fuit». Cf. nomen palmyr. חדודן (Vogüé, P. 96), græce Ἀδδουδάνης (Sachau, *Z. D. M. G.*, t. XXXV, p. 728 et sq., n° 6). Ultimum vocabulum, non sine dubio, componit Clermont-Ganneau cum arab. وَثِيقَة «constans, firma». Infra, sub n° 1114, habemus nom. masc. ותיק; unde proposita lectio.

433. — Euting, 70.



דכיר קזמס בר מעירו

Commemoratus sit Qozmas filius Mo'aieru.

קומס est nomen græcum Κόσμας, quod non raro in Syria Κοζμᾶς scriptum invenimus. (Cf. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch.*, II, p. 154.) — מעירו, græce Μοαιερος, in titulis sinaiticis; vide infra sub n° 802.

434. — Euting, 73.



שלם ענמו בר ..... *Pax! 'Animu filius .....a.*

Vide sub n° 213 quæ de nomine ענמו jam diximus.

435. — Euting, 74.



שלם עבדלהי *Pax! 'Abdallahi.*

436. — Euting, 75.



דכיר כלבא בר מיטל.

Commemoratus sit Kalba filius M.....

כלבא, nomen viri jam notum. Cf. supra, sub n° 213.

437. — Euting, 76.

Fragmentum tituli bilinguis. E græco textu discernendum vocabulum Τὸ προσκύνημα bis inscriptum; e nabatæo solitæ exclamationes solum certæ.

438. — Euting, 77, 78. — Descripsit etiam Lagrange et edidit M. de Vogüé in *Journ. asiat.* (loc. cit., sub n° 373.)



שלם שלי בר רבל[א] *Pax! Šullai filius Rabila,*

בטב *in bono.*

שלי, gr. Συλλαῖος, cf. supra, sub n° 402. — Alterum nomen רבלא, vel רבלא, legi potest. Cf. רבילת, vel דבילת, infra sub n[is] 830, 1318. P. Lagrange proponebat nomen עבטת, quod bis occurrit in titulis sinaiticis (infra sub n[is] 801, 1465); sed ultima littera ægre pro ת accipienda. Si legas דבלא, cf. nom. gr. Δαβήλου (Dussaud, *Voy. arch. au Ṣafa*, p. 203).

439. — Delineavit Lagrange; edidit Vogüé (*Journal asiat.*, loc. cit., sub n° 371).

Legebat P. Lagrange שלם בקיר; sed melius, ut nobis videtur, suspicatur Euting legendum אלמבקרו, nomen frequentissimum in titulis sinaiticis; de quo vide infra, sub n° 544.

440. — Descripsit Lagrange; edidit Vogüé (*Journal asiat.*, ibid., sub n° 372).

שלמו בר שלמו *Salmu filius Šalmu.*

Nomen jam notum. Cf. sub n[is] 210, 339.

441

(Tab. L.)

Proscynema quod delineavit Marsh, anno 1851, et edidit sine ulla interpretatione (*Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, t. XII, p. 709). De eo egit Levy (ibid., t. XIV, p. 368). Retractavit M. de Vogüé (*Journal asiatique*, IXe sér., t. X, p. 206, sub n[is] 368, 369). Delineationem insollerti manu a Marsh effictam sub *b* damus. Quam sub *a* jungimus, insollertiore manu effictam, a Ross anno 1854 sumpta est; nobis videtur secundam ejusdem proscynematis lineam exhibere; eam edidit Blau (*Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, t. IX, p. 233), interpretatus est M. de Vogüé (*Journ. asiat.*, loc. cit.).

Primam lineam dubitanter legimus : . . . דכרונא בטב; secundam majore cum confidentia : דכיר תימאלהי. Tertia forte nomen כלבו præbet.

442

(Tab. LII, LIV.)

Ehni, 359; Lagrange, 56; Euting, 16.

Loco dicto *El-Madrâs*, المدراس. Sanctuarium haud dissimile sanctuario *El-Mer* dicto, ad quod pariter gradibus e saxo excisis ascenditur; non longe distat ab introitu vallis *Siq*, سيق, dictæ. Cella aperta est cum concameratione, ad statuam recipiendam, intimo pariete excavata; alterum conclave

cellæ additum est, nullo ornamento distinctum. Loca descripsit R. P. Lagrange (*Revue biblique*, loc. infra cit.) quem secuti sumus. Titulus in conclavi altero tabula inscriptus, injuria temporis multum passus est; linearum initium evanuit. Apographon a R. Ehni sumptum edidit Vogüé (*Journal asiatique*, loc. cit.). Ectypon ab Euting effictum sub *a*, tabula LII, damus, apographon vero a R. P. Lagrange delineatum sub *b*, tabula LIV.

De textu egerunt : M. de Vogüé, *Journal asiat.*, ixe sér., t. XI, p. 129 (janv.-févr. 1898). — R. P. Lagrange, *Revue biblique*, t. VII (1898), p. 165 et seq. — Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, II, p. 379.

Sic legimus, restituimus et vertimus :



צלם דושרא אלהא די ע[בד	1	[*Statua Dušara dei quam*] *erexit*
[. . . . . בר ע[בד[חר]תת רב	2	[*N*. . . . . *filius ʿA*]*b*[*daḥare*]*tat, dux*
[משר]י[תא די ב . .]ציתא	3	[*castrorum quæ in* . . .]*sita*
על חיי	4	. . . . . *pro salute*
חרתת [מלכא] מלך נבטו	5	*Ḥaretat* [*regis*], *regis Nabatæorum*,
בר . . . . . [בירח א]ב	6	*filii* . . . . . [*mense A*]*b*
שנת 16	7	*anno XVI.*

Lin. 1. Titulus sine dubio ejusdem est generis ac titulus quem sub n° 354 edidimus; monumenta quæ utrumque continent similia sunt et ad similes usus instituta. De statua ergo hic agitur sacrata numini in cujus honorem cella ædificata est; numinis nomen evanuit; forte Dušara, numen nempe regiæ stirpis quod invocatur in proscynemate cellæ parietibus inscripto mox sub n° 443 edendo. Id restituimus, paucis additis vocabulis, propter spatii exiguitatem.

Lin. 2. Ultimum vocabulum nobis רב « dux, præses ». Initium lineæ occupabant nomina viri voventis et patris ejus; ultima nominis littera ת solum superest; tempore Ehni תת legebatur, unde חרתת valde probabile; restituimus עבדחרתת propter spatium, nomen satis notum, quod patri voventis assignamus.

Lin. 3. Sollertem secuti sumus restitutionem quam proposuit Clermont-Ganneau (*Recueil d'archéol.*, II, 370) : multum tamen abest ut eam indubitatam reputemus.

Lin. 4. על חיי omnino certum; eadem formula atque in titulo sub n° 354. Initium evanuit, nec id restituere audemus.

Lin. 5. R. P. Lagrange restituebat ו[חרתת בר מלכ] et conjiciebat hic de principe agi, regis Malichi filio, qui ipse non regnaverit. Littera quam R. P. Lagrange ו esse, dubitanter vero, conjicit, nobis valde incerta est; malumus signi fragmenta quæ supersunt pro reliquiis litteræ א finalis habere et vocem מלכא restituere, unde fit solita regis Aretæ III denominatio (cf. supra, sub n° 349).

Lin. 6. In ectypo vocab. בר certum videtur, necnon et nomen mensis אב, in fine. Cetera evanuerunt.

Lin. 7. Initio numerus annorum. Annus autem 16 regis Aretæ III anno circiter 70 ante Christum respondet.

443

(Tab. LI, LII, LIV.)

Lagrange, 41; Euting, 18 et 25.

Eodem loco. Proscynema parieti cellæ inscriptum quæ *El-Madrâs* vocatur; litteræ majores et altius exsculptæ; a solo circiter 3 metris distat. Primi delineaverunt et ectypon chartaceum sumpserunt R. P. Lagrange et Vincent, quorum delineationem tabula LIV sub *c* damus; rursus J. Euting, cujus delineationem sub *b*, tabula LI, et ectypon sub *a*, tabula LII, habes.

Ediderunt simul M. de Vogüé, *Journal asiat.*, IXe sér., t. XI (janv. 1898), p. 138, et R. P. Lagrange, *Revue bibl.*, t. VII, (1898), p. 177.



1 דכיר והבו בר קומו

2 ואמה עלימתדאס

3 בטב מן קרם

4 דושרא אלה מדרסא

1 *Commemoratus sit Wahbu filius Qauwamu*

2 *et* . . . . . .

3 *in bono coram*

4 *Dušara deo Madrasa*

Lin. 1. Lectio omnino certa. והבו, ar. وَهْبٌ «donum», cf. והבא supra, sub n° 207; gr. Οὐαβῶ (Wadd., 2245). — קומו sane e verbo قام «stetit»; forma tamen incerta; contulit Euting ar. قَوَّامٌ «rectus, egregiam staturam habens».

Lin. 2. אמה, nomen proprium feminæ, jam invenimus supra, sub n° 204. Quæ sequuntur litteræ עלימת verbum «puella, serva», efficiunt, quod sine hesitatione acciperemus si e tribus ultimis litteris דאס vel דאס nomen proprium nobis eruere liceret. Sed forte nomen אמה hic est mascul. gener.; cf. Ἄμμου, in genit. casu (Wadd., n° 2429; Clermont-Ganneau, *Recueil d'arch.*, III, p. 348); tunc probabilior evadet lectio: (תראס) עלים תדאס. Forma nomen peregrinum indicare videtur; cf. biblic. Θαδδαῖος (Matth., x, 3), et rabbin. תדאי, frequens. Interpretari אמה «mater ejus» vix possibile est.

Lin. 3 et 4. Solita formula; e contextu apparet deum Dušara hoc in loco cultum fuisse; vocatur אלה מדרסא. Utrum sit מדרסא nomen viri aut loci? An attributum numinis? dubium est. Constat tantum sanctuarium nomen suum a vocabulo isto eduxisse, et usque ad tempora nostra servasse. Hodie enim ab Arabibus *El-Madrâs*, المدراس, vocatur, quæ appellatio a nabatæo מדרסא derivata videtur.

444-463

(Tab. LI, LII, LIII, LIV, LV.)

Eodem loco. Proscynemata parietibus supradictorum cellæ et conclavis inscripta. Pleraque edidit R. P. Lagrange, *Revue biblique*, t. VII (1898), p. 165 et seq.

444. — Euting, 17.

Fragmentum e quo nihil certi eruere valemus.

445. — Euting, 15.

Proscynema rubro colore scriptum. Lectio nobis impervia.

446. — Ebni, 361; Lagrange, 42; Euting, 13.

Ectypon chartaceum ab Euting sumptum habes tabula LII; delineationes vero tabula LIV.

דכיר אפלוניס *Commemoratus sit Apollonius!*

אפלוניס, transcriptio græci nominis Ἀπολλώνιος.

447. — Lagrange, 43; Euting, 26.

Lectio incerta.

448. — Ebni, 361; Lagrange, 44; Euting, 12 et 23.

Apographon Lagrange sub *c*, tabula LIV, apographon Euting sub *b*, tabula LI, damus, necnon sub *a*, tabula LIII, ectypon chartaceum ab Euting sumptum. Proscynema tabella inscriptum rubro colore depicta : lectu difficile. Hæc tamen discernere nobis videmur :

דכירה נעימת *Commemorata sit Noʿaimat*

אחת..... *soror.....*

נעימת, nom. femin., « suavis »; cf. nom. ar. masc. نُعَيْم (Ibn Doreid, p. 85), et hebr. נְעֳמָה (Gen., IV, 22, etc.). Nomen alterum incertum est; etsi Lagrange et Euting nonnullas litteras discernere sibi visi sint, nos tamen, inspecto ectypo, ab omni interpretatione abstinere malumus.

449. — Lagrange, 45; Euting, 27.

Proscynema dubiæ lectionis. Apographa ab Euting et a Lagrange sumpta inter se discrepant; si uni credideris, ad legendum מלכיון pronus fueris; si alteri, ad legendum בעלנתן. Cf. infra, n^um^ 455.

450. — Lagrange, 46.



דכימרי שלם

Litteræ certæ, sensus vero incertus; initio דכיר libenter legas; monet autem R. P. Lagrange litteram ר sine ullo dubio in lapide deesse; quam si restituas, nomen proprium מרי vel מדי obtineres adhuc in titulis nabatæis incompertum.

451. — Lagrange, 47; Euting, 24.

Animadvertit Lagrange ipse multas litteras sibi dubias esse; quod confirmat apographon ab Euting sumptum quo vix pauca signa integra notantur; ab omni interpretatione abstinebimus.

452. — Lagrange, 48.

Ectypon ab Euting sumptum sub *a*, tabula LIII, damus.



שלם עידו ותימלהי בטב וסלי עממו ב..

Pax! ʿAîdu et Taimallahi, in bono, et Silai, ʿAmamu...

Lectio fere certa. Nomina, עידו et תימלהי (sine א) jam nota sunt. Vide sub nis 197, 204.

עממו non sine dubio legimus; nomen quod frequentissime occurrit in titulis sinaiticis. Vide sub n° 911.

453. — Lagrange, 59.

Apographon a R. P. Lagrange sumptum sub n° 453 *a*, tabula LIV, damus; apographo autem n° 453 *b* signato, tabula LV, mendose, ut jam supra diximus, numerus iste affixus est: ei nus 403 *bis* competit, quem vide.

Lectio incerta: nomen proprium עברת in secunda linea forte legendum est. Infra titulum, vocabula græca Μάνος, Τὸ προσ[κύνημα], rubro colore, conclavis parietibus descripta sunt.

454.— Lagrange, 50; Euting, 11 et 21.

Hujus tituli tria habemus apographa, unum a P. Lagrange sumptum (*c*, tab. LIV) et duo (*a* et *b*, tab. LV) diverso tempore ab Euting conficta.

Apographa non omnino inter se congruunt; ab eorum vero collatione præter solitas exclamationes duo propria nomina discernere nobis videmur: טמאן et מרתא. Prius forte sit arab. ظَمْآنُ «sitibundus»; posterius conferendum est cum מרתי, nom. fem., quod jam invenimus supra, sub n° 158.

455. — Lagrange, 51; Euting, 10 et 20.

Apographon P. Lagrange vide sub *d*, tabula LIV, apographa Eutingiana duo sub *b* et *c*, tabula LV; insuper ectypon chartaceum sumpsit Euting e quo efficta est imago quam sub *a*, tabula LIII, habes.

Collatis hisce documentis nomen proprium בעלמתן accipiendum nobis videtur. Cf. num 449.

456. — Lagrange, 52.

Nil certi legere valemus.

457. — Ehni, 366; Lagrange, 53; Euting, 9 et 19.

Ectypon ab Euting sumptum damus sub *a*, tabula LIII, et ejusdem apographon sub *b*, tabula LV; apographon vero P. Lagrange sub *c*, tabula LIV.

דכיר עבדלהי בר . . . *Commemoratus sit ʿAbdallahi filius . . .*

עבדלהי, cum aphæresi litteræ א, ut supra, sub n° 435. — Nomen patris forte נמרא; cf. n^um^ 458.

458. — Ehni, 363; Lagrange, 49; Euting, 22.

Apographon P. Lagrange sub *a*, tabula LIV, Euting sub *b*, tabula LV, damus. Proscynema rubro colore saxi pariete depictum est.



דכיר נצראלהי בר *Commemoratus sit Naṣrallahi filius*

נמרא *Namira*

Lin. 1. Primum vocabulum nobis דכיר e collatione duorum apographorum : ultimum signum quod Lagrange ר descripsit nobis potius ל.

נצראלהי, sola vox certa; nom. propr. nondum in nabatæis titulis repertum; cf. palmyrenum nom. נצרלת (Vogüé, *Inscr. sém.*, P. 150), græce Νασραλλαθε in vocativo casu (apud Lidzbarski, *Handbuch n. sem. Epigr.*, p. 480).

Lin. 2. נמרא nomen patris; cf. נמרו, sub n° 362.

459. — Lagrange, 55; Euting, 7-8.

Delineationem a P. Lagrange effictam sub *c* (tab. LIV), ab Euting autem sub *b* (tab. LV) habes: ab ectypo Eutingiano imaginem exprimendam curavimus quam sub *a* damus (tab. LIII). Inter se discrepant apographa, neque cum ectypo congruere nobis videntur. In priore linea nihil certum; in altera vero, ni fallimur, hæc legenda :

דכרון ט[ב] ושלם לעידו בר עבדלהי

Commemoratio bona et pax τῷ *ʿAîdu filio ʿAbdallahi.*

Formulam . . . דכרון טב ל jam in Auranitide repperimus (cf. supra, sub n° 163); vide etiam n°s 407, 476, 478.

460. — Ehni, 362; Lagrange, 54; Euting, 6.

Sub *a* habes imaginem ab ectypo Eutingiano effictam (tab. LII); sub *b* (tab. LIV) apographon a P. Lagrange delineatum.



שעדי שלם *Saʿdî. Pax!*

שעדי, arab. سَعْدِى; cf. שעדו, supra, sub n° 231, et שעדא, sub n° 429.

(Impressum mense junio 1902.)

461. — Euting, 4.

Fragmentum nullius momenti.

462. — Lagrange, 57; Euting, 14.

Ex apographis apparet proscynema mancum esse et lectu difficillimum, quum saxo exsculptum non sit, sed rubro colore depictum. Interpretationem tentare non audemus; nil nobis probabile præter solitas exclamationes et nomen חורו.

463. — Lagrange, 58; Euting, 5.

Proscynema imperfectum; initium deest et lectio dubia est; nomen propr. הנאו forte agnoscendum.

464

(Tab. L.)

Ne quid prætermittere videremur, hic sub unico numero collegimus litterisque distinximus quinque fragmenta a R. Ehni Petræ descripta quæ nec P. Lagrange nec Dr. Euting repperierunt. Eorum certam interpretationem nemo est qui dare possit.

Ex ordine apographi conjicere licet fragmenta A et C proxima fuisse titulo sub n° 372 edito; fragmenta autem B, D, E eodem loco ac n^um^ 448 inscripta fuisse.

Forsan fragmentum B imperfecta est descriptio tituli sub n° 457 editi; fragmentum D non multum differt ab apographo Eutingiano sub n° 445 posito.

Mentionem etiam faciamus imaginis photographicæ quam R. P. Bouillon nostro Berger, anno 1897, misit et quam iste cum Academia nostra communicavit, nulla vero tentata interpretatione, adeo erat obscurum documentum (*Comptes rendus de l'Acad. des inscript.*, t. XXV, p. 286); titulus bilinguis, græcus et nabatæus, inscriptus est in fronte sepulcralis monumenti e regione sepulcri obeliscis ornati.

ARTICULUS IX.

LOCUS DICTUS EL-BARED.

465-484

(Tab. LV *bis*, LVI.)

In parva et angusta valle, sesquihoram distante ab urbe Petra versus septentrionem, ab Arabibus hodie *El-Bâred*, البَارِد, appellata, R. P. Lagrange, anno 1897, antiquorum rudera monumentorum de-

texit. Ab utroque vallis latere sepulcra saxis excisa sunt et inter ea sanctuarium sanctuariis quæ sub nomine *El-Mer* et *El-Madrâs* descripsimus omnino simile; ætate vero recentius videtur, quippe quod ornamentis more romano exsculptis insignitur. In vicinia cellæ proscynemata rupibus inscripta sunt, quæ R. P. Lagrange delineavit eorumque textus in *Revue biblique*, t. VII (1898), p. 179, edidit. Apographa ejus tabula LVI damus. Anno sequenti eumdem locum visitavit J. Euting et sedulo exploravit. Proscynemata a R. P. Lagrange reperta iterum delineavit nonnullaque addidit inedita. Ejus apographa eadem tabula reperies.

465. — Euting, 119.

Titulus imperfectus, rupe inscriptus infra figuram monumenti quod נפש dicimus. Imaginem photographicam monumenti et textus ab Hornstein sumptam tabula LV *bis* damus.

דנה נפש חרו בר עדו . . .

Hoc est monumentum Ḥorru filius ʿAdu . . . . .

חרו lectio certa tum ex imagine tum ex apographo cl. Wilson; nomen jam semel, dubitanter vero, sub n° 217 legimus et iterum invenimus Petræ, sub n° 370 *bis* : id rursus in sinaiticis titulis reperiemus, sub n^is 799, 1261, etc. Cf. حُرّ «liber» (Wüstenfeld, *Register*, p. 237). — Figura trium altarium rupe incisa est; nescimus an ad proscynema istud referenda sit aut ad sequens.

466. — Euting, 120.

Fragmentum cujus sensus nos fallit.

467. — Euting, 121.

שלם קדמו אושו *Pax! Qadamu, Aušu.*

קדמו prima vice nobis occurrit; nomen sane apocopatum; græcam ejus transcriptionem habemus : Κάδαμος (Wadd., 1976, 2250, 2256); cf. hebr. קדמיאל (Esdr., II, 40, etc.) et arab. قَدَم (Wüstenfeld, *Register*, p. 138).

468. — Euting, 122.

דכיר גלוקס *Commemoratus sit Glaucus.*

גלוקס, utique nomen græcum Γλαῦκος.

469. — Lagrange, 61; Euting, 124.

Fragmentum quod nihil certi exhibet.

470. — Lagrange, 61 *a*; Euting, 124.

Plura signa vidit P. Lagrange quam J. Euting; quæ vidit sic transcribenda sunt :

והבלהי *Wahballahi*

אבן *Ibn*.....

שלם *Pax!*

Vidit etiam P. Lagrange figuram crucis post ultimum vocabulum exsculptam; dubium vero an eadem manu inscripta fuerit.

471. — Lagrange, 62.

שלם אושלהי *Pax! Ašallahi.*

Notanda aphæresis litteræ א; cf. sub n^is^ 355, 359, 457, etc.

472. — Lagrange, 63.



שלם שקם *Pax! Šaqim* (?)

Fere æquo jure שצם legeres. Cf. sub n° 475.

473. — Lagrange, 64; Euting, 125.

Valde discrepant inter se apographa a Lagrange (*b*) et ab Euting (*a*) delineata.

שלם סמון בר תימו *Pax! Simon* (?) *filius Taimu.*

סמון, vel forte סמוך, legendum videtur etsi forma mira.

474. — Lagrange, 65.

Fragmentum quod ipse R. P. Lagrange legit נשאי בטב. Lectio nobis incerta; forsan sit ultima pars nominis in אלהי.... desinentis. Cf. apographon tituli vicini, sub n° 475.

475. — Lagrange, 66.



שלם אמראלהי בר שקם *Pax! Amrallahi filius Šaqim.*

אמראלהי. Ejusdem formæ sunt nom. bibl. אֲמַרְיָה, אֲמַרְיָהוּ (Esdr., VII, 3; II Chr., XIX, 11). — שקם æque שצם legendum. Cf. supra sub n° 472.

476. — Euting, 126, 127.

Duæ lineæ mutilæ quæ nobis conjungendæ videntur. Hæc legimus, non sine dubio :

דכרון טב.....ענמו.. *Memoria bona!* ....ʿ*Animu* (?)

מן קדם.....ואלו ברה *coram* (.....*deo*). *Waʾilu filius ejus.*

477. — Euting, 128, 129.

Fragmenta duo, quorum prius sola voce שלם constat, alterum vero quinque lineis in quadrata tabula inscriptis. Aliquid certi eruere haud possibile videtur.

478. — Euting, 130, 131.

Fragmenta duo. In priore forte nomen אפתח, cf. sub nis 206, 207, 403 *bis*, etc.; alterum autem legimus :

דכרון טב למ.א *Memoria bona τῷ M. a.*

מנא vel מכא legi potest, nomen proprium quod forsan a fine mutilum est.

479. — Euting, 132.

Fragmentum in quo forte nomen ואלו distinguere licet.

480. — Lagrange, 70; Euting, 133.

Apographa inter se non congruunt; legebat Lagrange הבולס, quod pro græci nominis Ἄθολος transcriptione, dubitanter quidem, habendum esse putabat. Rem in dubio linquimus; cf. apographa tituli sub nº 379 editi.

481. — Lagrange, 69; Euting, 134.



שלם עבדאלא *Pax! ʿAbdela.*

Lectio dubia; insolita scribendi ratio.

482. — Lagrange, 68; Euting, 135.

Legebat P. Lagrange אפלינרא, nomen scilicet græcum Ἀπολλινάριος. Inspecto autem apographo Eutingiano legendum esse credimus quoddam nomen in אלהי.... desinens.

483. — Euting, 136, 137.

Lineæ duæ partim mutilæ et dubiæ lectionis.

484. — Lagrange, 67; Euting, 138.



שכראלהי בר *Sakrallahi filius*

אתרו *Ataru.*

Lectio non omnino certa. — Forma שכראלהי e rad. arab. شَكَر «gratias egit, laudavit» derivanda videtur. Cf. nomen græc. Σάχρηλος (Wadd., 2233). — אתרו, gr. Ἄθαρος (Wadd., 1966 *a*); cf. supra, sub nº 423.

ARTICULUS X.

LOCUS DICTUS WADI GHUEIR.

485-489

(Tab. LVII.)

Haud procul ab oppido *Ṣaubak*, شَوبَك, loco sex horas circiter distante ab urbe Petra, in valle quam Arabes hodie *Wadi Ghueir*, وادِ غوير, nuncupant, R. P. Lagrange, anno 1896, nonnulla proscynemata saxis inscripta invenit, quorum apographa nobis benevole misit; a Vogüé nostro postea in *Journal asiatique*, IXe sér., t. X (déc. 1897), p. 269, edita sunt. Locum iterum, anno 1897, adiit et apographa sua emendavit; eorum imagines tabula LVII invenies; textus ipse in *Revue biblique*, t. VII (1898), p. 168, edidit. Eumdem locum J. Euting, anno 1898, visitavit proscynemataque rursus delineavit; ejus apographa eadem tabula damus.

485. — Lagrange, 3; Euting, 1.

Editum in *Journal asiatique*, loc. cit., sub n° 376.



אבא בר תימו *'Aba filius Taimu.*

שלם *Pax!*

אבא «pater», ut nomen proprium in nabatæis titulis prima vice occurrit. Cf. sub n^is^ 486, 488.

תימו, lectio certa est apud Lagrange; sed in apographo Eutingiano potius גרמו legas.

486. — Lagrange, 4; Euting, 2.

Editum in *Journal asiatique*, loc. cit., sub n° 377.



חנינו בר אבא די מתקרא

עבדאלהי ש..א שלם

Ḥonainu filius Aba qui vocatur
ʿAbdallahi..... Pax!

חנינו jam invenimus (n^is^ 201, 354); אבא habemus in titulo superiore; formula די מתקרא (jam supra, n° 158) haud rara in titulis palmyrenis (cf. M. de Vogüé, *Syrie centr.*, *Inscr. sémit.*, P. 17, etc.), græce ὁ καὶ...., vel ὁ ἐπικαλούμενος.... Cf. etiam n^um^ 488. Ad patrem cognomen referendum est.

487. — Lagrange, 1; Euting, 2 *a*.

Editum in *Journ. asiatique*, loc. cit., sub n° 374. Collato utroque apographo sic legendum videtur

ואלו בר עממו *Wa'ilu filius ʿAmamu.*

488. — Lagrange, 2.

Editum in *Journal asiatique*, loc. cit., sub n° 375.



A חנינו בר אבא שלם *Honainu filius Aba. Pax!*

B מלכו די יתקרא *Malku qui vocatus est*

בשמה מן קד[ם] ..... *Bašamah (?),* .....

C מיחו *Miḥu*

שלם *Pax!*

A. Ab eodem viro inscriptus ac titulus sub n° 486 editus.

B. Nomina certa et nota; formula vero loquendi nobis nova nec omnino certa; expectares מתקרא, ut in n° 486, et deinde nomen proprium, forte litteris בשמה efformatum; cf. nom. arab. masc. بَشَامَة (Ibn Doreid, p. 130). Quid significet מן קד, obscurum; forte מן קדם «antea» vel «coram», si conjicimus litteram ם finalem a lapicida omissam fuisse.

C. מיחו, nomen antea ignotum cujus significationem assecuti non sumus.

489. — Euting, 3.

Proscynema bilingue, ut videtur.

גדטב *Gaḍṭab*

גדטב «fortuna bona», nomen jam notum (cf. supra, sub n° 236). Græce Κάτλαβος transcriptum est, littera ג asperius prolata.

Jam finis est titulorum nabatæorum in Nabatæa inventorum. Qui post conditum opus nostrum detecti sunt nec eos proprio loco inserere licuit, in *Supplemento* ad calcem tomi secundi dabimus.

In gratiam autem lectorum hic subnectere juvat tabulam concordantiæ qua numeri quibus signati sunt tituli nabatæi in præcipuis operibus antea editis et numeri eisdem titulis in nostro opere adscripti uno conspectu proponuntur.

I. Vogüé, *Syrie centrale. Inscriptions sémitiques.* (Paris, 1868-1877.)

H = Hauran (p. 89-99). — N = Textes nabatéens (p. 100-124, 160).

VOGÜÉ.	*C. I. S.*	VOGÜÉ.	*C. I. S.*	VOGÜÉ.	*C. I. S.*	VOGÜÉ.	*C. I. S.*	VOGÜÉ.	*C. I. S.*
H. 1.....	162	H. 7.....	168	N. 4.....	174	N. 8.....	185	N. 13.....	186
H. 2.....	163	H. 8.....	169	N. 4*a*.....	175	N. 9.....	190	N. 14.....	188
H. 3.....	164			N. 5.....	179	N. 10.....	191	N. 15.....	195
H. 4.....	165	N. 1.....	170	N. 6.....	182	N. 11.....	192		
H. 5.....	166	N. 2.....	171	N. 7.....	183	N. 11*a*.....	193		
H. 6.....	167	N. 3.....	173	N. 7*a*.....	160	N. 12.....	187		

II. Doughty, *Documents épigraphiques recueillis dans le Nord de l'Arabie.* (Paris, 1884.)

DOUGHTY.	*C. I. S.*	DOUGHTY.	*C. I. S.*	DOUGHTY.	*C. I. S.*	DOUGHTY.	*C. I. S.*	DOUGHTY.	*C. I. S.*
1.....	218	7.....	209	13.....	205	19.....	225	25.....	231
2.....	108	8.....	213	14.....	215	20.....	203	26.....	233
3.....	214	9.....	211	15.....	220	21.....	216	27.....	232
4.....	208	10.....	224	16.....	222	22.....	227		
5.....	204	11.....	223	17.....	226	23.....	229		
6.....	217	12.....	200	18.....	202	24.....	230		

III. Euting, *Nabatäische Inschriften aus Arabien.* (Berlin, 1885.)

EUTING.	*C. I. S.*	EUTING.	*C. I. S.*	EUTING.	*C. I. S.*	EUTING.	*C. I. S.*	EUTING.	*C. I. S.*	EUTING.	*C. I. S.*
1.....	332	14.....	212	27.....	224	39.....	339	50.....	313	63.....	301
2.....	197	15.....	213	28.....	225	40.....	336	51.....	227	64.....	260
3.....	198	16.....	214	29.....	228	41.....	337	52.....	266	65.....	302
4.....	199	17.....	215	30.....	333	42.....	120	53.....	292	66.....	303
5.....	201	18.....	216	31.....	346		308	54.....	293	67.....	304
6.....	202	19.....	200	32.....	347	43.....	//	55.....	234	68.....	305
7.....	204	20.....	217	33.....	345	44.....	121	56.....	294	69.....	306
8.....	205	21.....	218	34.....	340	45.....	314	57.....	295	70.....	307
9.....	206	22.....	219	35.....	341	46.....	315	58.....	296		
10.....	207	23.....	220		342	47.....	309	59.....	297		
11.....	208	24.....	221	36.....	343	48.....	310	60.....	298		
12.....	209	25.....	222	37.....	344		312	61.....	299		
13.....	210	26.....	223	38.....	338	49.....	311	62.....	300		

IV. Ch. Huber, *Journal de voyage en Arabie.* (Paris, 1891.)

HUBER.		*C. I. S.*	HUBER.		*C. I. S.*	HUBER.		*C. I. S.*	HUBER.		*C. I. S.*	HUBER.		*C. I. S.*	HUBER.		*C. I. S.*
Pag.	N°.		Pag.	N°.		Pag.	N°.		Pag.	N°.		Pag.	N°.		Pag.	N°.	
43	deest	348	323	5	337	416	47 [1]	237	423	59	240	429	72	287	497	100	327
45	desunt	346	395	5	333	418	48	271		61	299	431	73	227		101	326
		347	402	28	308			272	424	62	300	435	81	288		102	325
254	1	340		29	311	419	desunt	273		63	281 [3]	439	90	289	498	103	324
263	2	342	408	30				274	425	64 [4]	234		(91)	314		104	329
	3	341		31	310			275	427	66	280 [5]	442	93	313		105	322
267	4	344		32	312	419	53	277		67	285	448	94	292			
293	10, 18	339	412	37	292	421	55	228	428	68	282	452	95	290			
	11		413			422	56 [2]	278		69	283		96	291			
304	118	338	414	38	270		57	279		70	286	463	98	331			
322	3	336	416	45	266	423	58	239	429	71	284	490	99	330			

[1] Lapsu notatus est 46. — [2] Notatus 54. — [3] Tab. XLIV signatus n° 280. — [4] Ectypon n° 37. — [5] Tab. XLIV signatus n° 281.

CAPUT VIII.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN PENINSULA SINAITICA REPERTÆ.

Peninsula Sinaitica nomen ducit e celeberrimo monte qui australem ejus partem occupat : Sinaï montis ipsius vertices montuosa circumdat regio, altissimis culminibus horrens et profundis latisque vallibus sulcata : arida et deserta, habitationi humanæ minus idonea, quam ipsa rerum natura vagis nomadum excursionibus assignavisse videtur. Oasis una satis ampla in valle dicta *Wâdi Feirân;* non vero tantum valet ut incolas per multos annos retinere potuerit. Nil mirum ergo si humani operis vestigia in Peninsula perpauca sint; hæc sunt : primo, ægyptiacæ stelæ aliquot apud metalla erectæ, quæ Ægypti reges remotissimis temporibus fodienda et per multa sæcula exercenda curaverunt; secundo, ædes paucæ a christianis circa quintum vel sextum post J.-C. sæculum collocatæ, id est, præclarum monasterium quod adhuc exstat, nec non urbs Pharan quæ post breve vitæ curriculum periit cujusque rudera in valle dicta *Wâdi Feirân* latent; tertio autem, inscriptiones quæ multis locis, præsertim in vallibus intra montem Sinai et occidentalem Peninsulæ plagam sitis, saxorum parietibus crebre exaratæ apparent. Inter quas inscriptiones, variis linguis et diversis characteribus scriptas, præcipue et numero et amplitudine eminent eæ quas olim, donec deerat qui eas interpretaretur, Sinaiticas vocabant, nunc vero suo nomine Nabatæas jure dicimus.

Primus de sinaiticis inscriptionibus mentionem fecit, græcus quidam mercator, postea monachus, nomine Cosmas, cognomine Indicopleustes, qui Alexandriæ Ægypti circa annum 536 scribebat. Eas vidit, dum iter per desertum faceret, et persuasum habuit eas hebraicas esse, ab Israëlitis ipsis, Moysis tempore, in singulis exodi mansionibus exaratas. Linguæ et scripturæ Hebræorum æque nescius, non dubitavit affirmare inscriptionum litteras eas esse quas Israelitæ a Deo ipso cum Legis tabulis accepissent, postea vero Phœnicibus tradidissent, et per Græcos omnibus gentibus. Ad quod probandum dicit Judæos quosdam, qui eas legerant, ipsi narrasse hoc earum esse argumentum : *Profectio talis, e tribu tali, anno tali, mense tali,* « sicut et apud nos », addit, « sæpius quidam in hospitiis scribunt[1] ». Error manifestus. Perspicuum enim est Judæos istos vel hebraicas litteras omnino nescivisse, vel, si earum periti, textus sinaiticos nunquam adspexisse. Ex Cosmæ igitur testimonio id solum inferre

[1] Ἄπερσις (ἄπαρσις) τοῦδε, ἐκ Φυλῆς τῆσδε, ἔτει τῷδε, μηνὶ τῷδε, καθὰ καὶ παρ' ἡμῖν πολλάκις τινὲς ἐν ταῖς ξενίαις γράφουσιν. Migne, *Patr. gr.*, t. LXXXVIII, col. 217. Duo tantum hodie noti sunt codices manuscripti, alter Romæ in bibliotheca Vaticana servatus, alter Florentiæ in Laurentiana. Primus cura docti Delaruelle nobis collatus est, alter cura docti Vitelli, ad sollicitationem sodalis nostri Omont : quorum humanitati sinceras agimus gratias; ἄπαρσις codice Vaticano (Græc. 699, f° 51 r°) legitur, ἄπερσις Laurentiano (9, 28, f° 109 v°). — Notandum vero vocab. ἄπαρσις illud esse quo semel usi sunt LXX Interpretes ad traducendum hebr. מוֹצָא, id est Israelitarum *profectio* a mansionibus (Num., XXXIII, 2). Rarissima ergo locutio, et qui ea utebantur Judæi Bibliorum græci magis quam hebræi textus periti apparent. Locorum ignari videntur meramque biblicæ locutionis accommodationem fecisse; quod si loca visitaverant, vocabulum מוצא initio inscriptionum legere falso sibi visi sunt. Eorum ergo testimonium nobis rejiciendum est.

(Impressum mense junio 1902.)

licet, incipiente sexto post J.-C. sæculo, inscriptionum originem e populorum memoria omnino excidisse.

Per longa sæcula silentium fit, neque ulla inscriptionum descriptio usque ad sæculum decimum septimum facta est. Eo tempore peregrini christiani qui, devotionis causa, montem Sinai petebant, et eruditi quos scientiæ studium ducebat, apographa titulorum sumere et secum domum adsportare ceperunt; Hebræis titulos nostros fere cuncti adscribendos esse censebant. Apographon quoddam in manus docti Athanasii Kircher pervenit, qui id in opere suo *Prodromus Coptus*, anno 1636, edidit, adjecta interpretatione stupenda. Quæ a nobili batavo Egmont van der Nyenburg anno 1721 desumpta sunt eruditisque viris Lacroze et Bayer commissa, in lucem nunquam prodierunt (cf. *Comm. Acad. scient. Petropolit.*, 1729, t. II, p. 477). Primus textuum copiam non sine sollertia delineavit anglus Richard Pococke, anno 1738, qui octoginta et sex textus sumpsit et in suo opere *Description of the East* edidit. Quem secuti sunt danus Niebuhr, anno 1766; anglus Edw. Wortley Montagu, anno 1766; docti viri Coutelle et Rozière e comitibus expeditionis Francogallorum in Ægyptum, anno 1799; germani Seetzen, anno 1807, et Rüppell, anno 1817, et iterum anno 1822; angli J. S. Burckhardt, anno 1812, G. F. Grey, anno 1820, et Hennicker, eodem anno; noster Léon de Laborde, anno 1828; angli Lord Prudhoe et Major Felix, anno 1835, Frazer, anno 1855; moscovita Porphyrios Uspenskij, anno 1850.

Viatorum istorum unusquisque nonnullas inscriptiones delineavit; sed cuncti ferme easdem descripserunt, nempe magis conspicuas et obvias, ita ut numerus apographorum ab eis exscriptorum vix ad ducenta creverit. Apographa vero ipsa, si illa exceperis quæ satis accurate a Grey sumpta sunt, plus minus imperfecta apparent; de eis quæ majoris sunt momenti nunc loquemur.

Anno 1850, egregius vir Lottin de Laval accuratam effecit Peninsulæ Sinaiticæ explorationem. Ei primo in mentem venit inscriptionum exemplaria auxilio madefactorum chartæ foliorum sumere. Secundum rationem cujus ipse inventor est, chartacea ectypa plus quam quadringenta ab ipsis saxis sumpsit e quibus postea imagines gypso expressit, quas Musæo Luparensi dono dedit. Ubinam pretiosæ istæ imagines repositæ fuerint, ignoramus; quinque hodie palam expositæ sunt quas damus tabula nostra CVI. Ubi lateant ceteræ nemo fuit qui nos docere potuerit. Delineationes vero ipse Lottin de Laval ab ectypis suis effecit et edidit. Accidit tamen ut in illas conficiendas nonnulli errores irrepserint, unde immensus egregii viri labor et mira inventio quasi steriles evaserunt, eorum culpa qui perfecta ejus ectypa ab oculis evanescere passi sunt.

Prima collectio ad doctrinæ normam vere efficta, sollerti scilicet ingenio et manu perita, illa est quam delineandam curavit Lepsius : centum sexaginta septem textus collegit, dum Ægyptum tanto scientiæ beneficio anno 1847 perlustrabat.

Anno 1866, doctus vir E. H. Palmer Peninsulam tabulæ geographicæ conficiendæ causa peragrans trecentos circiter textus delineavit : post nefandam ejus mortem apographa quæ sumpserat in musæum anglicæ sodalitatis dictæ *Palestine Exploration Fund* pervenerunt, ubi ea Dr Chabot noster, anno 1897, quam accurate transcripsit.

Exeunte anno 1888 et ineunte 1889, et iterum anno 1890, egr. vir G. Bénédite, auspiciis Academiæ nostræ, Sinaiticam Peninsulam sedulo peragravit et plus quam duo millia textuum sollerti manu delineavit; ejus apographa, hucusque inedita, tabulis nostris depicta invenies. Fidelitate et accuratione apographa aliorum superant : scripturæ indolem tanta veritate imitatus est Bénédite ut manuum diversitas clare appareat quibus inscriptiones sculptæ sunt.

Anno 1889, mensibus martio et aprili, doctus vir Julius Euting Peninsulam et ipse visitavit et sexcentos circiter textus solita sollertia descripsit quos opere suo *Sinaïtische Inschriften* edidit et docte interpretatus est.

Primus veram sinaiticarum inscriptionum naturam agnovit easque nabatæas esse pronuntiavit cl. vir E. Beer qui, in opere anno 1840 Lipsiæ edito, satis rectam etsi non ex omni parte absolutam interpretationem textuum a Grey delineatorum dedit. Miranda eruditi viri sagacitas : tempore enim quo scripsit Nabatæorum litteratura omnino ignota erat; nullus adhuc inventus erat titulorum istorum qui Nabatæorum scripturam linguamque divulgaverunt necnon et res gestas illustrarunt; nullius ergo monumenti auxilio sed sola ingenii sui virtute ad veritatem accessit. Quem secutus est Tuch, anno 1848. Amborum autem interpretationem, tres post annos, recusavit anglus C. Forster, dum mira audacia libros duos edidit, quibus demonstrare conatus est titulos Israelitarum manu conscriptos esse, et eorum stupendam interpretationem dedit; non minus deliravit Samuel Sharpe in opere anno 1875 edito. Sed de nugis istis satis.

Eruditi viri, viam a Beer et a Tuch apertam secuti, conamina eorum perfecerunt, interpretationes novas proposuerunt, novos textus aggressi sunt, quandoque feliciter; inter quos nominandi sunt F. Lenormant (1859), Levy (1860) et præsertim J. Euting (1891). Non omittendum vero auxilium quod ad constituendum absolutum nabatææ scripturæ alphabetum et ad veras præparandum interpretationes præbuit M. de Vogüé, quum insignem nabatæarum inscriptionum copiam, a seipso et a Waddington inventarum, evulgavit et justo commentario instruxit (1868).

Nunc de inscriptionum conditione, indole et distributione disserendum est, et quid de earum origine sentiamus paucis verbis exponendum.

Proscynemata sunt, proscynematibus istis omnino similia quæ, vel Petræ vel variis Arabiæ locis reperta, jam descripsimus; id est breves nominum propriorum mentiones cum solitis exclamationibus.

Rupibus inscripta sunt; seu vallium parietibus, seu saxis quæ, a verticibus montis delapsa, imis vallibus solo jacent: perpauca in ipso montium vertice. Natura rupium duplex, aliarum arenosa, cælatu facilis (gallice *grès*), aliarum vero durissima, syenito genere (gallice *granit*). Arenosis rupibus pleræque inscriptiones incisæ sunt, silicis acuti auxilio quem, una manu deprehensum, scriba altera manu lapide munita violenter percutiebat : litteræ eo modo incisæ parvis foraminibus constitutæ videntur crebre juxtapositis [1]. Quæ autem duris rupibus inscriptæ sunt ferrei instrumenti vestigia produnt. Scripturæ amplitudo varia est : plurimarum inscriptionum litteræ circa quatuor vel quinque centimetra altæ sunt; minimæ unum, maximæ triginta: raræ vero sunt.

Ex ea conditione apparet titulos nullius artificis nulliusve instrumenti auxilio incisos esse ad sculpendum apti, et sine ulla saxorum superficiei præparatione; lineæ minime rectæ, ordo nullus, versuum confusio frequens : liquet inscriptionum auctores eas, festinanter et negligenter, quasi transeundo fecisse.

Quod ad distributionem spectat, ne longior fieret sermo, geographicam totius Sinaiticæ Peninsulæ tabulam delineandam curavimus, punctis nigris notatam loca designantibus in quibus repertæ sunt inscriptiones. Tabulas insuper alias adjecimus ad normam moduli majoris effictas, quæ singularum vallium figuram exhibent. Istas ex accuratissimis tabulis excerpsimus operis anglici cui titulus

[1] Confer imaginem sub n° 1441 tabula nostra XCIX datam, necnon plerasque imagines tabulæ LXXVI.

Ordnance Survey of the Peninsula of Sinaï (part II); primam infra, p. 358, invenies; ceteras in tomo secundo, quamque suo loco, dabimus. Ex inspectione tabulæ apparet inscriptiones minorem Peninsulæ partem occupare, vallium scilicet nexum quæ oasim Pharan et radices Montis Sinai circumdant, necnon et viam quæ a Monte Sinai ad Ælanam civitatem ducit. Nulla hactenus inscriptio in viis reperta est quæ a regione montuosa ad Ægyptum pergunt, sive secundum occidentalem Peninsulæ plagam, sive directo itinere ab Ælana ad Arsinoëm trans desertum Tîh. Non licet ergo eas mercatoribus attribuere qui negotiandi causa commeatus suos ab Arabia Ægyptum et vice versa ducebant.

Lingua eadem est ac lingua nabatæorum titulorum quos hactenus tractavimus; scilicet aramaica, nonnullis vocabulis mixta ab arabico sermone desumptis, secundum vero aramaicæ grammatices regulas declinatis. Propriis nominibus præcipue constant tituli; præter quæ vix viginti vocabula inveniuntur, cuncta ad aramaicum sermonem pertinentia, scilicet: בר, ברת, *filius*, *filia*, עבד, *fecit*, מן קדם, *coram*, ארעא, *terra*, סוסיא, *equus*, etc. et solitæ exclamationes. Propria autem nomina majore ex parte arabica sunt, addita sæpius nabatæa terminatione ו. Hanc sine ullo dubio originem produnt nomina quorum initio articulus ال vel locutio mere arabica ابن ال. Ex. gr. : אלגמלו = الجمل, אלאחרשו = الاخرس, אבן־אלקיני = ابن‌القين. Notandum est nomina, cum vocabulo mere arabico ابن *filius* composita, in titulo tamen ad indicandam filiationem ope vocabuli mere aramaici בר conjuncta esse; ex. gr. גרמאלבעלי בר אבן־אלקיני (n° 787).

Nomina pleraque theophora, seu plena, sicut עבדאלהי, שעדאלהי, seu decurtata, subaudito divino nomine, sicut עבדו, שעדו; multa cognomina sunt, ut אחרשו = اخرس *mutus*, אשודו = اسود *niger*, vel animalium aut plantarum nomina, sicut דאבו = ذئب *lupus*, כלבו = كلب, *canis*, חנטלו = حنظل, *colocynthis*. Diminutiva more arabico frequentia דאיבו, כליבו, נשיגו, etc.

Numina quæ in compositione nominum apparent sunt : אלהי et אלבעלי, jam nobis nota, דושרא notissimus nabatæorum deus, necnon reges in numerum deorum post mortem recepti, sicut עבדת. Numina de quorum cultu mentio fit sunt דושרא, אלבעלי, עוי, jam nota, תא, quod prima vice apparet, et aliud cui nomen dubiæ lectionis, forte בובך vel כיובך (cf. n°s 766, 698).

Manifestus ille erga paganos deos cultus vetat ne inscriptiones Christianis attribuamus. Erravisse ergo certum est doctum virum Beer, et qui eum secuti sunt, Fr. Lenormant et alii, quum textus a christianis peregrinis quarto post J.-C. sæculo exaratos esse conjecerunt. Eis præcipue argumento erat quod cruces multæ rupibus exsculptæ titulis intermixtæ reperiuntur; existimabat etiam Beer signum ϒ, quod tum initio tum fine inscriptionum occurrit, crucis christianæ figuram esse. Hodie vero constat cruces, necnon et Christi monogrammata, quorum numerus magnus est, a nabatæis titulis omnino distincta esse et peregrinis adscribenda qui recentiore tempore loca sancta peragrabant; signum vero ϒ ad seriem siglorum pertinet quorum figuram hic damus :

quæ nullo modo cruces sunt, sed initium vel finem inscriptionum indicant, quasi interpunctionis causa; nulla eis cum ritibus christianis connexio attribuenda est.

Exclamationes, ut jam diximus, eædem sunt quas proscynematibus mere paganis associatas in sanctuariis Petræ vel Hegræ jam invenimus. Tres sunt : שלם, דכיר et בריך, quæ aut solæ, aut diversis modis consociatæ, aut vocabulis בטב et לעלם conjunctæ, additis aliquoties particulis לא, בלא, propriis nominibus adjunctæ sunt. Earum intima significatio certe religiosa est. Qui enim primi his formulis usi sunt, in consilio habuerunt deos precari, ab eis rogantes ut sui meminissent, sibique



PENINSULA SINAITICA

Loca ubi inscriptiones nabatææ inveniuntur punctis nigris notata sunt.

Quadra lineolis definita ampliores tabulas textui insertas indicant.

Corp. Inscr. Semit., P. II, t. I, p. 352.

pacem et benedictionem dispensarent[1]. Dubitandum vero est an, post longum tempus exactum, primitivus sensus ubique servatus fuerit; facile credas, apud nomades præsertim, supplicationes paulatim in vulgares locutiones evasisse, in meras salutationes quibus viatores utebantur consuetudinis potius quam devotionis causa; perpaucos excipies qui, ad manifestandam voluntatem suam, verba (אלהא) מן קדם solitæ formulæ addebant, adjuncto dei vel deæ nomine cui precem adhibere studebant. Sic de sinaiticis inscriptionibus : inter duo millia textuum nobis notorum, vix viginti inveniuntur quibus numinis mentio inhæreat. Postquam ergo, contextu moniti, eas christianis peregrinis attribuere noluimus, montem Sinai devotionis causa visitantibus, pariter recusamus Nabatæis qui eas saxis inscripserunt religiosum quemdam erga sacros montes cultum asserere.

Quæ conclusio nobis clarius adprobanda apparebit, si textuum indolem altius perscrutamur. Illa enim perscrutatio plura nos docebit cum sententia nostra omnino congruentia et quæ breve nunc exponenda sunt.

Et primo, non obstante titulorum multitudine, existimamus homines qui eas inscripserunt, paucos numero fuisse et loca per breve tempus occupavisse.

Iidem enim tituli sæpius repetiti inveniuntur, eadem manu diversis locis, immo eodem loco, inscripti; sæpius etiam auctor tituli qui *filius* cujusdam dicitur, in alio titulo *pater* auctoris alius apparet; filiationes sic constituere potuimus et viros in gentes distribuere. Ut rem exemplis illustremus, duarum oculis subjiciemus gentium stemmata, qualia collatis titulis constituere licuit[2] :



Taimallahi is est qui titulum sub n° 963 editum anno 204 post J.-C. inscripsit : avus ergo ejus circa annum 150 vivebat, id est tempore quo exaratus est titulus sub n° 1325 editus : filius ejus circa annum 230 post J.-C.; coævus ergo erat viri illius qui titulum (n° 2666) novissimam temporis notationem continentem exsculpsit. 'Obaidu et tres ejus majores intra æquale temporis intervallum vixerunt.

Homines qui nomina sua saxis inscripserunt vix mille sunt numero, in tribus vel quatuor generationibus; unde concludere licet locorum occupationem intra spatium sæculi circiter productam esse.

Quæ conclusio cum temporis notatione congruit, titulis ipsis addita. Quinque enim exstant tituli indicationem anni quo scripti sunt continentes. Una notatio omnino certa (n° 964), annum 85 exhibet, secundum æram *Eparchiæ*, id est Provinciæ Romanæ : quæ æra, *Bostrenorum* dicta, initium ab anno 105 post J.-C. capit : ideo de anno 189 post J.-C. agitur; alteram (n° 963), etsi Eparchiam non designat, secundum eamdem æram computandam esse manifestum est propter inser-

[1] Cf. altaris dedicationem a docto Littmann nuper Palmyræ detectam et editam (*Journ. asiat.*, sept.-oct. 1901, IXe sér., t. XVIII, p. 382) necnon a Clermont-Ganneau nostro annotatam (*Recueil d'archéol. orient.*, IV, p. 382), in qua auctor monumenti, stirpe nabatæus, peregrinos rogat, altare offendentes, ut in commemorationem sui suorumque coram Deo recitent formulam : דכירין אלן בטב.

[2] Stemma Ḥarišu excerptum est e n^is 963, 1394, 1610, 1977, 1981, 3047. Stemma Aušu e n^is 1226, 1315, 1448, 2050, 2875, 2991; nomen Ḥurgulu alibi non apparet.

tam titulo trium Cæsarum mentionem : anno centesimo sculpta est, id est anno 204 post J.-C. Ceteræ tres (nis 1325, 1491, 2666) nullam æræ indicationem continent, sed vix negare licet eas secundum solitam temporis computationem conscriptas esse. Ad annos 45, 126 et 147 referuntur; tituli ergo annis 149, 230 et 251 post J.-C. adscribendi sunt; ab antiquiore ergo ad recentiorem sæculum fluxit.

Palæographicæ rationes non minus congruunt : scripturæ species una, et unam ætatem sapit, nempe recentiorem ætate quam inscriptionibus hucusque tractatis assignavimus. Litterarum enim ligaturæ insigniores et longiore ductu continuatæ : nonnullæ cunctas unius vocabuli litteras una linea recta ita nexunt ut primitivam Arabum scripturam, quam *cuficam* dicimus, præ oculis habere jam credas. Cf. nos 509, 517, 533, 541, etc.

Multos titulos jam diximus diversis locis repetitos esse : addendum est istos titulos non solum eadem manu, sed quasi in eodem ordine scriptos esse; similia nomina simili modo associantur; exempli gratia, quæ sub nis 1314, 1319 in valle dicta *Wadi Mukatteb* vicina reperiuntur, rursus vicina invenimus in valle *Wadi Mu'ardjeh* sub nis 771 et 772; quæ sub nis 969 et 970, alio loco ejusdem vallis sub nis 1231 et 1232. Item quæ sub nis 984 et 986 in *Wadi Mukatteb* iterum sub nis 3087 et 3075 in *Wadi Nasb* associantur.

Homines ergo, qui eos et multos alios similes inscripserunt, in parvas comitum manus distributi erant, eadem itinera comitatim pergentes; manus autem ipsæ unius corporis membra fuisse videntur, sub una lege constituti; viri enim qui apparent muneribus vel dignitate quadam functi, perpauci sunt : unus dicitur *eparchus* (no 790), quatuor *sacerdotes* (cf. nos 526, 611, 766); præter ea nulla personarum conditionis mentio, exceptis tamen nonnullis qui dicuntur *servi* aut *liberti*. Mulierum nomina perrara : nonnullæ filiæ dicuntur (sub nis 786, 877, 1076), nulla uxor.

Imagines et figuræ, rude delineatæ, sæpius proscynematibus adjunctæ sunt; imagines omnium frequentissimæ camelos repræsentant et homines : camelos stantes, ambulantes, onustos; homines stantes, ambulantes, manus ad cælum tollentes, camelis insidentes, venantes, dimicantes; est quoque equi figura, et qui eam bis delineavit specialem inscriptionem addidit, quasi gloriosius ostentare voluerit rari et pretiosi animalis possessionem delineationisque sollertiam. Sunt et canum et ferarum imagines, montanarum scilicet caprarum, struthionum, lacertarum, serpentium; pecudum vero nulla mentio.

Singularis est assertio auctoris tituli sub no 1205 editi qui se habitare in Ælat profitetur.

Aliquot tituli bilingues, id est nomen continentes græco sermone et aramaico simul expressum : unde conjicere licet eos homines non mere nomades fuisse, omni cultu carentes, et sine ullo cum romano orbe commercio. Ne credas tamen omnes aut etiam multos artis scribendi peritos fuisse; attente enim inspectis delineationibus vel ectypis, apparet vicina proscynemata haud raro una eademque manu exarata fuisse etsi variorum nomina continent. Vide ex. gr. nos 908-910; 1301-1303. His præmissis et perpensis jam concludamus.

Inscriptiones sinaiticæ exaratæ sunt secundo et tertio post Christum sæculo, a parvo Nabatæorum agmine australes Peninsulæ Sinaiticæ valles ad tempus occupante, seu certis temporis intervallis visitante. Illi dux unus, sacerdotes pauci, servi aliquot, cameli multi et solita ad communem vitam instrumenta. Uxores secum conduxisse non videntur. Quæ fuerit temporariæ istius migrationis causa, nescimus; unum vero affirmandum putamus, scilicet : nullum fuisse devotionis studium, nullum erga locos ipsos vel eorum numina cultum. Ubi aquæ et pascua, ibi morabantur; visitabant præsertim oasin Pharan, unicam totius Peninsulæ regionem cui facultas esset alimenta exiguæ hominum

jumentorumque copiæ præbendi. Si uni jam laudato textui credimus (n° 1205), e vicinis urbis Ælat veniebant, quæ per aliquod tempus reliquisse videntur, ad ignotam finem : sive ad carpendum otium, sive ad colligendos dactylos quos forsan possidebant aut emerant[1]; quidquid est, laborandi, quiescendi, fugiendi, otiandi, aut alius rei causa venientibus, mos erat nomina saxis inscribere, secundum morem omnium nomadum seu Arabicæ seu Africanæ stirpis, usque in præsentem diem[2].

Quæque fuerit causa, parvi erat momenti; intra finitas valles reducta, per paucos annos producta : e memoria populorum cito evanuit. Cum Cosmas Indicopleustes loca visitaret, penitus oblita erat : eodem vero tempore, universalis christianæ fidei victoria animos ad biblicam historiam converterat, ceperant christiani memoriam sacrarum rerum retractare et loca visitare gestis sacris insignita. Mons Sinai inter insigniora. Eum visitabant peregrini, in ejus vicinis se collocabant eremitæ; mox nascebatur oppidulum Pharan et episcopum accipiebat; condebatur monasterium Justinianum, nunc Sanctæ Catharinæ nuncupatum; peregrini affluebant : nil mirum quod crebras ad ipsas sacri montis radices inscriptiones cernentes ignotis litteris conscriptas, eas, assentientibus Judæis ipsis, Hebræis attribuerint et sua nomina necnon crucis figuram christianæque devotionis signa israeliticæ pietatis documentis, ut putabant, addiderint; nil mirum tandem ut ea opinio per longa sæcula usque ad ætatem nostram prævaluerit, usque dum doctus Beer sinceram titulorum originem et veram textuum interpretationem prodidit.

Pauca addenda sunt de ratione quam instituimus ad edendos et tractandos textus.

In conficiendis tabulis ea nobis lex fuit : apographa quæ a Bénédite sumpta sunt, arte photographica ab ipsius delineationibus expressa, nullo excepto edidimus; ea ad apographa quæ alii ediderant attente contulimus; cum nulla inter collata apographa inventa est diversitas, Beneditianum apographon dedisse satis habuimus, licet titulus a plurimis delineatus fuerit; quoties vero quoddam discrimen apparuit, etsi parvi momenti, nos non piguit tot ejusdem tituli apographa dare, quot res ipsa postulare videbatur. Hæc dicta sint de apographis accurate delineatis, qualia sunt quæ Euting, Palmer, Lepsius, Lottin de Laval et Grey sumpserunt. Neminem esse putamus, qui nobis in culpam vertere possit quod apographa rudia et deformia, nullo modo intelligenda, e tabulis nostris ejecerimus : quæ tamen non omnino negleximus, nam summo longissimoque labore omnia examinavimus, scrutati sumus, contulimus et quæ notatu digna nobis visa sunt sub cujusque tituli numero sedulo notavimus. Titulorum denique quos prætermisit Bénédite, apographa ab aliis sumpta additis tabulis incidenda curavimus, non tam utilitatis ratione quam ne quid in opere nostro desiderari videretur.

Ordinem geographicum, secundum morem, secuti sumus, initium ab occidentali plaga capientes et singulas valles perlustrantes, prout aliæ alias excipiunt.

Ne longior fieret commentatio, satis habuimus sub quoque numero nomina auctorum dare qui titulum aut delineaverunt aut interpretati sunt, addito numero quo auctor ipse in proprio opere titulum designavit. Numerus qui nomen nostri Bénédite sequitur is est quem ipse in suo enchiridio manuscripto assignavit titulo.

[1] Doctus Chabot noster, dum eadem loca, anno 1893, peragraret, ab Arabibus accepit palmarum arbores quæ parvulam oasin *'Aïn el-Houdera* dictam efformant, nunc in possessione esse hominum cujusdam tribus, qui singulis annis, tempore quo jam maturescunt fructus, ibidem dactylos custodiendi et colligendi causa, tabernacula per aliquot hebdomadas erigunt.

[2] A re nostra non aliena est observatio D. Hourst, qui notavit quantum adhuc hodie proni sint homines gentis Touareg ad nomina sua ubique saxis vel arboribus inscribenda. (*Sur le Niger*, p. 193; Paris, 1898.)

Restat ut integrum demus operum istorum elenchum, quorum auctores ita sub singulis numeris nominati legentur. Ordinem chronologicum sequimur, non id tempus considerantes quo exarata fuerunt apographa, sed quo in publicam lucem prodierunt opera.

Athanasii Kircheri, S. J., *Prodromus Coptus sive Ægyptiacus...* Romæ, 1636. De sinaiticis egit p. 204-287, addita tabula a Fr. Tomaso da Novara delineata; videtur esse apographon tituli sub n° 3031 editi.

Richard Pococke, *A description of the East and some other countries*, London, 1743-1745, 3 vol. De sinaiticis egit t. I, p. 148; adjectis duabus tabulis LIV, LV (octoginta et sex inscriptiones quarum nonnullæ arabicæ recentiores).

Edward Wortley Montagu, A letter to William Watson containing an *Account of his journey from Cairo in Egypt to Written Mountains in the desert of Sinai*, cusum in *Philosophical Transactions of the Royal Society*, vol. LVI, p. 40-57; London, 1766, cum tabula viginti quinque proscynemata continente.

Carstern Niebuhr, *Reisebeschreibung nach Arabien und andern umliegenden Ländern;* Kopenhagen, 1774. T. I, p. 250 et seq., egit de sinaiticis titulis, adjectis duabus tabulis (XLIX, L) quibus sexdecim tituli exhibentur.

Court de Gebelin, *Le monde primitif analysé et comparé avec le monde moderne*, t. III, Paris, 1775. Tabula XIX^a^ inscriptiones a Montagu delineatas exhibet; explicationes, p. 496, additæ sunt.

Dr. Seetzen, Schreiben an Herrn von Hammer *Über die Inschriften des Dschebel Mokateb*, in *Fundgruben des Orients*, t. II, p. 474; Viennæ, 1811; cum tabula triginta quinque titulos complectente. — Cf. Ejusdem, *Reisen durch Syrien*, etc., Berlin, 1855, t. III, p. 27 et suiv.

Eduard Rüppell, *Auszug eines Schreibens an Herrn von Hammer*, in *Fundgruben des Orients*, t. V, p. 427-433; Viennæ, 1816, cum tabula decem titulos exhibente. — Idem auctor duo proscynemata vulgavit in opere *Correspondance astronomique*, curis D. de Zach, t. VII, p. 534 (ann. 1822).

John Lewis Burckhardt, *Travels in Syria and Holy Land;* London, 1822. Apographa viginti circiter titulorum inveniuntur p. 478, 484, 581-583, 606, 608, 613. — In editione germana ejusdem operis quam curavit Gesenius, Burckhardt's *Reisen in Syrien, Palästina und der Gegend des Berges Sinaï* (Weimar, 1823, 2 vol.), apographa in unam tabulam collecta sunt.

Description de l'Égypte, ou Recueil des observations et des recherches qui ont été faites en Égypte pendant l'expédition française (Paris, 1822). Antiquités. Planches, t. V, pl. 57 : *Différentes inscriptions recueillies sur la route du Mont Sinaï.* Numeros 1-52 delineavit Rozière; numeros 53-75 delineavit Coutelle.

Henniker, *Notes during a visit to Egypt* (London, 1823; secunda editio, 1824), cum tabula circiter duodecim titulos perperam descriptos continente.

Léon de Laborde, *Voyage de l'Arabie Pétrée par Léon de Laborde et Linant* (Paris, 1830). Pag. 69-71 : *Inscriptions et dessins de Ouadi Mokatteb.* Viginti tituli in duabus tabulis (IX et X).

G. F. Grey, *Inscriptions from the Waady el Muketteb, or the Written Valley, copied in 1820*, opus cusum in *Transactions of the Royal Society of literature*, 1834, p. 147-148; adjectis quatuordecim tabulis, centum et sexaginta inscriptiones continentibus.

E. F. F. Beer, *Studia Asiatica*, fasc. III : *Inscriptiones veteres litteris et linguæ hucusque incognitis ad montem Sinai magno numero servatæ. Accedunt tab. lith. XVI.* Lipsiæ, 1840. — Tituli fere ducenti explicantur. Hujus operis recensionem dedit et in illud animadversiones protulit Credner in *Heidelberger Jahrbücher*, 1841, p. 908-927.

E. Rödiger, nonnulla de sinaiticis titulis adnotavit in opere docti J. R. Wellsted, cui titulus *Reisen in Arabien* (Halle, 1842), t. II, p. 20 et seq., 412.

C. Newbold, *Visit to Mount Sinai*, in *The Madras Journal of literature and science*, t. XIV (1847), p. 129-215. Apographon unum.

F. Tuch, *Über eine sinaitische Inschrift*, in periodico *Zeitschrift der deutsch. morgenländischen Gesellsch.*, t. II (ann. 1848), p. 395-397. — Ejusdem, *Ein und zwanzig sinaitische Inschriften.* Versuch einer Erklärung. *Ibid.*, t. III (ann. 1849), p. 129-215. Recusa sunt apographa pleraque ex Grey.

John Hogg, *Remarks.....on the Sinai inscriptions*, in *Transactions of the Royal Society of literature*, ser. II, vol. III (1850), p. 183-236.

Charles Forster, *The one primeval language traced experimentally through ancient inscriptions in the alphabetic characters* (London, 1851). — Recensionem dedit Garcin de Tassy, in *Journ. asiat.*, ser. IV, t. XVIII, p. 88-94. Secunda editio prodiit Londini, ann. 1852.

Lottin de Laval, *Voyage dans la Péninsule arabique du Sinaï et l'Égypte moyenne...* (Paris, 1855-1859). Capitulo XII agitur de titulis sinaiticis (p. 327-355). Tabulæ sunt octoginta numero, fere quadringenta proscynemata continentes.

Charles Forster, *The israelitic authorship of the Sinaïtic inscriptions* (London, 1856).

John Hogg, *Further Notice respecting the Sinaïtic inscriptions*, in *Transactions of the Royal Society of literature*, ser. II, vol. V, p. 33-58 (London, 1854). Apographon unum a Frazer sumptum tradit.

O. Blau, *Inschriften aus Petra*, in *Z. D. M. G.*, t. IX (1855). Pag. 231 apographon unum a Ross sumptum evulgavit.

Kalmann Schulmann, *Ariel über sinaïtische Inschriften*, etc. (Wilna, 1856). Vide animadversiones in *Zeitschrift der deutsch. morgenländischen Gesellschaft*, t. XVII (ann. 1863), p. 155.

Porphyrios Uspenskii relationem suæ peregrinationis ad montem Sinai, anno 1850 peractæ, lingua moscovita edidit Petropoli, ann. 1856; apographa viginti titulorum continet, quæ recusit paucis aliis adjectis in altero volumine quod typis mandavit Petropoli, anno 1857, item lingua moscovita. Apographa pleraque ex aliorum operibus deprompta sunt. Ejusdem viri opus, in quo, teste Levy (*Z. D. M. G.*, t. XIV, p. 365), 89 inscriptiones edidit, hucusque frustra quæsivimus in variis bibliothecis Galliæ, Germaniæ et Moscoviæ.

Fr. Lenormant, *Sur l'origine chrétienne des inscriptions sinaïtiques*, in *Journ. asiat.*, ser. v, t. XIII (1859), p. 5-58, 194-214, adjectis duabus tabulis; de hoc argumento etiam in *Comptes rendus de l'Acad. des Inscript.*, ser. I, t. II, p. 45-47.

C. R. Lepsius, *Denkmäler aus Ægyptus und Æthiopien*... Abth. VI, Bl. 14-21 : *Sinaïtische Inschriften* (Berlin, 1859); proscynemata numero centum et sexaginta accuratissime descripta.

M. A. Levy, *Über die nabathäischen Inschriften von Petra, Hauran, vornemlich der Sinaï-Halbinsel*, in *Zeitschrift der deutsch. morgenländischen Gesellschaft*, t. XIV (1860), p. 363-380, cum tabulis quatuor. De titulis circiter ducentis egit.

Fr. Lenormant, *Deux mots sur les inscriptions du Sinaï*, in *Journ. asiat.*, ser. v, t. XVIII (1861), p. 263-270.

Samuel Sharpe, *Hebrew Inscriptions from the valleys between Egypt and mount Sinai in their original characters with translations and alphabet* (Londini, 1875). Operi adnexæ sunt viginti tabulæ omnes ex Grey desumptæ.

E.-H. Palmer, libellos manuscriptos tres reliquit; primo et tertio continentur apographa inscriptionum circiter quingentarum, nullis numeris distincta; libellum et paginam indicamus. Anno 1868 exarati sunt.

Egregium opus, cui titulus *Ordnance Survey of the Peninsula of Sinai*, in publicam lucem prodiit Londini anno 1869. Pars I^a^, narrationem anglicæ expeditionis et descriptionem locorum; Pars II^a^, tabulas geographicas; Pars III^a^, tribus tomis, photographicas imagines continet. Inscriptionum imagines tomo tertio insertæ sunt.

Michael Eneman, *Resa i Orienten 1711-1712*. Opus editum a K. U. Nylander, Upsalæ, anno 1889. De titulis sinaiticis agitur p. 38-41, adjecto apographo uno.

De G. Bénédite missione ad Peninsulam Sinaiticam fit sermo in *Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions*, sér. IV, t. XVII (1889), p. 308 et seq.; necnon t. XVIII (1890), p. 184, 358.

J. Euting, *Sinaitische Inschriften* (Berlin, 1891), cum tabulis quadraginta plus quam sexcentos titulos continentibus. — Operis recensionem dederunt inter alios Ph. Berger, in *Revue critique*, ann. 1892, t. II, p. 489-493, et J. Karabacek, in *Wiener Zeitschrift für Kunde des Morgenlandes*, t. V (1891), p. 311-326.

Auctorum qui obiter tantum de inscriptionibus nostris locuti sunt opera recensere supervacaneum duximus.

Ad finem hujus capitis tabulas concordantiarum dabimus perfectas, quarum ope textus a singulis auctoribus antea editi in hoc opere nostro facillime invenientur.

(Impressum mense junio 1902.)

ARTICULUS I.

VALLIS DICTA WADI ŠELLAL.

Qui a maris littore veniunt, ad montes perlustrandos, ingrediuntur per latam vallem cui nomen وادى شلّال, *Wâdi Šellâl*, ut videre est in tabula hic subjecta, quæ etiam distributionem indicat subsequentium inscriptionum, usque ad n^um^ 1471 inclusive.



In dicta autem valle unicum repertum est proscynema et delineatum a Lepsio; ejus apographon damus tabula LVIII.

490

Lepsius, 166; Levy, LII.

(Tab. LVIII.)

שלם עבדאלבעלי בר
[ש]עדאלה[י] בטב

Pax! ᶜAbdalbaᶜli filius
Šaᶜdallahi, in bono.

Proscynema ejusdem auctoris, ut videtur, sub n^is^ 1367, 1723; unde certa nobis proposita interpretatio; nec possumus cum Lidzbarski (*Handb. nords. Epigr.*, s. v.) זעראלה, legere. — Eadem nomina, inverso ordine, sub n° 979.

עבדאלבעלי, arab. عَبْدُ ٱلْبَعْلِ, «servus τοῦ Baʿal»; nomen frequentissimum in titulis sinaiticis.

שעדאלהי, arab. سَعْدُ ٱللّٰهِ; jam supra occurrit sub n° 217; e verbo سعد «felix, faustus fuit» et nom. di vio compositum. Scriptum invenimus שעדלהי (sub n^is 890, 891, etc.), et שדאלהי (sub n^is 740, 1078). — Cf. palmyr. שעדאל, *Répert. d'épigr. sémit.*, n° 49.

ARTICULUS II.

REGIO DICTA NAQB BUDRAH.

Appellant Arabes نقب بدرة, *Naqb Budrah*, regionem montuosam et desertam, ad pascendos camelos minus aptam, quam transire necesse est, e *Wâdi Šellâl* ad *Seih Sidreh* pergentibus. Perpauca ibi exstant proscynemata.

491-493

(Tab. LVIII.)

Imagines damus e delineationibus Eutingianis effictas.

491. — Euting, 675.

שלם יתעו בר ודו בריך לע[ל]ם

Pax! Yatiʿu filius Waddu. Benedictus sit in æternum!

Re quidem vera fert apographon פתעו, quæ lectio si recta sit conferre licet ad فَتَغَ «conculcavit» vel فثغ «confregit caput»; sed ducimus nomen corrigendum esse in יתעו, collatis n^is 2571, 3162. Eadem nomina, inverso ordine, infra, sub n^is 1016, 1393.

ודו, «dilectus»; græc. Οὔαδδος (Wadd., 1969); arab. وَدٌّ (Wüstenfeld, *Reg.*, p. 457). — Cf. ודיו, infra sub n° 1012, et forte ודידו(?), sub n° 842.

---

492. — Euting, 676.



גדיו בר [בחגה]

Godaiyu filius [Baḥageh]

גדיו, arab. جُدَىّ (Ibn Doreid, 207). — Cf. palmyr. גדיא (Vogüé, P. 32 *bis*). Juxta Tuch (*Z. D. M. G.*, III, 177) sit aram. גדיא «hædus»; haud veri simile.

Patris nomen deletum; restituendum est בחגה, ex titulis sub n^is 619, 661, 814, etc.

---

493. — Euting, 677.



דכיר הניאו בר

אושאלהי

שארא בטב

Commemoratus sit Honaiʿu filius
Aušallahi
Šârâ (?), *in bono.*

Cf. n°s 1043 et 1416, forte ejusdem auctoris.

הניאו; arab. هُنَيْءٌ «servulus»; diminutivum e הנאו (vide sub n° 585); græca transcriptio probabiliter est Ὄνεος (Euting, *Sinait. Inschr.*, n° 229).

אושאלהי, arab. أَوْسُ ٱللّٰهِ «donum Allah». Compositum ex אוש et nomine dei אלה. Sine י in fine אושאלה scriptum est sub n° 563. Omissa autem littera א in medio, scriptum invenimus אושלהי sub n^is 1144, 1148. De hac scribendi ratione, cf. etiam nomina אושלבעלי (sub n° 1225), והבלהי (sub n° 355), etc.

Tertiæ lineæ sensus nos fugit. An loquendi formula, an nomen proprium, an officii cujusdam designatio sit vox שארא aut שאדא statuere non audemus.

ARTICULUS III.

VALLIS DICTA SEIH SIDREH.

Vallis dicta *Seih Sidreh*, سدرة سيح, initium capit a planitie *el-Markhâ*, et versus orientem ascendit. Tituli, ad radices montis utrinque distributi, vel rupis parietibus vel saxis solo jacentibus inscripti sunt.

494-509

(Tab. LVIII.)

Horum titulorum delineationes eæ sunt quas effinxit Grey. Auctor iste sub nomine *Wâdi Mukatteb* universam regionem inde ab ingressu montium usque ad *Wâdi Feirân* designat. Hos vero titulos in loco dicto *Seih Sidreh* repertos fuisse Lottin de Laval docet.

494. — Grey, 1.

דכיר יעלי
בר עמיו בטב

Commemoratus sit Ya'li
filius 'Ammayu, in bono.

Eadem nomina sub nis 1333, 3011.

יעלי; arab. يَعْلَى.

עמיו, *'Ammayu* efferendum patet ex variis transcriptionibus græcis : Ἀμμαῖος (infra, in titulo bilingui, sub n° 1197), Ἀμαῖος (Lepsius, 96), Ἄμεος (Euting, *Sinait. Inschr.*, 342; Leps., 76, perperam ΑΛΛΕΟC transcripsit), Ἀμμοῖν (Euting, 259). Non est igitur diminutivum e forma عُمَيّ, ut innuit Euting (*Sinait. Inschr.*, n° 3), quod, ob vocales, Ὁμμαῖος scriberetur. Nomen mythicum عُمّ quod in *Qâmûs* legitur, nihil præter litteras commune cum nostro habere videtur.

---

495. — Grey, 1.

דכיר עו
דו בר זידו
שלם [ב]ט.....

Commemoratus sit 'Audu filius Zaidu,
.....

עודו; arab. عَوْذ (Ibn Doreid, 169), græc. Αὔδος, in titulis sinait. (Leps., 86). Cf. hujus diminutivum עוידו, supra, sub nis 393 et 401.

זידו; arab. زَيْد e rad. زاد «crevit, auctus est», decurtatum e זידאלהי (sub n° 187) aut simili. Nomen frequens; cf. supra, sub nis 157, 236, etc. Gr. Ζέδος (Euting, *Sinait. Inschr.*, n° 235).

Tertia linea dubiæ lectionis; forsan שלם[ו] בכל טב; sed forte etiam vox שלם initium est alterius tituli.

---

496. — Grey, 2; Beer, 69.

שלם דאבו בר
עמיו בטב

Pax! Di'bu filius
'Ammayu, in bono.

Sic legendum absque dubio, collatis nis 579, 972, 994, 1232, eadem nomina continentibus.

דאבו. Nöldeke apud Euting (*Sinait. Inschr.*, n° 9*a*) dubitat an e دَأَب vel ذُؤَاب deducendum sit nomen; sed vix dubium quin sit ذِئْب «lupus». Cf. nom. bibl. זְאֵב, nomen principi madianitico inditum (Jud., VII, 25, etc.), et arab. بنو الذئب, nomen gentis (*Qâmûs*). — Cum articulo אלדאבו, vide sub n° 1382. — Etiam diminutivum דאיבו habemus, sub n° 529.

---

497. — Grey, 2; Beer, 69.

שלם אעלא בר
חלצת בטב

Commemoratus sit Aʿlâ filius
Ḥaliṣat, in bono.

Sic legendum coll. n° 2505.

אעלא, cf. nomen arab. أَعْلَى « dignitate excelsus » (Wüstenfeld, *Register*, p. 56).

חלצת, vide sub n° 539.

---

498. — Grey, 2; Tuch, XXI; Lottin, pl. 13 et pl. 21.

Delineatio a Grey efficta sub *a;* a Lottin autem sub *b*, tabula LXIII; ejus ectypon sub *c*, tabula CVI.

שלם למינו בר
עבדאל.. בטב

Pax! Laminu (?) *filius*
ʿAbdal..., *in bono.*

Cf. n^um^ 561 sub quo eadem nomina rursus occurrunt.

למינו, lectio certa videtur collatis apographis, etsi quale sit nominis etymon non apparet.

Patris nomen forte עבדאלנא; cf. sub n^is^ 157, 173. Huic lectioni favet apographon Greyanum, sed alia nomen in ו desinens præbent.

---

499. — Grey, 4; Tuch, IX.

דכיר אשו בר חרי
שו די מקתרי אשי
בו בטב

Commemoratus sit Ašu filius Ḥarî-
šu qui vocatur Ašya-
bu, in bono.

Cf. n^um^ 1429, qui forte eamdem inscriptionem bis descriptam continet, necnon n°s 1124, 1297.

אשו, nomen nobis novum. Forma certa, in אושו minime corrigenda; confirmatur enim non tantum apographo inscriptionum sub n^is^ 1429 et 1124, sed et apographis diversis inscriptionis sub n° 1297 datæ.

חרישו; græce Ἄρισος, in titulo bilingui, infra sub n° 1044. — Cf. arab. حَرِيش et cum artic. الحَرِيش (Ibn Doreid, 157, 181). Lectio certa e collatione n^i^ 1297.

אשיבו, nomen æque novum. Etymon incertum. An sit arab. أَشْيَبُ « canum habens caput », an ad rad. سَأَبَ referendum, nescimus.

---

500. — Grey, 6 et 142; Beer, 42, 43; Lottin, pl. 1.

Hac tabula damus delineationem a Grey effictam et n° 142 signatam; tabula autem LXIX sub *b* ejusdem delineationem n° 6 signatam : certissime eadem manu exarati sunt tituli; deficiente tamen hic, saltem in apographo, signo in crucis modum ante vocem שלם posito, conjicere licet eadem nomina bis scripta esse.

שלם גרמאלהי בר עבידו
.....
שלם גרמאלהי בר עבידו
.....

Pax Garmallahi filius ʿObaidu

.....

Primæ lineæ lectio certa, collatis n^is^ 562, 1158, 1229, etc.

גרמאלהי. Vide supra, sub n° 355. Frequens in nostris titulis.

עבידו, arab. عُبَيْدُ (Ibn Doreid, 40, etc.) « servulus »; græce Ὄβαιδος (Wadd. 1977) et Ὄβεδος (ibid. 1984 *c*); diminutivum e עבדו. Jam supra, sub n° 221.

Secunda linea incerta. Cf. n^um^ 764.

---

501. — Grey, 97; Beer, 1.

שלם אושו בר
כלבו בטב

Pax! Aušu filius
Kalbu, in bono.

Eadem nomina sub n^is^ 621, 815, 1108, 1760, 1816, 1888, 1989.

אושו, græce Αὔσος (Wadd. 2034, et infra in bilingui titulo sub n° 1044) vel Ἀοῦσος (Wadd. 2205,

2511). Arab. أُوَيْس. Cf. supra sub nis 163, 173, 245, 341. Sensum communem «lupus» Euting (*Sinait. Inschr.*, sub n° 11) merito rejicit, et «donum» interpretatur, collatis nominibus ubi vocabulum in compositione apparet cum nomine divino, ut sunt: אושאלהי (sub n° 493), אושאלבעלי (sub n° 617). Nomen igitur apocopatum, ejusdem formæ ac חורו, עבדו ceteraque. — Diminutivum אוישו haud rarum est; vide sub n° 502. Cf. etiam אבאושו, sub n° 513.

כלבו; arab. كَلْبٌ «canis», jam supra invenimus sub nis 268, 272, 291. Cf. כלבא, sub n° 213; et diminutivum כליבו, sub n° 2101; femin. כליבת, ar. كُلَيْبَةٌ, sub n° 198.

---

502. — Grey, 99; Lottin, pl. 15.



אוישו
דכיר אש[דו]
בר עבידו
בטב

ʾOwaišu.
Commemoratus sit Ašw[adu]
filius ʿObaidu,
in bono.

אוישו, arab. أُوَيْس (Ibn Doreid, 245, 247; Wüstenfeld, *Register*, p. 370); forte diminutivum e אוש, «munusculum» potius quam «lupulus», licet lexicographi arabes hanc solam interpretationem tradant. Vide sub n° 501.

Secundum nomen אשודו complendum; cf. sub n° 648.

---

503. — Grey, 99; Beer, 77.



שלם חליצו בר
אתמו בטב

Pax! Ḥolaiṣu filius
Atimu, in bono.

Lectio certa, collatis nis 588, 767.

חליצו; arab. خُلَيْص, diminutivum, ut videtur, e חלצו; vide sub nis 1449, 1593, 2582, etc.

אתמו; arab. أَتَمّ, e genere nominum quæ *elativa* vocant grammatici, secundum Tuch (*Z. D. M. G.*, t. III, p. 137); sed observat Nöldeke (apud Euting, *Sinait. Inschr.*, n° 50) ex hac radice تمّ nomina propria تَمِيم vel مُتَمِّم tantummodo deducta esse. Lenormant (*Journ. asiat.*, ve sér., t. XIII [1859], p. 15) nomen contulit cum ægyptiaco nomine *atoum*, *atoumou*, numen designante. — Nota insuper hujus nominis græcam transcriptionem valde probabiliter haberi sub forma Ἀθέμου (Wadd., 2387) quæ neutri prædictarum opinionum favet, sed potius radicem أتم innuit; cf. safaït. אתם. Etymon igitur valde dubium.

---

504. — Descript. de l'Égypte, 52; Grey, 139; Tuch, xx; Lottin, pl. 11; Uspenskij, 2e éd., p. 135, n° 6.

Delineationem a Lottin effictam sub *b*, tabula C, damus.



שלם גרמאלבעלי בר חנטלו

Pax! Garmalbaʿli filius Ḥanṭalu.

Cf. nos 1060, 1474.

גרמאלבעלי, græce Γαρμαλβαλος in titulo græco apud Lepsium, sub n° 134. Frequentissimum. Etiam גרמלבעלי scriptum reperies sub nis 1181, 1184. Cf. quæ supra diximus sub n° 355.

חנטלו, arab. حَنْظَلٌ «colocynthis», nomen proprium (*Qâmûs;* Wüstenfeld, *Reg.*, p. 43); frequentius tamen حنظلة; forte femininum sub n° 1880.

---

505. — Descript. de l'Égypte, 52; Grey, 139; Tuch, xx; Lottin, pl. 11.

Delineatio a Lottin efficta sub *b*, tabula C :



דכיר חרישו בר ואלו בטב ע.מו

Commemoratus sit Ḥarîšu filius Waʾilu, in bono!...

Eadem nomina sub nis 754, 912, 1028.

Ultima signa dubia; ענמו vel עלמו; forte initium alterius tituli.

ואלו, nomen præ ceteris longe frequentius in titulis sinaiticis. Arab. وَائِلٌ (Ibn Doreid, 162, 205, etc.) e rad. وَأَلَ «effugit, salvus evasit»; græce Οὐάελος (Wadd. 2496); cf. supra, sub n° 245. Cf. ואל sub nis 808, 1374, etc.; ואלת, sub nis 752, 785, etc.; ואלן, supra sub n° 206.

---

506. — Grey, 139; Tuch, xx; Lottin, pl. 11; Uspenskij, 2e éd., p. 135, n° 7.

Vide apographon a Lottin editum sub *b*, tabula C.

דכיר חרשו בר עמיו כהן תא

Commemoratus sit Ḥiršu filius ʿAmmayu, sacerdos Tâ.

חרשו, græce Ἔρσος, infra in titulo bilingui, sub n° 1044. Etymon incertum. Forma arab. sit حِرْش. Cf. palmyr. חרשא, græc. Ἀρσᾶ, genitivo casu (Vogüé, P. 20). Femininum sub n° 786.

כהן תא, interpretâtio fere certa; vix aliter legere licet, ut patebit, ni fallimur, ex infra dicendis sub n° 766.

---

507. — Grey, 139; Tuch, xx; Beer, 76; Lottin, pl. 11. Uspenskij, 2e éd., p. 65 et p. 135, n° 8.

Delineatio a Lottin efficta sub *b*, tabula C.

דכיר חנטלו בר אבן אלקינו בטב

Commemoratus sit Ḥanṭalu filius Ibn-Alqainu, in bono!

אבן אלקינו. Vide אבן אלקין, sub n° 623.

508. — Grey, 140; Lottin, pl. 2.

Collatis delineationibus a Grey (sub *a*) et a Lottin de Laval (sub *b*, eadem tabula) effictis, sic legendum videtur :

עבראלבעלי בר יעל[י]

ʿAbdalbaʿli filius Yaʿl[î].

Eadem nomina, inverso ordine, sub n° 692.

---

509. — Grey, 141; Beer, 120; Lottin, pl. 15.

Utramque delineationem exhibet tabula.

דכיר זידו בר זידו ועמיו ברה בטב ושלם

Commemorati sint Zaidu filius Zaidu, et ʿAmmayu filius ejus, in bono et pace!

Lectio certa videtur.

Cunctæ litteræ superioris lineæ unico ductu junctæ sunt; cf. n°s 517, 533, 541, etc.

510-519

(Tab. LVIII.)

Titulorum sub his numeris positorum figuræ e tabulis a Lottin de Laval delineatis sunt desumptæ.

510. — Lottin, pl. 2.

שלם אושו בר
צחבו ב[טב]

Pax! Aušu filius
Ṣaḥbu, in [bono]!

צחבו; cf. nom. arab. صُحْبٌ (Wüstenfeld, *Regist.*, p. 145).

---

511. — Lottin, pl. 2.

Ectypon a Lottin expressum sub *b*, tabula CVI.



Pax! Wa'ilu filius ʿAmamu . .

Simile proscynema sub n° 1089.

1296. — Lepsius, 108; Euting, 537; Lidzbarski, XXXV, 19: Bénédite, 711.

Apographon Euting sub *b*, tabula XCV, Lepsii sub *b*, tabula XCVIII.



שלם פרדו בר ואלו בר
שעדת די מקתרי
בר חרי כלבו

Pax! Faridu filius Wa'ilu filius
Ša'idat, qui cognominatur
libertus Kalbu.

פרדו, cf. arab. فَارِدٌ vel فَرِيدٌ. Forte legendum ורדו, cf. sub n° 842.

שעדת. Contulit Euting (*Sinait. Inschr.*, n° 295) nom. arab. سَعِيدَةٌ (Wüstenfeld, *Reg.*, p. 403). Cf. שעדו, supra, sub n^is 231, 253, etc.

די מקתרי, eadem formula jam nobis occurrit sub n^is 499, 1124, 1147, 1254.

1297. — Euting, 531; Bénédite, 712.



שלם אשו בר חרישו בטב

Pax! 'Ašu filius Ḥarišu, in bono.

אשו, lectio certa; cf. n°s 499, 1429.

1298. — Euting, 532; Bénédite, 713.



דכיר בריאו בר ואלו בטב

Commemoratus sit Bora'iu filius Wa'ilu, in bono.

Proscynema simile sub n° 674.

1299. — Bénédite, 714.



שלם א[ב]נ.....
בר פצי

Pax! Ibn.....
filius Faṣî.

Forte complendum : אבן קומו בר פציו; cf. n^um 1052.

1300. — Bénédite, 715.

שלם בריאו בר
כלבו

Pax! Borai'u filius
Kalbu.

Simile proscynema sub n^is 1521, 1639, 1897, 1942, 2258, 2296, 2390, 2396, 2472, 2524, 2698.

1301. — Lottin, pl. 39; Euting, 533; Bénédite, 716.

Apographon Euting sub *b*, tabula XCV.

שלם עבידו בר צחבו בטב

Pax! 'Obaidu filius Ṣaḥbu, in bono.

E collatione apographorum sic legendum videtur; attamen secunda littera in nomine auctoris dubia, quod forte sit עבידו.

1302. — Lottin, pl. 39 et 51; Euting, 534; Bénédite, 717.

Apographon Lottin sub *b*, tabula XCVII.

שלם חלצת בר
בריאו בטב

Pax! Ḥaliṣat filius
Borai'u, in bono.

Simile proscynema sub n^is 1522, 3092.

1303-1321

(Tab. XCI.)

1303. — Bénédite, 718.

Proscynema tribus lineis constare videtur, lectu difficillimis; certam interpretationem dare non valemus; hæc probabiliora nobis apparent :

דכיר בטב יעלי
בריך [ש].לי בר פצי בטב
וש..ג....על..

1304. — Bénédite, 719.

דכיר עבדאלבעלי

Commemoratus sit ʿAbdalbaʿli.

Cf. nos 682, 918, 1381.

1305. — Seetzen, 27; Euting, 523; Bénédite, 720.


שלם אבן אלקין
בר ואלו בטב
ושלם

Pax! Ibn-Alqain
filius Wa'ilu, in bono
et pace.

1306. — Seetzen, 27; Lepsius, 102; Levy, xxix; Lottin, pl. 48; Euting, 524; Lidzbarski, XXXVI, 1; Bénédite, 721.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XCVIII; ectypon a Lottin expressum sub *c*, tabula CVI.


שלם ואלו בר עודו בטבז

Pax! Wa'ilu filius ʿAudu, in bono.

Eadem nomina manu eadem exarata sub nis 770, 1025.

1307. — Bénédite, 722.

שלם נשינו *Pax! Nošaigu.*

1308. — Lepsius, 102; Levy, xxxix; Lottin, pl. 48; Euting, 524 *a*; Bénédite, 723.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XCVIII.


שלם גרמאלהי *Pax! Garmallahi.*

1309. — Lepsius, 102; Lottin, pl. 42; Euting, 524 *a*; Levy, xxxix; Bénédite, 724.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XCVIII.


....עלים נדירא ברת ענמו

....puer Gadira filia ʿAnimu.

Pars prior tituli, descripta infra titulum sub n° 1307 editum, evanuit; nullo modo voces cum titulo superiore, alia manu exarato, conjungere licet. Vide apographon Lottinianum sub n° 1402 B, tabula XCVII.

1310. — Bénédite, 725.

שלם עמרו בר אבן א
לקיני ב[טב]

Pax! ʿAmru filius Ibn-A-
lqaini, in [bono].

Patris nomen mendose scriptum est in apographo, אלויני pro אלקיני; cf. nos 1328, 2647.

1311. — Seetzen, 26; Beer, 82; Lepsius, 121; Lottin, pl. 47; Euting, 521; Bénédite, 726.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XCVIII.

דכיר אלחשפו בר
אלמבקרו בטב

Commemoratus sit Alḥuššafu filius
Almobaqqeru, in bono.

Eadem nomina sub nis 977, 1058, 1070, 1332.

1312. — Seetzen, 26; Tuch, XI; Lepsius, 121; Lottin, pl. 47; Euting, 522; Bénédite, 727.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XCVIII.

דכ[י]ר חלצת בר חרישו

Commemoratus sit Ḥaliṣat filius Ḥarišu.

Simile proscynema sub n^is 1490, 1871.

Infra, litteræ מדכרו quæ forte sunt initium alterius proscynematis : [של]ם דכרו (cf. n^um 392) aut ...מדכר ו; cf. n^um 1280.

1313. — Seetzen, 27; Beer, 55; Euting, 525 *a*; Bénédite, 728.

שלם עודו בר עמיו

Pax! ʾAudu filius ʿAmmayu.

Cf. n°s 860, 907, 1324, 1410, 1421.

1314. — Seetzen, 27; Beer, 55; Euting, 526; Bénédite, 729.

שלם ואלו בר שעדאלהי

Pax! Waʾilu filius Šaʿdallahi.

Proscynema simile sub n^is 771, 964.

1315. — Seetzen, 27; Lepsius, 122; Levy, XLIV; Euting, 527; Bénédite, 730.

שלם חרגלו בר *Pax! Ḥurgulu filius*

עבידו *ʿObaidu.*

Eadem nomina sub n^is 2004, 2368, 2375, et, inverso ordine, sub n^is 1226, 1448, etc.

1316. — Seetzen, 27; Grey, 69; Beer, 106, 107; Lepsius, 122; Bénédite, 731.

מגדיו בר *Mogdiyu filius*

ואלו *Waʾilu.*

Eadem nomina sub n^is 1152, 2106.

Ultima signa incerta; cf. sub n° 2106 titulum eidem auctori adscribendum, in quo post nomen ואלו legimus vocem עלימא.

1317. — Seetzen, 27; Lepsius, 122; Euting, 528; Bénédite, 732.

שלם ואלו בר הניאו בטב

Pax! Waʾilu filius Honaiʾu, in bono.

Cf. n°s 662, 748, 1110.

1318. — Seetzen, 27; Lepsius, 122; Levy, II C; Euting, 529; Bénédite, 733.

שלם אלהמשו *Pax! ʿAlhamišu*

בר דבילת *filius Dobailat.*

Simile proscynema sub n° 830.

אלהמשו sane e rad. هَمَش «loquax fuit».

דבילת, conferri potest cum arab. دُبَيْلَة «calamitas»; sed forte legendum רבילת, arab. رَبِيلَة «pinguedo, obesitas».

1319. — Seetzen, 27; Grey, 67; Beer, 19, 20; Lepsius, 103, 118; Lottin, pl. 40; Euting, 530; Bénédite, 734.

שלם ואלו בר

זידו בר חרישו

Pax! Waʾilu filius
Zaidu, filii Ḥarîšu.

Vide n^um 772; cf. etiam n°s 586, 1040, 1191.

1320. — Seetzen, 25; Bénédite, 735.

דכיר בריאו בר

חרישו

Commemoratus sit Boraiʾu filius
Ḥarîšu.

Simile proscynema sub n^is 655, 1931, 2890, 3135; cf. etiam n°s 638 et 1368.

1321. — Bénédite, 736.

Proscynema duplex. Prius vix legi potest. Forsan in fine : .... בר עבדאלה Posterius non sine probabilitate interpretari licet : ....[דכ]יר עבדאלה בר ש.

1322-1335

(Tab. XCII.)

1322. — Bénédite, 737.

Duabus lineis constat proscynema; in superiore videtur agnoscendum nomen עמיו.

Inferior vero sic legenda est :

שלם בריאו בר י[עלי]

Pax! Borai'u filius Y[a'li].

Eadem nomina sub n° 958.

1323. — Grey, 47; Beer, 3; Bénédite, 738.

שלם עודו בר קימו

Pax! 'Audu filius Qaiyamu.

Sic legendum ex apographo Greyano. Cf. sub n° 1339 titulum ejusdem auctoris, ut videtur.

1324. — Bénédite, 739.

שלם עודו בר

עמיו . . .

Pax! 'Audu filius
'Ammayu. . . .

Cf. n°s 860, 907, 1313, 1410, 1421.

1325. — Bénédite, 740.

שלם שעדאלהי בר גרמאלבעלי בר
בחגה בשנת ארבעין וחמש

Pax! Ša'dallahi filius Garmalba'li, filii
Baḥageh, in anno quadragesimo quinto.

Nomina nota sunt. Notanda vero anni mentio. Annus 45 æræ eparchiæ seu Bostrenorum, de qua jam supra diximus (sub n° 963), incipit mense martio anni 149 æræ christianæ. Ergo hic titulus antiquissimus est titulorum sinaiticorum qui temporis mentionem exhibent.

1326. — Bénédite, 741.

שלם גרמא

Pax! Garma.

Forte mancum in fine; cf. tamen n^um 784.
Ad dextram, vestigia alterius tituli.

1327. — Bénédite, 742.

אושו [עבד]אלה[י] בר דמגו

'Aušu. 'Abdallahi filius Damigu.

Ad duo proscynemata pertinent nomina. Nomen אושו alia manu ac reliqua inscriptum videtur.
דמגו, in fine, certum. Cf. sub n° 576.
עבדאלהי conjiciendo restituimus e vestigiis litterarum.

1328. — Bénédite, 743.

שלם עמרו בר
אבן אלקיני בכל ט[ב]

Pax! 'Amru filius
Ibn-Alqaini, in omni bono.

Simile proscynema sub n^is 1310, 2647.

1329. — Bénédite, 744.

ש[ל]ם ואלו בר חרישו

Pax! Wa'ilu filius Ḥarîšu.

Eadem nomina sub n^is 829, 1063, 1342.

1330. — Bénédite, 745.

שלם ואלו

Pax! Wa'ilu.

1331. — Bénédite, 746.



מדכור

שערלהי בר

כלבו ב.

Commemoratio Ša'dallahi filii Kalbu, ...

Eadem nomina sub n° 797.

מדכור, nomen videtur deductum e verbo דכר « commemoratus est »; cf. nomina דכרון (sub nis 407, 478), פקדון (sub n° 350), alia tamen ratione efformata.

1332. — Bénédite, 747.

דכיר אלחשפו בר . . .

Commemoratus sit Alḥušša fu filius . . . . .

אלחשפו jam supra invenimus, sub n° 977.

1333. — Bénédite, 748.



דכיר יעל[י] בר עמיו

בטב ושלם

Commemoratus sit Ya'lî filius 'Ammayu, in bono et pace.

יעלי conjiciendo legimus, collato n° 494.

Ad finem lineæ secundæ quædam signa confusa; forte initium alterius proscynematis.

1334. — Bénédite, 749.



שלם שערלהי בר עבד

אלבעלי

Pax! Ša'dallahi filius 'Abd-alba'li.

Patris nomen sic restituere licet. Cf. num 979.

1335. — Grey, 111; Bénédite, 750.

דכיר עמ[יו]

Titulus imperfectus in ipso lapide; nomen complendum est עמ[יו] vel עמ[רו] aut עמ[מו].

1336-1355

(Tab. XCIII.)

1336. — Grey, 50; Beer, 66; Bénédite, 751.



דכיר עבדאלבעלי

בר א. . . .

Commemoratus sit 'Abdalba'li. filius A. . . . .

1337. — Bénédite, 752.



. . . . ש..מא

Wa'ilu. ואלו

1338. — Grey, 45, 110; Beer, 9, 10; Bénédite, 753.



שלם זידו

בר עמיו בטב

Pax! Zaidu filius 'Ammayu, in bono.

Simile proscynema sub nis 631, 695. Duo apographa quæ invenimus apud Grey, sub nis 45 et 110, valde similia sunt; nescimus an duobus locis inscriptum fuerit vel idem proscynema bis descripserit clarus vir.

(Impressum mense junio 1908.)

1339. — Bénédite, 754.

𐤔𐤋𐤌 𐤏𐤅𐤃𐤅	שלם עודו	*Pax! 'Audu*
𐤁𐤓 𐤒𐤉𐤌𐤅	בר קימו	*filius Qaiyamu.*

Proscynema ejusdem auctoris sub n° 1323.

קימו; arab. قَيَّام «subsistens». Forte idem nomen quod græce transcriptum est Καίαμος (Wadd., 2103, etc.).

1340. — Grey, 46; Beer, 17; Bénédite, 755.



שלם חרשו בר ואלו בטב

Pax! Ḥiršu filius Wa'ilu, in bono.

Cf. num 538.

1341. — Bénédite, 756.

𐤔𐤋𐤌 𐤂𐤃𐤉𐤅	שלם גדיו	*Pax! Godaiyu*
𐤏𐤁𐤃𐤅 𐤁𐤍𐤉	ו[ע]בדו בני	*et 'Abdu, filii*
𐤀𐤅𐤔𐤅	אושו	*Aušu.*

Lectio satis probabilis, non omnino certa. Cf. num 1346.

1342. — Bénédite, 757.

𐤆𐤊𐤓[𐤓] 𐤅𐤀𐤋𐤅 𐤁𐤓 𐤇	דכי[ר] ואלו בר ה	
𐤓𐤉𐤔𐤅	רישו	

Commemoratus sit Wa'ilu filius Ḥarîšu.

Eadem nomina sub nis 829, 1063, 1329.

1343. — Descript. de l'Égypte, 6; Grey, 44; Beer, 11; Bénédite, 758.

שלם ואלו בר קרחה

Pax! Wa'ilu filius Qariḥah.

Nomen patris קרחו, cum ו in fine, descripsit Rozière; sed alii ה habent. Ceteroquin ejusdem auctoris videtur titulus ac titulus sub n° 1022 positus; cf. num 984.

1344. — Bénédite, 759.

𐤔𐤋𐤌 𐤀𐤋𐤊𐤉𐤅 𐤁𐤓	שלם אלכיו בר	
𐤇𐤓𐤉𐤔𐤅 𐤁𐤈𐤁	חרישו בטב	

Pax! Alkaiyu filius Ḥarîšu, in bono.

Cf. כיו sub n° 1155. Proscynema iterum occurrit, sed evanidum, sub n° 2049.

1345. — Lottin, pl. 52; Bénédite, 760.

𐤔𐤋𐤌 𐤇𐤓[𐤉𐤔]𐤅 𐤁𐤓	שלם חר[יש]ו בר	
𐤊𐤋𐤁𐤅	כלבו	
𐤅𐤊𐤋𐤁𐤅 𐤁𐤓[𐤄]	וכלבו בר[ה]	

Pax! Ḥarîšu filius Kalbu, et Kalbu filius [ejus].

Primum nomen legendum est חרישו et alterum כלבו, etsi prima littera a consueta forma litteræ כ recedat. Lectionem confirmat titulus ejusdem auctoris sub n° 2658 editus.

1346. — Lottin, pl. 52; Bénédite, 761.

𐤔𐤋𐤌 𐤀𐤅𐤔𐤅	שלם אושו	
𐤁𐤓 𐤂𐤃𐤉𐤅 𐤁𐤈𐤁	בר גדיו בטב	

Pax! 'Aušu filius Godaiyu, in bono.

Cf. num 1341.

1347. — Bénédite, 762.

𐤔𐤋𐤌 𐤅𐤀𐤋𐤅	שלם ואלו	*Pax! Wa'ilu*
𐤁𐤓 𐤕	בר ת	*filius T. . . . .*

Nomen patris forte complendum תימו. Cf. num 2121.

1348. — Bénédite, 763.

𐤔𐤋𐤌 𐤂𐤓𐤌	שלם גרם	*Pax! Garm.*

Nomen forsan complendum [אלהי]גרם, *Garmallahi*, aut quid simile; cf. tamen nos 784, 1326.

1349. — Bénédite, 764.

שלם אעלא

בר וד....

Pax! A'lâ
filius W....

Probabiliter idem proscynema quod iterum habemus sub n° 1356.

1350. — Bénédite, 765.

שלם עבידו בר עבדאלבעלי

Pax! ʿObaidu filius ʿAbdalbaʿli.

Cf. n°s 552, 713. — Probabiliter idem proscynema quod damus sub n° 1357.

1351. — Bénédite, 766.

שלם [ד]אבו בר עבידו
בטב

Pax! Di'bu filius ʿObaidu,
in bono.

Lectio dubia.

1352. — Bénédite, 767.

שלם עמירת בר זידו בטב

Pax! ʿAmîrat filius Zaidu, in bono.

Simile proscynema sub n^is 778, 1188, 2808.

1353. — Bénédite, 768.

דכיר ע....

בר ואלו ב[טב]

Commemoratus sit ʿA....
filius Wa'ilu, in [bono].

Ultima signa, fracto lapide, perierunt.

1354. — Bénédite, 769.

Fragmentum e quo nihil certi eruere licet.

1355. — Euting, 390; Bénédite, 770.

שלם מערקו בר ענמו

Pax! Muʿriqu filius ʿAnimu.

מערקו, forte arab. مُعْرِقٌ «generosus», loquendo de imbre. Cf. ab eadem rad. nomina عِرْق, العَرْقان (*Qâmûs*).

1356-1388

(Tab. XCIV.)

Exhibet tabula XCIV delineationes ex opere ab Euting edito depromptas; nonnullas quidem collationis causa; alias vero quia a Bénédite prætermissas fuisse comperimus. Illæ nunc a nobis exponendæ.

1356. — Euting, 343.

שלם אעלא *Pax! A'lâ*

בר...ת *filius....*

Patris nomen incertum. Animadvertit Euting ultima signa in suo apographo non multum recedere ab apographo Lepsiano quod habes sub n° 789, tabula XCVIII, ubi sine dubio legendum est טילת; hic quoque legendum esset אעלא בר טילת; cf. n^um 637. Sed satis probabile est hoc proscynema idem esse quod jam edidimus sub n° 1349. Apographon autem Bénédite ibidem datum hanc lectionem non confirmat.

1357. — Euting, 343 *a*.

עבידו בר עבדא[לבעלי]

ʿObaidu filius ʿAbda[lbaʿli].

Euting nomen patris גמלא legit; sed videtur imperfecta ejus delineatio, et probabiliter idem est proscynema quod jam edidimus sub n° 1350; unde proposita restitutio.

1358. — Euting, 348.



שלם לחריש
ו בר יעלי
....

Pax שָׁלֵם *Ḥariš-*
u filio Yaʿli
.....

Eadem nomina sub n[is] 527, 1238, et probabiliter 1404.

Forte ל ante nomen חרישו lapsu inscriptum fuit; cf. tamen n[um] 1234. Ultima hujus nominis littera ad secundam lineam rejecta est; eamdem rationem scribendi vide sub n° 1238.

Signa tertiæ lineæ Euting כהנו « sacerdos » interpretatus est; lectio nobis omnino dubia.

1359. — Lepsius, 68; Palmer, I, 85; Euting, 446.

Apographon Palmeri, sub *b*, tabula XCVI; Lepsii, sub *c*, tabula XCVIII.



שלם מליחו בר אשודו [ב]ט[ב]
חלצת....

Pax! Molaiḫu filius Ašwadu, in bono
....Ḥaliṣat.

Simile proscynema sub n[is] 1586, 2523; unde patet secundam lineam ad alterum titulum pertinere.

מליחו. Cf. nom. arab. مُلَيْح (Ibn Doreid, 276), potius quam مَلِيح (Wüstenfeld, *Register*, p. 281).

Initio, quædam signa proscynemati extranea.

1360. — Palmer, I, 95; Euting, 447.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XCVI.

שלם עבדאלבעלי בר אושאל[הי]

Pax! ʿAbdalbaʿli filius Aušallahi.

Eadem nomina sub n[is] 1033, 1061, 1111, 1230.

1361. — Palmer, I, 95; Euting, 473.

שלם גרמאלבעלי
בר בחגה

Pax! Garmalbaʿli
filius Baḥageh.

Simile proscynema sub n° 2855.

1362. — Palmer, I, 98; Euting, 503.



שלם בחגה *Pax! Baḥageh.*

Vix dubium quin sit legendum hoc nomen, licet secunda littera fuerit mutila.

1363. — Lepsius, 79; Levy, xxxiii; Lottin, pl. 48; Palmer, I, 98; Euting, 504.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XCVIII.

שלם אחול בר ואלת

Pax! Aḫwal filius Waʾilat.

אחול, forte arab. أَحْوَل « strabus, distortis oculis præditus ».

1364. — Lepsius, 79; Levy, xxxiii; Lottin, pl. 48; Palmer, I, 98; Euting, 505.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XCVIII.

שלם אשפה *Pax! Ašfah.*

אשפה, lectio aliquantulum dubia; hoc nomen jam invenimus sub n° 1175. — Nescimus num ad nomen proprium viri Idumæi quod שְׁפוֹ (Gen., xxxvi, 23) et שְׁפִי (I Chr., i, 40) scriptum est, recte componatur.

1365. — Palmer, I, 102; Euting, 509, 509*a*.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XCVI.



שלם [נ]בהו
אלכתיו
די אבֹרקה

Pax! Nabihu [*filius*]
Alkutayu
qui Abraqah(?)

Proscynema ejusdem auctoris sub n° 544; vide quæ ibidem diximus. Particula בר inter duo priora nomina restituenda : patet e collatione ejusdem tituli.

Linea tertia vocabulum continere videtur quod jam sub n° 976 invenimus et אבנקה legimus; videtur esse cognomen; sensus autem obscurus.

1366. — Grey, 37; Lottin, pl. 35; Euting, 562; Bénédite, 667.

Apographon a Bénédite sumptum sub *b*, tabula C.



שלם עמרו בטב וש[ר]
אלבעלי ברה

Pax! ʿAmru, in bono; et Sad-albaʿli filius ejus.

Lectio certa videtur e collatione apographorum. Suspicatus est Euting legendum esse בטב ועבראלבעלי ברה, sed omnia apographa litteram ש distincte præbent.

שראלבעלי, cum aphæresi litteræ ע; cf. sub n° 1172.

1367. — Euting, 563.



שלם עבדאלבעל[י בר]
שעדאלה[י]

Pax! ʿAbdalbaʿl[*i filius*]
Šaʿdallahi.....

Eadem nomina sub n^is 490, 1723.

1368. — Seetzen, 22; Grey, 13; Beer, 135, 136; Euting, 575.



שלם עיידו ואבא[ושו]
ובריאו בני חרישו בטב

Pax! ʿOyaidu, et Abu-Aušu et Boraïʾu, filii Ḥarîšu, in bono.

Lectio omnino certa. Eorumdem fratrum frequens commemoratio; vide sub n^is 638, 1427, 2166.

1369. — Euting, 599.



שלם קשטו — *Pax! Qašiṭu*
בן הני[או] — *filius Honaïʾu.*

1370. — Euting, 601.



שלם .דם.. ועלימאלבע

Signa quorum sensus nos fugit. Forte idem proscynema quod in apographo Rüppelli (vide tabulam CI) infra n^um 1377 *b* descriptum est.

1371. — Euting, 603.



שלם טילה — *Pax! Ṭîlah*
בר דמנו — *filius Damigu.*

Vide quæ diximus de hoc proscynemate sub n° 576.

1372. — Euting, 604.



דכיר נשנכיה
בר עצרו

Commemoratus sit Našnakîyah
filius ʿAṣaru.

Eadem nomina sub n° 1379.

1373. — Euting, 604 *a*.

תימו *Taimu*

דכיר ונצו *commemoratus sit.*

Sic se habet apographon; sed cf. n^um^ 1377.

1374. — Descript. de l'Égypte, 59; Seetzen, 8; Rüppell, n° 2; Grey, 65; Beer, 114, 115, 116, 118; Ordnance Survey of Sinai, III, pl. 23; Euting, 605.

Apographon a Rüppell sumptum sub *b*, tabula CI.

שלם עיידו בר ואלו

וואל ברה

Pax! ʿOyaidu filius Waʾilu
et Waʾil filius ejus.

Simile proscynema sub n° 1445.

Litteram ו ad finem nominis ואל, in secunda linea, deesse demonstrant omnia apographa, necnon collatio n^i^ 1445.

1375. — Rüppell, n° 2; Ordnance Survey of Sinai, III, pl. 23; Euting, 606.

Apographon a Rüppell sumptum sub *b*, tabula CI.

דכיר דמגו בר ונצו

טילה בטב ו

שלם

Commemoratus sit Damigu filius
Ṭîlah, in bono et
pace.

Proscynema iterum habemus sub n° 1463 B.

Eadem nomina, inverso ordine, sub n° 1371; cf. n^um^ 576.

1376. — Rüppell, n° 2; Ordnance Survey of Sinai, III, pl. 23; Euting, 607.

Apographon a Rüppell sumptum sub *b*, tabula CI.

בריך [הנ]או *Benedictus sit* [*Han*]*ʾu*

בר זידו *filius Zaidu.*

הנאו. Lectio probabilis ex apographo Rüppelliano. Confirmatur e collatione n^orum^ 1007, 1196.

1377. — Rüppell, n° 2; Ordnance Survey of Sinai, III, pl. 23; Euting, 608.

Apographon Rüppelli sub *b*, tabula CI.

בריך

מקמאלהי

בר תימו....

Benedictus sit
Maqamallahi
filius Taimu...

מקמאלהי. Cf. מקימאל, supra, sub n° 332, et infra sub n° 1998.

Tertiam lineam quam habet Rüppell, Euting descripsit in ejus apographo quod supra dedimus sub n° 1373.

1378. — Ordnance Survey of Sinai, III, pl. 23; Euting, 609.

ונצו

דכיר אלמבקרו בר [ע]וימו

Commemoratus sit Almobaqqeru filius ʿOwaimu.

Simile proscynema sub n^is^ 2117, 3033.

1379. — Ordnance Survey of Sinai, III, pl. 23; Euting, 610.

דכיר נשנכיה ונצו

בר עצרו

Commemoratus sit Našnakîyah
filius ʿAṣaru.

Eadem nomina sub n° 1372.

1380. — Euting, 614.

חנטלו בטב

Ḥanṭalu, in bono.

Mancum ab initio.

1381. — Euting, 617.



דכיר עבדאלבעלי
בטב ושלם

Commemoratus sit ʿAbdalbaʿli,
in bono et pace.

Cf. nos 682, 919, 1304.

1382. — Lottin, pl. 29; Euting, 620.

Apographon a Lottin sumptum sub *b*, tabula C.



שלם אלדאבו — *Pax! Aldʾbu*
בר חרשו — *filius Ḥiršu.*

Sic interpretatus est Euting. Nihil melius invenimus; adverte tamen utrumque apographon habere ו.אלבא.
In fine, addit Lottin וברה «et filius ejus».
אלדאבו, si recta est lectio, vide דאבו, sub n° 496.

1383. — Uspenskij, 1ª ed., p. 54; Lottin, pl. 30; Euting, 621.

Ectypon a Lottin expressum sub *b*, tabula CVI.

שלם אושו בר פציו בטב

Pax! ʾOwaišu filius Foṣaiyu, in bono.

Cf. nos 570, 1199.

1384. — Euting, 622.

שלם ערקבו בר והבאלהי

Pax! ʿUrqubu filius Wahballahi.

Auctoris nomen ערקבו scriptum videtur; forte עקרבו legendum. Attamen occurrit apud Arabes عُرْقُوب, e rad. عرقب «astutus fuit», nomen viri Amalecitæ astutia famosi.

1385. — Lottin, pl. 29; Euting, 623.



בריך אעלא בר תנת[ל]ו

Benedictus sit Aʿlâ filius Tantalu.

תנתלו restituendum esse nomen patris aperte constat e collatione tituli sub n° 590 positi. Legit Euting: תבתו.

1386. — Euting, 624.

דכיר שלמו בר תים
אלהי בטב ושלם

Commemoratus sit Šalmu filius Taimallahi, in bono et pace.

Eadem nomina sub nis 983, 1057, 3142.

1387. — Euting, 625.



שלם אעלא בר זידו

Pax! Aʿlâ filius Zaidu.

אעלא. Lectio non omnino certa; valde tamen probabilis, cum nullum aliud nomen habemus quod litteris אע, hic certis, incipiat. Ceteroquin nomina eadem invenimus sub nis 520, 805.

1388. — Euting, 626.



דכיר ...ו בר פידו בטב

Commemoratus sit ..... filius Faidu, in bono.

Auctoris nomen incertum; apographon fert פצו, sed secundam litteram signo dubitationis notavit Euting; ipse interpretatus est פצי, litteram certam, non autem dubiam corrigens; si quid corrigendum est, corrige ואלו, collato n° 1013.

1389-1391

(Tab. XCVI.)

Tabula nostra XCVI damus nonnulla apographa e libellis Palmeri deprompta; ea scilicet quorum lectio a lectione ceterorum apographorum discrepat. Omnia jam suo loco explicavimus, hisce tribus exceptis quæ apud alios non repperimus.

1389. — Palmer, I, 97.

Fragmenta quatuor :

A. [ג]רמלבעלי *Garmalbaʿli.*

B. שלם זידו בר *Pax! Zaidu filius*

. . . אוש . . . *ʿAuš . . .*

Forte complendum nomen patris [אוש[אלבעלי; cf. n^{um} 2155.

C. שלם יעלי בר חריש[ו]

Pax! Yaʿli filius Ḥarîšu.

Simile proscynema sub n° 910.

Fragmentum D nullum sensum præbet.

1390. — Palmer, I, 97.

Fragmentum. Hæc supersunt :

שלם שער .

בר חו

Forte complendum : [רו]בר חו[ו]שער ; nomina jam nota.

1391. — Palmer, I, 93.

Fragmentum sine momento, cui vicina est imago pullum camelæ ubera matris suggentem exhibens.

1392-1406

(Tab. XCVII.)

Delineationes tabula XCVII incisæ ex opere a Lottin de Laval edito depromptæ sunt. Nonnullæ sane proscynemata jam nota exhibent; sed adeo mutilæ sunt ut titulos titulis assimilare non licuit.

1392. — Lottin, pl. 29.

Lectu difficile. Hæc dubie proponamus :

. . . . ואלת נש והבלהי בר דכיר

Commemoratus sit Wahballahi filius Waʾilat. . . . .

In fine, forte nomen נשיגו aut נתנו; adverte enim duas priores litteras eo modo conjunctas esse quo litteræ נת conjunctæ sunt in nomine נתנו sub n° 1150.

1393. — Lottin, pl. 29.

ודו בר יתעו

Waddu filius Yatiʿu

Simile proscynema sub n^{is} 1016, 2571, 3162.

ודו, nomen notum; cf. n^{um} 491. Initio, signum in modum litteræ X.

יתעו, lectio certa collatis apographis n^{is} 3162. Cf. nom. arab. يَثِيع (Ibn Doreid, p. 249) et يَثَّيع (Wüstenfeld, *Register*, p. 259).

1394. — Lottin, pl. 29.

Proscynema duplex :



שלם תימאלהי בר יעלי

שלם שעדאלהי בר בריאו ב[טב]

Pax! Taimallahi filius Yaʿli.

Pax! Šaʿdallahi filius Boraʾu, in bono.

Prius jam sub n° 963; posterius sub n° 686; cf. etiam n^um^ 1195.

1395. — Lottin, pl. 29.

Proscynema duplex cui hunc numerum assignavimus; postea agnovimus idem esse ac proscynema a Bénédite delineatum cui numerum 1470 adscripsimus. Quod videas.

1396-1397. — Lottin, pl. 30.

Fragmenta plurium titulorum e quibus nihil certi eruere valemus.

1398. — Lottin, pl. 31.

Fragmenta quattuor, litteris A, B, C, D distincta, e quibus vix quid certi erui potest.

Fragmentum D iterum dedit Lottin tabula sua 79.

1399. — Lottin, pl. 32.

Fragmenta quatuor in quibus nihil legere valemus præter nomen ואלו sub B, et forte מהלמו (cf. n^um^ 536) sub A, in secunda linea.

1400. — Lottin, pl. 47.

Fragmentum quod nullam interpretationem patitur.

1401. — Lottin, pl. 48.

Fragmentum quod legere non valemus.

1402. — Lottin, pl. 42.

Fragmenta quinque litteris distincta. Quod littera B signavimus est apographon tituli jam sub n° 1309 editi. E ceteris nihil certum præter nomen שעדו sub D.

1403. — Lottin, pl. 50.

Fragmenta tria. Sub A legimus nomen גרמאלבעלי, in secunda linea; sub C, nomen עודו. Cetera nullum præbent sensum.

1404. — Lottin, pl. 51.



דכיר חריש

ו בר [י]ע[לי] . . ע . ט ף

Commemoratus sit Ḥarîš-u filius Yaʿli.

Nomen patris conjiciendo restituimus. Cf. n°s 1238 et 1358; veri simile est hoc proscynema unum ex hisce duobus esse; attamen non omnino certum.

1405. — Lottin, pl. 51.

Fragmenta quatuor e quibus nihil certi erui potest.

1406. — Lottin, pl. 79.

Fragmentum quod in fine continet nomen הניאו, vel forte בריאו.

(Impressum mense junio 1902.)

1407-1408

(Tab. XCVIII.)

Tabula XCVIII imagines continet apographorum quæ sumpsit et edidit Lepsius. Jam titulos suo loco suoque ordine explicavimus præter hos duos quos alii prætermisisse videntur.

1407. — Lottin, pl. 37; Lepsius, 107.

שלם גדיו בר
ואלו

Pax! Godaiyu filius
Wa'ilu.

Simile proscynema sub n^{is} 715, 1414.

1408. — Lepsius, 133.

שלם ואלו ואכברו
[בני ח]רישו ב[טב]

Pax! Wa'ilu et Akbaru
[filii Ḥa]rîšu, in [bono].

Cf. n^{um} 1526. — אכברו, arab. أَكْبَر « major ».

1409-1441

(Tab. XCIX.)

Hac tabula collegimus delineationes a Grey sumptas in regione *Wâdi Mukatteb* ab ipso appellata, nempe inde ab ingressu montium usque ad vallem dictam *Wâdi Feirân;* quas utpote ab aliis prætermissas, definito loco assignare non potuimus.

1409. — Grey, 11; Levy, XVI B.



שלם *Pax!*
עבדאלהי ד *ʿAbdallahi. Di-*
אבו בר ואלו *ʾbu filius Wa'ilu.*

Lectio dubia.

1410. — Grey, 14.



שלם עו[ד]רו בר עמיו בטב

Pax! ʿAudu filius ʿAmmayu, in bono.

Restitutio certa, collatis n^{is} 860, 907, 1313, 1324, 1421.

1411. — Grey, 15; Tuch, I.

שלם אושו
שלם ו[א]לו

Pax! ʾAušu.
Pax! Wa'ilu.

Altera linea dubia; forte nomen proprium : שלמו.

1412. — Grey, 19.



שלם נשגו

Pax! Našigu.

נשגו; cf. n^{um} 880.

1413. — Grey, 21.

שלם פציו

Pax! Foṣaiyu.

1414. — Grey, 52; Beer, 72.

שלם גדיו בר
ואלו

Pax! Godaiyu filius
Wa'ilu.

Simile et forsan idem proscynema sub n° 1407.

1415. — Grey, 64; Beer, 92.

שלם [עמנ]ו בר עודו

Pax! ʿAmanu filius ʿAudu.

Hoc proscynema idem est quod jam edidimus sub n° 1109.

1416. — Grey, 66; Beer, 30.

דכיר הנ[יאו] . .
בר אושאלה[י] בטב

Commemoratus sit Honaï'u
filius Aušallah[i], in bono.

Sic complendum, collatis n^is^ 493, et præsertim 1043.

1417. — Grey, 81.

דכיר אעלא בר
פציו בטב ושלם

Commemoratus sit Aʿlâ, filius
Foṣaiyu, in bono et pace.

Simile proscynema sub n° 739.

1418. — Grey, 84; Beer, 102.

דכיר חרישו
בר זידו בטב
דכי[ר] ואלו בר
[חרי]ש[ו] . .

Commemoratus sit Ḥarîšu
filius Zaidu, in bono.
Commemoratus sit Waʿilu filius
[Ḥarî]š[u].

Lin. 2. זידו, sine dubio legendum, collato n° 643.
Lin. 4. Haud improbabiliter restituendum חרישו; cf. n^um^ 1342.

1419. — Grey, 107.

דכיר בר[יאו] . .
בר א[ו]שו

Commemoratus sit Bor[aï'u]
filius Ašu.

Lectio dubia; præsertim quoad nomen patris.

1420. — Grey, 112; Beer, 16.

שלם אושו בר גרמאלבעלי

Pax! Ašu, filius Garmalbaʿli.

Simile proscynema sub n° 1631.

1421. — Grey, 114.

שלם עודו בר עמיו בטב
שלם בריאו

Pax! ʿAudu filius ʿAmmayu, in bono.
Pax! Boraï'u.

Lectio lineæ superioris fere certa; cf. n^um^ 1410.

1422. — Grey, 115; Beer, 5.

שלם אושו

Pax! Aušu.

1423. — Grey, 116.

Proscynema lectu difficile. Auctoris nomen forte sit אכברו.

1424. — Grey, 118; Beer, 113.

Fragmenta trium titulorum ab initio mutilorum.

....בר כלבו וכלבו ברה

....בא ברה בטב

....בעלי ב[טב

.....*filius Kalbu et Kalbu filius ejus.*
.....*ba filius ejus, in bono.*
.....*ba'li, in bono.*

1425. — Grey, 119.

שלם עמיו בר עמרת שו

א]ושו

Pax! 'Ammayu filius 'Amrat...
[A]ušu.

עמרת vel עמדת, ut transcripsimus supra sub n° 219, ubi nomen est femin. gener.; iterum infra occurrit sub n^is^ 2050, 2426, 2463, ubique masculinum. Cf. nom. ar. عَمْرَة (Ibn Doreid, p. 279), et nabat. עמירת, supra sub n° 778.

Ultima signa an ad titulum pertineant nescimus.

1426. — Grey, 120.

שלם גרמא[ל]הי [בר] גרמו

Pax! Garmallahi filius Garmu.

Nomen patris omnino dubium; litteræ מו in fine tantum certæ.

1427. — Descr. de l'Égypte, 45; Grey, 121; Beer, 141.

לא דכיר [א]באושו ועיי

דו ובריאו בני חרישו

Wah! Commemorati sint Abu-Aušu et 'Oyaidu et Borai'u filii Ḥarišu.

Iidem viri fratres sæpius simul commemorantur; vide sub n^is^ 638, 1368, 2166.

1428. — Grey, 126.

שלם .מ.ו

בר אעלא בטב

Pax! .....
filius A'lâ, in bono.

Auctoris nomen omnino incertum.

1429. — Grey, 128; Tuch, x.

דכיר אשו בר חרי

שו די מקתרי אשי

בו בטב

Commemoratus sit Ašu filius Ḥarîšu qui vocatur Ašyabu, in bono.

Lectio omnino certa collatis n^is^ 499, 1124, necnon 1297.

1430. — Grey, 129; Tuch, xv.

שלם גרמאל — *Pax! Garmal-*

בעלי בר — *ba'li filius*

אושו — *Aušu.*

Lectio certa videtur, collato n° 605.

1431. — Grey, 137.

...... שלם שמרח בר

Pax! Simraḥ filius ......

Patris nomen imperfectum; forte נשינו.

1432. — Grey, 144.

דכיר מ.מ. ונצו מ.מ. *Commemoratus sit....*

עמנו [*filius*] *'Amanu....*

Auctoris nomen omnino incertum.

1433. — Grey, 150.

דכיר שמרחו בר

עבדאהיו בטב

Commemoratus sit Šimraḥu filius 'Abdahîyu, in bono.

Utrumque nomen jam invenimus. עבדאהיו, vide sub n° 948.

1434. — Grey, 151; Beer, 104.

דכיר כלבו בר עודו

Commemoratus sit Kalbu filius 'Audu.

Eadem nomina sub n° 2113.

1435. — Grey, 154; Tuch, VI.

שלם אלמבקרו *Pax! Almobaqqeru*

בר נשיגו *filius Nošaigu.*

Patris nomen certum fit collatis n^is 765, 1095.

Nota rationem scribendi, omnibus nempe litteris uno ductu connexis, ut jam pluries observavimus.

1436. — Grey, 155.

שלם שלם פארן .....

Pax! Pax! Fâran.....

Ultima signa nobis incomperta.

1437. — Grey, 156.

שלם מעירו [בר] שלמו בטב

Pax! Mo'aiyeru [filius] Šalmu, in bono.

מעירו, vide sub n° 802.

1438. — Grey, 157; Beer, 119.

שלם חליפו בריאו ברה

בר חרישו בטב

Pax! Ḥolaifu filius Ḥarîšu *Borai'u filius ejus in bono.*

Proscynema eadem ratione dispositum sub n° 2963, et huic adeo simile ut libenter idem esse dicas. Quam relationem inter se habeant nomina incertum est.

חליפו, cf. nom. arab. حُلَيْف (Ibn Doreid, p. 151), diminutivum e חלפו; vide supra, sub n° 209.

1439. — Grey, 158; Beer, 41.

דכי[ר] הנאו בר עמיו

Commemoratus sit Hani'u filius 'Ammayu.

Restitutio certa, collatis n^is 1441, 1443, etc.

1440. — Grey, 7; Beer, 98.

Proscynemata duo :

.....

דכיר עבדאלבעלי שלם שעדאלהי בר

..... עודו

Commemoratus sit 'Abdalba'li

.....

Pax! Ša'dallahi filius 'Audu.

Hæc nomina jam sub n^is 560, 660, 967.

1441. — Grey, tab. XIV; Beer, 39.

Titulus quem ad naturalem amplitudinem delineavit Grey; ejus imaginem, minore tamen forma, damus.

דכיר הנאו בר עמיו

Commemoratus sit Hani'u filius 'Ammayu.

Eadem manu exaratum et forte idem proscynema ac n^us 1439.

1442-1457

(Tab. C.)

Hac tabula damus apographa nonnulla ab Euting, Lottin de Laval, Lepsio, Laborde, Grey et Montagu edita. Pleraque jam explicavimus suo ordine. Supersunt exponenda quæ n^is 1442-1457 signavimus.

1442. — Grey, 102; Beer, 14.



שלם אושו בר *Pax! ʿAušu filius*



שמרח בטב *Simraḥ, in bono.*

Eadem nomina sub n° 1053.

1443. — Grey, 176; Beer, 40.

Hoc proscynema, curante Grey, cujus apographon damus, e rupe excisum fuit Romamque transmissum. Ubinam vero repositum fuerit nescimus.



דכיר הנאו ב

ר עמיו

Commemoratus sit Hani'u filius ʿAmmayu.

Eadem nomina sub n^is 1439, 1441.

1444. — Grey, 177; Beer, 4.

E rupe excisum fuit proscynema cl. Grey curis, Londinumque transmissum, ubi nunc asservatur in Musæo Britannico.



שלם ואלו בר *Pax! Wa'ilu filius*

עמיו בטב *ʿAmmayu, in bono.*

Eadem nomina sub n^is 871, 1112, 1266.

1445. — Grey, 138; Beer, 117.



שלם עיידו בר ואלו

וואל ברה בט[ב] וש[ל]ם

Pax! ʿOyaidu, filius Wa'ilu, et Wa'il, filius ejus, in bono et pace.

Lectio omnino certa. — Titulus titulo sub n° 1374 descripto simillimus; quod si non idem est, saltem eidem auctori tribuendus eademque manu exaratus est.

1446. — Grey, 147; 160.

Nihil certi ex hoc duplici apographo eruere valemus.

1447. — Grey, 39.

שלם בחגה *Pax! Baḥageh.*

Cf. n^um 1965.

1448. — Euting, 525.

עבידו בר *ʿObaidu filius*



חרגלו *Ḥurgulu.*

Simile et forte idem proscynema sub n° 1226.

1449. — Lepsius, 136.



חלצו בר עמנו

Ḥaliṣu filius ʿAmanu.

חלצו, nomen e rad. arab. خَلَص «albus, purus, salvatus fuit»; forma arabica videtur esse خَالِصٌ. Cf. diminutivum חליצו (sub n° 503) et propinquam formam חלצת (sub n° 539). Transcriptio græca videtur esse Ἀλέσος (Wadd., 2269).

עמנו, e rad. arab. عَمَنَ «constitit»; forsitan habemus transcriptionem græcam [Ἀ]μάνου (Wadd., 2561); cf. עמן, supra, sub n° 235 A.

1450. — Montagu, lin. 4.



שעדאלהי *Šaʿdallahi.*

Ex ordine apographi videtur hoc proscynema descriptum esse eodem loco ac tituli quorum delineationem exhibet tabula nostra LXXXII, sub n^is 1145-1150.

1451. — Laborde, pl. IX et pl. X.

שלם חנטלו בר נשנכיה

Pax! Ḥanṭalu filius Našnakîyah.

Hoc proscynema iterum occurrit, eadem manu inscriptum, sub n^is 2104, 2739, 2810, 3176.

Quæ infra delineavit Laborde nullo modo legi possunt.

1452. — Grey, 70; Beer, 53; Lottin, pl. 39.

Delineationem a Lottin effictam damus.

שלם עודו *Pax! ʿAudu*

בר חברכן בטב *filius Ḥebrikan, in bono.*

חברכן, vide sub n° 539.

1453. — Lottin, pl. 37.

1454. — Lottin, pl. 76.

Fragmenta duo quæ interpretari non valemus.

1455. — Lottin, pl. 77; Levy, IV, B.

Nihil certum præter nomina : עמיו בר כלבו, sub fine secundæ lineæ; cf. n°s 969, 1231.

1456. — Lottin, pl. 78.

Fragmenta plurium proscynematum quæ legere non valemus.

1457. — Lottin, pl. 34, 35, 38, 39, 41, 45.

Fragmenta septem a Lottin de Laval edita, quæ litteris distinximus :

A (e tabula Lottiniana 34). Nullum sensum præbet.

B (e tab. 38). Forte nomen אעלא.

C (e tab. 39), et D (e tab. 35). Omnino manca.

E (e tab. 39). Vestigia nominis תימאלהי.

F (e tab. 41). In prima linea nomen עודו.

G (e tab. 45). Prima linea fere certe legenda videtur : צעבו בר שמר[ח]; (cf. n^um 1270).

1458-1460

(Tab. CI.)

Tabula proscynemata continet nonnulla quæ a Seetzen, Rüppell, Lottin de Laval, Coutelle et Rozière delineata fuerunt; ea jam interpretati sumus hisce tribus exceptis.

1458. — Descript. de l'Égypte, 29, 30; Beer, 54.

A. . . . אבן אלקיני . . . *Ibn-Alqaini*

חרשו *Ḥiršu*

בר ואלו *filius Wa'ilu.*

B. חרישו בר יע[לי] *Ḥarîšu filius Yaʿli.*

Cf. n°s 527, 782, 1238, etc.

1459. — Descript. de l'Égypte, 19, 22, 63.

Fragmenta tria :

A (n^us 19). Ultima signa nominis [עבד]אלבעלי aut similis.

B (n^us 22). Nihil discernere valemus.

C (n^us 63). Duabus lineis constat proscynema quas, suo more, Rozière in unam descripsit, incipiens a sinistra. Nihil certi eruere valemus.

1460. — Seetzen, 23.

Damus delineationem satis quidem confusam. Hæc tamen nobis certa videntur :

A. [ב]ר אלמבקרו . . . *filius Almobaqqeru.*

B. מענו זידו *Zaidu (filius?) Maʿnu.*

C. [ש]לם אושא[ל]הי

בר אתמו בטב

Pax! Aušallahi

filius Atimu, in bono.

1461-1468

(Tab. CII.)

1461. — Bénédite, 771.

Fragmenta plurium proscynematum.
Prima linea satis probabiliter sic legenda est :

A. [illegible]

שלם שעדאלהי בר בריאו

Pax! Šaʿdallahi filius Boraiʾu.

Proscynema simile sub n^is 686, 1394.

B. — In fine :

[illegible] בריך עממו



Benedictus sit ʿAmamu.

Initio autem habemus idem nomen עממו, et vestigia nominis עבדא[לב]עלי.

In secunda linea, crassis litteris descriptum est proscynema quod sæpius jam invenimus :

C. [illegible]

אלמבקרו בר ואלו

Almobaqqeru filius Waʾilu.

Cf. n°s 557, 703, 827, 906, 1464.

1462. — Bénédite, 772.

Pars superior sic interpretanda videtur :

[ʿAbd]albaʿli	....[עבד]אלבעלי
filius Yaʿlî.	בר יעלי

Linea inferior legenda est :

Pax! Garmallahi filius.....	שלם גרמאלהי בר....

1463. — Ordnance Survey of Sinai, III, pl. 23; Bénédite, 773.

Jam confecta tabula, observavimus saxum quo inscripta sunt hæc proscynemata illud esse quod adjuvante arte photographica descripserunt angli exploratores, et titulos supra a nobis editos esse, nempe :

Fragmentum A, sub n° 1374.
Fragmentum B, sub n° 1375.
Fragmentum C, sub n° 1051.
Fragmentum F, sub n° 1056.

Probabile est fragmentum D, quod continet nomen בריאו, et fragmentum E, quod incipit a nomine עמיו, etiam esse imperfectas delineationes proscynematum jam supra editorum.

1464. — Bénédite, 774.



[illegible]

[illegible]

שלם אלמבקרו בר	שלם
[וא]ל[ו] בטב	ואלו
Pax! Almobaqqeru filius	*Pax!*
Waʾilu, in bono.	*Waʾilu*

Restitutio certa, collatis n^is 557, 703, 827, 906, 1461.

1465. — Bénédite, 775.

Proscynemata duo sic interpretanda :

A. [illegible] שלם עודו בר חרשו

Pax! ʿAudu filius Ḥiršu.

Eadem nomina sub n° 667.



B. [illegible] שלם עבטה בר

[illegible] עממו בר עמרו

Pax! ʿIbṭah filius
ʿAmamu filii ʿAmru.

עבטה; lectio certa videtur; cf. n^um 801, et præsertim n^um 2573. Euting contulit arab. غِبْطَة « hilaritas,

felicitas». Notat Nöldeke (apud Euting, sub n° 77) nullum nomen e radice غبط vel عبط hucusque repertum fuisse.

1466. — Bénédite, 776.

A.	פצי	פצי	*Faṣî.*
B.	עבדאלהי	עבדאלהי	*ʿAbdallahi*
	בר ואלו	בר ואלו	*filius Waʾilu.*

Proscynema ejusdem auctoris sub n° 1215.

C.	עידו	עידו	*ʿAîdu*
	בר ואלו	בר ואלו	*filius Waʾilu.*

1467. — Bénédite, 777.

Fragmenta plurium proscynematum. Adeo intricata est scriptura ut nullam interpretationem aggredi liceat; sola nomina עבדאלבעלי in prima linea, אושאלהי initio et שמרח sub fine secundæ, certa; reliqua valde confusa.

1468. — Bénédite, 778.

דכיר ואלו בר
אושו בטב

Commemoratus sit Waʾilu filius Aušu, in bono.

Simile proscynema sub n° 524.

1469-1471

(Tab. CIII, CIV.)

In nonnullis vallis dictæ *Wâdi Mukatteb* locis, saxi superficies ita plana et recta est ut quasi naturale album efficiat ad recipiendas inscriptiones eximie aptum. Nil mirum quod his locis proscynemata numerosa appareant ita scripta et superscripta, ut, intermixtis vocabulis, quasi nexum signorum lectu difficillimum exhibeant. Duo saxorum istorum exempla, adjuvante arte photographica, nobis sumpsit Bénédite et, quantum res sinebat, delineare conatus est; imagines ab eo effictas tabulis CIII et CIV damus; singula proscynemata discernere non possumus; sat erit propria nomina quæ nobis certa sunt eruere distinctisque litteris designata transcribere. Ceteroquin, plerosque ex his titulis jam supra editos esse persuasum habemus.

1469

(Tab. CIII.)

A.	בריך תנתלו בר	*Benedictus sit Tantalu, filius...*
B.	תימאלהי	*Taimallahi.*
C.	בריך שעדלהי	*Benedictus sit Šaʿdallahi.*
D.	אושאלהי ב[טב	*Ašallahi, in bono.*
E.	שלם אלכתיו	*Pax! Alkotaiyu* (?)
F.	בריך בריאו בר...	*Benedictus sit Boraiʾu* (?) *filius..*
G.	... ואלו . שא	....*Waʾilu*....
H.	.... אושו בר	*Aušu filius* .....

1470

(Tab. CIV.)

שלם אושו ב[ר]
שלם חרשו בר גרמאלבעלי

Pax! Aušu filius.....
Pax! Ḥiršu filius Garmalbaʿli.

Videntur hæc proscynemata eadem esse quæ jam sub n° 1395 (tab. XCVII) dedimus. Ibi autem primum nomen, quod hic distincte אושו descriptum est, potius אכברו ex apographo a Lottin sumpto legendum.

(Impressum mense junio 1902.)

1471

(Tab. CIV.)

Hæc legere valemus :

A.	בריך עממו בר . . .	*Benedictus sit ʿAmamu filius. . . .*
B.	שלם אלמבקרו בר ואלו	*Pax! Almobaqqeru filius Waʾilu.* (Cf. n^{um} 1461).
C.	עממו בר	*ʿAmamu filius . . . .*
D.	שלם תימו	*Pax! Taimu . . . .*
E.	פציו	*Foṣaiyu.*
F.	עמרו בר	*ʿAmru filius . . . .*
G.	שלם עממו	*Pax! ʿAmamu . . .*
H.	אלמבקרו בר	*Almobaqqeru filius . . . .*
I.	עודו	*ʿAudu.*
K.	בריך בריאו	*Benedictus sit Boraʾu.*
L.	שלם חרו	*Pax! Ḥorru.*
M.	[ש]לם אושו בר פצי	*Pax! Aušu filius Faṣî.*

Reliqua adeo sunt confusa ut ea interpretari frustra tentaremus.

Pergit series numerorum quibus signata sunt proscynemata sinaitica ultra n^{um} 3200; ne autem supra modum cresceret primus aramaicæ partis tomus opportunum duximus hic illum absolvere, reliquis remissis ad tomum secundum cujus fasciculus primus, annuente summo Numine, mox in lucem prodibit.

EXPLICIT TOMUS PRIMUS SECUNDÆ PARTIS.

INDEX CAPITUM ET ARTICULORUM

IN HOC VOLUMINE CONTENTORUM.

SECTIO PRIMA.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ.

CAPUT PRIMUM.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN ASSYRIA BABYLONIAQUE REPERTÆ.

		Pag.
Articulus I.	Ninive, nis 1-52	1
Articulus II.	Babylon, nis 53-71	56
Articulus III.	Locus dictus *Tello*, n° 72	77
Articulus IV.	Loci incerti Assyriæ vel Syriæ, nis 73-107	79

CAPUT II.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN ASIA MINORE REPERTÆ.

Articulus I.	Abydos, n° 108	100
Articulus II.	Limyra, n° 109	101
Articulus III.	Caucasus mons, n° 110	103

CAPUT III.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN ATROPATENE REPERTÆ.

Articulus unicus.	Locus dictus *Senq-Qaleh*, n° 111	104

CAPUT IV.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN GRÆCIA REPERTÆ.

Articulus unicus.	Olympia, n° 112	106

CAPUT V.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN ARABIA REPERTÆ.

Articulus I.	Teima, nis 113-116	107
Articulus II.	Hegra, nis 117-121	119

CAPUT VI.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN ÆGYPTO REPERTÆ.

Articulus I.	Memphis et vicinia, nis 122-124	122
Articulus II.	Abydus, nis 125-133	128
Articulus III.	Locus dictus *Ahmin*, n° 134	135
Articulus IV.	Locus dictus *Wâdi es-Saba Rigaleh*, nis 135-136	136

Articulus V. Elephantina, nis 137-139 137
Articulus VI. Loci ignoti Ægypti, nis 140-143 142
Articulus VII. Papyri in Ægypto reperti, nis 144-153 148
Appendix ad articulum V de Elephantina, nis 154-155 175

CAPUT VII.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ PROPRIE DICTÆ IN PALÆSTINA REPERTÆ.

Articulus unicus. Hierosolyma, n° 156 178

SECTIO SECUNDA.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ.

CAPUT PRIMUM.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN ITALIA REPERTÆ.

Articulus I. Puteoli, nis 157-158 183
Articulus II. Roma, n° 159 187

CAPUT II.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN PHOENICIA REPERTÆ.

Articulus unicus. Sidon, n° 160 188

CAPUT III.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN DAMASCENA REPERTÆ.

Articulus unicus. Admedera, n° 161 190

CAPUT IV.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN BATANEA, TRACHONITIDE ET AURANITIDE REPERTÆ.

Articulus I. Soada, n° 162 194
Articulus II. Seia, nis 163-168 195
Articulus III. Kanatha, n° 169 199
Articulus IV. Locus dictus *Hebran*, nis 170-172 200
Articulus V. Bostra, nis 173-181 202
Articulus VI. Salḫad, nis 182-185 206
Articulus VII. Zorava, n° 186 210
Articulus VIII. Locus dictus *Ayun*, n° 187 211
Articulus IX. Locus dictus *Zahuet el-Ḫidr*, n° 188 212
Articulus X. Locus dictus *Ire*, n° 189 212
Articulus XI. Locus dictus *Umm el-Gemâl*, nis 190-193 213
Articulus XII. Planities Auranitidis 215

CAPUT V.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN DECAPOLI REPERTÆ.

Articulus unicus. Capitolias, n° 194 216

CAPUT VI.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN MOABITIDE REPERTÆ.

Articulus I. Locus dictus *Umm er-Reṣaṣ*, n° 195 217
Articulus II. Medaba, n° 196 218

CAPUT VII.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN ARABIA REPERTÆ.

Articulus I. Hegra, n^is^ 197-307 220
Articulus II. Vicina Hegræ loca, n^is^ 308-331 289
Articulus III. *El-ʿEla*, n^is^ 332-334 297
Articulus IV. *Khaybar*, n° 335 299
Articulus V. Teima et vicinia, n^is^ 336-344 299
Articulus VI. Locus dictus *Djobbeh*, n° 345 303
Articulus VII. Oasis dicta *El-Gauf*, n^is^ 346-348 304
Articulus VIII. Petra, n^is^ 349-464 305
Articulus IX. Locus dictus *El-Bâred*, n^is^ 465-484 342
Articulus X. Locus dictus *Wâdi Ghueir*, n^is^ 485-489 346

Tabula concordantiæ 348

CAPUT VIII.

INSCRIPTIONES NABATÆÆ IN PENINSULA SINAITICA REPERTÆ.

De sinaiticis inscriptionibus generatim 349

Articulus I. Vallis dicta *Wâdi Šellâl*, n° 490 358
Articulus II. Regio dicta *Naqb-Budrah*, n^is^ 491-493 359
Articulus III. Vallis dicta *Seih Sidreh*, n^is^ 494-635 360
Articulus IV. Vallis dicta *Wâdi Maghârah*, n^is^ 636-698 379
Articulus V. Vallis dicta *Wâdi Qenê*, n^is^ 699-761 387
Articulus VI. Vallis dicta *Wâdi Muʿardjeh*, n^is^ 762-774 393
Articulus VII. Vallis dicta *Wâdi Mukatteb*, n^is^ 775-1471 395

Articulus VIII et subsequentes articuli ejusdem capitis, in tomo II quærendi sunt.